TANCRETI IVRECONSVLTI VETVSTISSIMI

*

ORDINIS IVDICIARII TRACTATVS.

vide in medio. opu[s] Romulei



Lugduni excudebant Godefridus & Marcellus Beringi, fratres,
M. D. XLVII.

F II 24
13 / 25 / A / 10
6
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CLARISS. VIRO

DN. VVOLFGANGO AB AFFENſtain, utriuſq; militię deſignato, Equiti ſtrenuiſſimo, Iuriſprudenti conſultiſsimo, illuſtriſsimi Principis Friderici, Comitis Palatini, Electoris, Conſultori primario Domino ſuo, Lucas Schroteiſen utriuſque Iuris Licentiatus

S. P. D.

TANCRETI hic libellus Vir clariſsime, iam ferè ad biennij ſpatium à me priuatim aſſeruatus, idcirco euulgatus hucuſq; non eſt, quòd pſtarim fieri non potuiſſe, quin tam præcellens, & ſuperioribus illis ſeculis claſſicus autor, inter hanc hominum planè diuinam in aſſerendis uetuſtis ſcriptoribus perſpicaciam, ſimulq́; propagandorum exemplarium facultatem, quæ per Typographiæ inuentum contigit, iamdudum in uolumina innumera excreuiſſet: Vel ob eam deniq; cauſam, quòd hũc ipſum autorem Italici generis fuiſſe, multis ex argumentis non obſcurè depræhendi poterat: nec me clam eſſet, quàm hucuſq; tranſalpinæ illæ Iuriſprudentium ſcholæ operam in gentilitijs ſuis autoribus reſtituendis, impigre nauaſſent: ita, ut prorſus aut iam olim formulis excuſum, me ignorante, alicubi extare, aut certè intra hoc prorogati temporis interuallum, ab alio, quàm meipſo, felicius proditurũ eſſe Tancretum hunc conſiderem, Cæterũ cum tali de euulgando interea Tancreto ſpe deluſus, inter cõtinuas ferè amicorum appellationes, nõ tam moroſe à me heſitari, quàm inuidioſe potius ſupprimi utiliſsimũ autorẽ querentium, de ſubterfugienda hactenus editione, conſilium hoc meum perſtitiſſet, iamq́; tantum non ad conuitia ſuggillatores hi mei proceſsiſſent, nec tantopere quidem ab hac deſiderati Tancreti ſententia, & ipſe demũ diſſentire poſſem (nihil enim in perquirendo uel apud doctos, uel quorum huius rei prima poterat eſſe notio, Lugdunẽſes Bibliopolas eſt prætermiſſum) cum uel inuito etiam mutanda iam ſentẽtia foret: eò deniq; minus grauate inſtitutum hoc ſum amplexus, quòd ex uniuerſis ferè, quos ætas noſtra in Iure practicos habet, maximè ſi ad compẽdium reſpicias, quem cum hoc autore merito

conferre

conferre poſsis,non reperias. Siue enim uetuſtatem autoritatemq;,ob quam, ut plurimum hodie commendantur autores, ſiue doctrinam,ſiue quæ præcipua Iuriſconſulti uirtus eſt,in forenſibus cauſis experientiam requiras, in ſe totus hic autor teres eſt atq; rotundus. Nam ut paulò altius,quod de hoc Tancreto(eſt enim & alius,qui de Corneto appellatur)compertũ habemus, repetamus: Vixit hic autor ſub Honorio tertio, & Innocentio eiuſdem numeri Pontificibus,ita, ut ante trecentos & complures aliquot illũ annos ſcripſiſſe coniiciam,quod colligo ex libro ſecũdo huius proceſſus in formula libelli accuſationis,ubi numerus annorum Pontificis & loci nomẽ exprimuntur. Præterea in quarto libro ſub titulo, Quæ ſententia ipſo iure nulla ſit,hiſce uerbis magis expreſſe idem confirmatur,cum dicit:Hoc ſæpe factum eſt in ciuitate Bononienſi à peritis Doctoribus,& à Papa in curia Romana, cum Dominus Innocentius III. prolixas ferebat ſententias,&c. Quibus ipſe autor de ætate ſua, ſi quis modò Pontificum Chronologias conſulere uelit,ſatis clarè teſtatur. Præceptorem habuiſſe creditur Azonem,qui ſummam Codicis conſcripſit,quem paſsim in toto opere allegat. In primis tamen in titulo de libello rei uendic.ubi etiam audiuiſſe ſe Azonem fatetur. Et audiui(inquit)dominum Azonem dicere,&c. Item in capite de iuramẽto teſtium,lib.III.per eundem autorem ſumma Azonis nominatur,ut dubiũ de uero Azone eſſe non poſsit. Vocat & quendam Laurentium ſuum præceptorem libro quarto ſub titulo, Quando competat reſtit. in integ. per hæc uerba,Per hanc legem dico cum Laurentio Magiſtro meo, & alijs magnæ opinionis teſtibus,&c. Præter legum & canonum autoritates Azonis, Pillij,& Ioannis,uetuſtiſsimorum ſcriptorum teſtimonijs utitur. Accurſium iuris ciuilis interpretem annos circiter uiginti præceſsiſſe creditur. Inter hũc enim & Accurſium duo tantum Romani Pontifices,Gregorius nonus, & Cœleſtinus interfuerunt, cum Accurſius ſub Innocentio IIII. uixiſſe legatur. Speculator tantum huic Tancreto tribuit, ut ex ordine in præfatione ſui operis tertium eum faciat, qui ex antiquioribus Iudiciarium proceſſum tradiderit. Cui perinde ſubſcribens Ioannes Andreæ in annotationibus, in tantum locupletior eſt teſtis ueri Tancreti, quem exhibemus, ut præter ſummariam huius nominis mentionem, principium & partes inſuper huius libelli, recognoſcere dubius lector inde poſsit. Italum autẽ fuiſſe,cum ex hic allegatis aliquot locis argui poteſt,

teſt,tum ad fidem facit præcipuè, quòd multis in locis Italiæ, & potiſsimum Bononiæ conſuetudines allegat, uti fit in fine tit.de effectu recuſationis. lib.11. & lib.111. de iur. calumniæ. licet & Galliæ non rarò fiat mentio. Iam uerò, quod ad doctrinam, deq; præſenti libello iudicium attinet, tribus potiſsimum de cauſis antecellere in hoc tractatus genere hic autor ui detur. Primùm ob Methodi rationem: Deinde certitudinem allegationum: Poſtremò, quòd in ijs ipſis allegationibus tantum poſteriora, adeoq; quibus non ſit derogatum, iura ſequatur. Nam in Methodo, quæ cum in reliquis omnibus diſciplinis principatum, tum uerò in hac propter ſtudij huius difficultatem, multo magis obtinere debet, quid autor hic præſtiterit, præterquàm quod ubiq; lector animaduertere poterit, habet ad id tamen peculiari induſtria pertractatos Teſtium & ſententiæ diffinitiuæ locos, quos intantum autor hic illuſtrauit, ut non dico rectè tradidiſſe, ſed ne intellexiſſe quidem ſatis alios dixeris, ſi eorum ad præſentem tractatum traditiones contuleris. Cum enim ex fori partes per uniuerſum ius, non tantum ob materiæ ipſius, opinionumq; deſuper excogitatarum multitudinem, ſed & infinitas quoq; factorum ſpecies, ſint impeditiſsimæ, adeò, ut quò ad prius illud, de Hadriano etiam Cæſare adhuc in Pandectis legatur, Teſtibus ſe, non teſtimonijs credere &c. notus eſt locus: autor hic unius Methodi artificio uniuerſum hoc negotium ita temperauit, ut ex tam tenebricoſa paulò antè confuſione præter lucidiſsimam eius rei exegeſin, reliquum nihil permanſerit: queadmodum ex aptiſſima titulorum, ſiue rubricarum huius tractatus diſpoſitione facile apparet. Nec in reliquis ſui eſt diſsimilis. In allegationibus autem cum ob duas potiſsimum rationes cæteri Iuris interpretes imprudenti plerunq; lectori os obliniant, primùm, quia non ex ipſis fontibus, ſed aliorum potius Commẽtarijs, qui ut plurimum corrupti extant, ſuas citationes petunt: deinde ut uel nihil eo nomine peccetur, tamen quia citra iudiciũ, & ad ſpeciem plerunq; tantum accommodata, producunt, fallere utiq; haud non poſſunt: noſter hic tam longe ab hac culpa abeſt, ut ipſa textus uerba, non contentus legum exordia adſcripſiſſe, quæ ad rem faciant, ferè ubiq; ſubiiciat: ita, ut uel mediocriter in iure uerſatus, licet detractis capitibus allegationum, facile tamẽ ſuas ſingulis titulis allegationes reddere poſſit, adeoq; non tam laborem de nouo inueſtigandi effugere, quàm emolumẽtum potius, memoriam ea lectione confirmãdi, inde

di, inde accipere: quod quantum iuris ſtudioſo adminiculum ſit, ſi probe ſibi in allegando autor conſtet, nemo ignorat. Cæterum quod de Iuris delectu in allegando diximus, palàm eſt apud alios ſæpiſsime fruſtra ingentes ſuſcitatum iri controuerſias, dum pleraq; abolita & antiquata, paſsim, citra diſcrimen pro autenticis allegari uidemus. Vt ex multis unum adducamus tãtum, quoties de Appel. titulus, Codice, à practicis noſtri temporis citatur? Et tamen Cynus ex uniuerſo eo titulo unicam duntaxat legem, quæ uiribus non ſit euacuata, ſupereſſe affirmat. Nec eſt hoc tantum in ijs libris, de quibus manifeſtè temporum diſcrimina teſtãtur, ſed & in his ipſis quoq; iuribus, quæ uni eidemq; corpori incluſa, ſimul uno eodemq; tempore approbationẽ, cõfirmationemq; ſui acceperũt. Quo in genere non modo doctrinam huius autoris, ſed multo magis indefeſſæ lectionis ſtudia, ex præſenti libello mirabere, ſi prꝑter communia hæc, ipſorum quinq; Decretalium quoq; librorum, rem quæ omnibus Canoniſtis plurimum fecit negotij, infinitas ſubinde controuerſias hac diſtinguẽdi conditione, compoſitas ſopitasq; uidebis, dum has nouas, illas autem ueteres eſſe Decretales demonſtratur: ut profectò non parum lucis uniuerſo iuri Canonico hic autor intulerit, ſi ſaltem eas Decretales, quas Nouas ſparſim appellat, inde annotaremus, ut in promptu hæc conciliandi ratio, ſi qua pugnantia inciderent, cõſtare poſſet. Et ut ſemel dicamus, ex hoc autore quicquid ferè omnino ad iudiciarium ordinem pertinens, apud reliquos hodie interpretes habemus, mutuatum deſumptumq; uidetur: primùm, qui ceu huius libelli Paraphraſtes eſt, per Speculatorem ipſum, deinceps & reliquos, qui ſubiere, huc uſq; diuulgatum. Cum itaq; Vir magnifice, hũc in modum Typographis Tancretum committere decreuiſſemus: iamq; de patrocinio noſtrorum in hac parte conatuum cogitandum eſſet, tua nobis commodiſsimum Strenuitas non tam ex nudo quodam delectu, quem habuerimus, quàm neceſsitate quadam, quod ita officio cogente fieri oporteret, ſeſe obtulit. Cum enim libellum hunc ex Bibliotheca chariſsimi quondam auunculi mei D. Lucæ Paliuri Epiſcopi Baſilienſis Cancellarij, quẽ utiq; uirum tu, omnesq; boni, non ſolũ in hac iuris profeſsione præcellentem, uerumetiam in omni humanarum actionum genere, omnino quantum in politicum, reiq; publicæ natum hominem cadere poteſt, pium, grauem, induſtrium, ac ſummæ deniq; autoritatis fuiſſe cognouiſti, hæreditarium habeamus,

iſq; tuæ Strenuitati familiaritate fuerit coniunctiſsimus: per hæc, quaſi gradu facto, amici hoc beneficium, quod iuris ſtudioſis confertur, & amico, & cenſori, patronoq; huic tutelari muneri aptiſsimo, tibi inquam, dicare conſentaneum iudicauimus. Siue enim autoritatem, qua à ſiniſtris hominum iudicijs conatus hoſce noſtros uendicabis, ſiue calculum & doctrinam, qua ſi erratū fuerit, caſtigabis, exegerimus: in hoc iuriſconſultum, ut exercitatiſsimum, ita & doctiſsimum, in illo nobiliſsimum ſtrenuiſsimumq; equitem aſſertorem habebimus. Nec enim tuarum uirtutum præconium texere hic locus eſt: ſaltem ut cauſam noſtram in tali Mecœnate prædicando agamus, quid quæſo ad uitæ illius decora adiungi amplius queat, qui ſplendida maiorū proſapia natus, belli pacisq; ſtudijs exercitus, nobiliſsimo & uetuſtiſsimo Cimbricorum Comitum genere, cōiugio illuſtratus, honeſtiſsimis liberis auctus, re familiari inſtructus, ea deniq; apud uniuerſam Germaniam autoritate eſt præditus, ut unus multorum Principum conuertere quò uelit, moderariq; conſilia dicatur? Proinde & tu, & maiores tui feliciter Platonicam hāc doctrinam amplexi eſtis, Bene eruditi uiri, probi euadēt: probi autem facti tum hoſtes pugnando uincent, tum cætera bene agent. Ita incunctanter tua uota ſecutus euentus, primum in bonis artibus mox eò euaſiſti, ut annum uixdum uigeſimumprimum egreſſus, poſtquàm inſignia, quæ uocant doctoralia, inſtinctu nobiliſsimorum uirorū Ioannis de Morſheim, & Philippi de Geldeneck, tuorum conſanguineorum, aſſecutus eſſes, iamq; à Theorica illa ad Practicam Iuriſprudentiam cōuerſus, ubi totius Romani Imperij cauſarum moles agitatur, Cameræ Iudicium accedens, breui non auditor modo, ſed & diſertiſsimus fori patronus effectus, togatam ibi militiam, ſumma cum laude laborantium ſpem, uitam, & poſteros (uti Leonis habet conſtitutio) defendens, peregiſti. Deinceps tranſitu ad armatā quoq; facto, cū omnes mox iuſtæ militiæ partes egregie abſoluiſſes, adeoq; à Diuo Carolo Imperatore aurata Equeſtri militia condecoratus redires, dux turbulentiſsimo, quod in Eburonibus per eius gentis Ducem, contra Illuſtriſsimum Principem Palatinum Traiectenſis Eccleſiæ præſidem mouebatur, bello præfectus, qua magnanimitate, quibusq; belli artibus per continuum ferè bienniū uniuerſos eos motus ſuſtinueris, non modo celeberrima Traiectorum urbs à te fortiſsime expugnata, totq; captiuorum nobiliſsimorum redempta capita: ſed & Cæ

ſarianæ

ſarianæ ditiones Dauentria, Naualia, omniſq; circumiecta regio, à te ſtrenuiſsimè & defenſa, & conſeruata, in perpetuum teſtabũtur. Quid quòd in omnium grauiſsima illa expeditione, cum Turcarũ Imperator arma bis Pannoniæ ſuperiori intuliſſet, in qua non modo Germaniæ, ſed & totius Europæ ſalus periclitabatur, breui tu ad eas belli rationes adminiſtrandas iam ſecundo ex uniuerſa Germanici nominis militia, cum paucis potiſsimum conſiliarius ſelectus, ingruentem patriæ noctem depellendi autor extiteris? Eſt certè, eritq; id omnium tuarum uirtutum, quo uel unico innumeros aliorũ triumphos facile adæquabis, nunquàm intermoriturum elogium. Nec iã quidem, cùm merito militarium uacationem munerum obtineas, minus hac conditione, otioſus, quàm bello antea occupatus, Reipublicæ commoditatibus inſiſtis, dum Illuſtriſsimo Principi Friderico, Electori Palatino, tãquam Neſtor quidam alter, ex ueterano & emerito nouus conſiliorũ Anteſignanus effectus, latus ſubinde claudere ſoles. Sed longius me tuarum laudum impetus, quàm ut præfationi conueniat, abripuit: ad finem properemus. Fuit igitur reuera, hoc euulgandi Tancreti factum, non uti per tranſennam duntaxat intuenti ab initio uidebatur, in progreſſu quoq; leuis aut exigui laboris opus: Sed primum, cum ipſum exemplar penitius introſpicienti undiquaq; hiulcum & deprauatum appareret, eò quòd characterũ ſiue ſcripturæ autor, quid in ſcribendo egiſſet, non ſatis intellexerit, & ad hęc, uti poſt autenticũm fieri ſolet, ipſo temporis tractu exemplariumq; propagatione, Legum, Canonumq; capita, præter alia inſuper accidentia uitia, eſſent ut plurimum mutilata, inuerſeq; poſita, ut omnino niſi errores erroribus de nouo accumulare uellemus, neceſſarium fuerit tum ab his, tum ab alijs perinde emergentibus cicatricibus, & næuis in publicũ proditurum uindicare. Cum itaq; in hoc continuum bimeſtre tempus impendiſſemus: primum fuit omnes leges & canones, qui in toto opere allegantur, inquirere, & ſicubi erratum fuerat, quoad fieri poſſet, fideliter reſtituere, ubi nũquid operæpretium fecerimus, iudicare poterunt, qui Archetypum ipſum plus quàm in trecentis locis à fœdiſsimis mendis repurgatum agnoſcent. Deinde cum pleraq; ex ſcriptoris incuria ceu ſcopæ, ut dicitur, diſſolutæ cohærerent, neceſſarium erat, & huic malo nõ deeſſe. Poſtremo, quod omnium erat laborioſiſsimũ, cum ſcripturæ antiquæ genus eſſet, & ob frequentes literarum ſyncopas omnia forent impeditiſsima, ita ut Typographus in

uniuerſum ab editione abhorreret, niſi negotium prorſus infectum relinquere uellemus, totum libellum deſtinato in id amanuenſi, de integro dictare ſumus compulſi: intantum, ut non citra frugem, aut certe moleſtiam tandem, conſtet nos hic eſſe uerſatos. Quapropter Vir excellentiſsime, cum Tancreti huc uſq; noſtri conditionem, conſilij mei in eo diuulgãdo rationem, ac operam deniq; ad hunc qualemcunq; etiam noſtrã, quam in id certe unum impendimus, ne omnino nullus ſupereſſet Tãcretus, exq; his paratiſsimam erga Strenuitatem tuam uoluntatem noſtram perceperis: ſupereſt, ut ſi ea ita tibi probabuntur, nõ tam Tancretum, quàm nos potius ipſos tibi cõmendatos eſſe uelis. Quod ut facias, Strenuitatem tuam etiam atq; etiam rogo. Vale. Argentorati pridie Calend. Nouemb. Anno ſalutis reparatæ, M. D. XLIIII.

VERBA IOANNIS ANDREAE.

Tertius Tancreti libellus incipit, Aſsiduis poſtulationibus. & in quatuor partes diuiditur, & tractatus incipit à iudice ordinario. & hoc ſciendum quòd Barthol. Brixien. hunc libellum ſolum in antiquarum cõpilationum allegationibus reformauit, aliqua ponens ad literam, omiſſo tamen Tancreti proœmio.

ANNOTATIO.

Notandum eſt, uerba hęc non ita accipienda, ut ſentiamus, id quod hic dicitur, in Tãcreti ipſius libello factitatum fuiſſe, aut certè ante illam alterationem libellus hic ad ſyngraphum, & non ſecundarium aliquod exemplar erit deſcriptus. Præterquàm enim quòd in hoc libello Nouarum Decretalium ubiq; fit mentio, quod argumẽtum eſt huius rei, extant paſsim quædam loca allegata, quæ omnino ad Pontificiarum conſtitutionum ueterem illam, & primam editionem referri oportet. Et eſt præ cæteris appoſitus locus lib. III. de public. teſtium. ubi meminit autor originalis Decretalium.

TANCRETI ORDINIS IVDICIARII TRACTATVS

LIBER PRIMVS DE PERSONIS IVDICIORVM.

A SSIDVIS poſtulationibus me, ſocij chariſsimi, inducere ſtuduiſtis iādudum, ut Ordinis iudiciarij libellum, quo actor ad agendum, reus ad defendendum, & Iudex ad cauſam audiendam, examinandam & definiendam, inſtrui ualeant, ueſtræ componerem charitati. Deſiderijs itaq; ueſtris ſatisfacere cupiens, rem mihi arduam, uobis & cæteris fructuoſam, aggrediar, quod primò Richardus Anglicus, ad inſtar cuiuſdam compilationis, Leges ac Canones ſub certis paragraphis inducendo, & pro utraq; parte in ſingulis articulis allegando tentauit. Poſtmodum Pillius Legiſta & Doctor egregius, ciuili ordine paucos tantum canones inducendo, ad modum ſummæ ſcribendo perfecit, quē pro ſui ſapiētia & doctrina in pluribus imitari diſpono. In his præcipuè caſibus, quibus ſecundum ciuile ius eſt in foro Eccleſiaſtico procedendum, & ubi leges ſacris canonibus nō repugnant: in cæteris uero ſacros canones ſecularibus legibus præferendo, quod poſcitis ſecundū canonica ſtatuta adimplere curabo. Inuocato igitur nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad præmiſſum tractatum accedo.

Richardus Anglicus.

Pillius Leg[iſta].

Intentio au[cto]ris.

De ordine Iudiciorum.

IVDICIORVM ſiquidem ordo, quamuis in pluribus attendatur, ſicut ex ſubſequentibus titulis apparebit: in his tamen conſiſtit præcipuè, ut primo Iudex competens adeatur, & per literas uel per nuntium reus citetur: libellus reo uenienti porrigatur, & ſi uoluerit, induciæ deliberatoriæ ſibi dentur. Litis conteſtatio ſuper re petita fiet: Iuramentum calumniæ

Termini iudiciorum præcipui.

præſtetur: Partes ſuper ipſo negotio interrogentur: Teſtes & inſtrumenta producantur, producta publicentur, & ſuper his poſtmodum diſputetur. Deinde per diffinitiuam ſententiam negotium terminetur. Quæ omnia per manum publicam, & ſi publica non poteſt haberi perſona, per duos doctos uiros diligentiſsimè redigantur in ſcriptis, per quæ, ſi fuerit orta contentio, poſsit ueritas declarari, alioquin pro iudicis proceſſu non præſumetur, niſi quatenus legitimis conſtiterit documẽtis, ut eſt extrà de probationibus. c. quoniam cõtra falſam. ubi dicitur, quòd tam ordinarius, quàm delegatus debet habere tabellionem, aut loco eius duos uiros idoneos, qui omnia iudicialiter acta conſcribant à principio cauſæ uſq; ad finem, & originalia penes ſe detineant, & tranſcriptum partibus tradant, ut ſi fortè ſuper aliquo articulo contendere uoluerint, uel ſuper proceſſu iudicij cõtẽtio orta fuerit, per hoc poſsit ueritas declarari. Iudex autem ſi hoc de negligentia prætermiſerit, ſi exinde aliquid difficultatis emerſerit, ſuperioris arbitrio puniatur. Nec de eius proceſſu præſumatur, niſi quatenus per huius acta conſtiterit.

Publica perſona conſcribat acta iudicij.

Iudex non cuſtodiẽs acta iudiciorũ, punitur.

De diuiſione huius libelli.

DIVIDITVR libellus iſte in quatuor partes: In prima tractat de perſonis illis, quæ debẽt conſiſtere in iudicio: in ſecunda inſtruitur actor & reus, & Iudex in præparatorijs ad iudicium, & de his, quæ præcedunt litis conteſt. In tertia de lit. conteſt. & de omnibus quæ ſequuntur in iudicio uſq; ad definitiuã ſententiam. In quarta de ſententijs, & ſentẽtiarum executionibus, & appellationibus, & reſtitutionibus in integrũ.

De diuiſione Iudicum.

IVDICVM alij delegati, alij ordinarij, alij arbitrarij, ut ij.q.vj.c. à Iudicibus. ubi dicitur, quòd Iudicum alij ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij ſunt, qui ab Apoſtolico eccleſiaſticam, & ab Imperatore ſecularem accipiunt poteſtatem. Arbitrarij ſunt, qui nullam poteſtatem habentes cum conſenſu litigantium, ut iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum ſententiæ ſtetur. Verba ſunt Decreti, de quibus breuiter pertractabimus. Videamus ergo quis dicatur iudex ordinarius, quis poſsit eſſe iudex ordinarius, & quod ſit eius officium. Ordinarius iudex eſt, qui, ut ſuprà dictum eſt, in Eccleſiaſticis ab Apoſtolico habet poteſtatẽ, ſicut primates, Archiepiſcopi,

Ordinarij.
Arbitrarij.

Ordinarij noſtro tempore.

piſcopi, Epiſcopi: in ſecularibus ab Imperatore, ut Duces, Comites, qui totalem alicuius prouinciæ, uel loci accipiũt iuriſdictionem. Et nota quòd dominus Papa iudex eſt ordinarius ſingulorum, ut ix.quæſt.iij. §.cuncta per orbem. ubi dicitur, quòd ad dominum Papam appellatur ab omnibus, ab ipſo autem ad neminem: & Romana Eccleſia caput eſt & magiſtra omnium Eccleſiarum domino diſponente, ut extrà de fo.compet. c. licet.ij. ad idem extrà de priuil. c. antiqna. ubi dicitur, quòd Romana Eccleſia ſuper omnes alias, ordinariæ poteſtatis obtinet principatum. Similiter Roma eſt omnium communis patria, ut ff. ad municipa.l. Roma. Item nota, quòd conſuetudo tribuit ordinariam iuriſdictionem, dummodo ſit præſcripta, & in cõtradictorio iudicio ſit obtenta, ut C.de eman. l.j.& l.ultima, eodem titulo.ubi dicitur, Cum inſpeximus in emancipationibus uanam obſeruantiam cuſtodiri, & uenditiones in liberas perſonas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniurioſa rapiſmata, id eſt, extorſiones, quorum nullus rationabilis exitus inuenitur: iubemus igitur huiuſmodi circuitu quieſcente licentiam ei eſſe, qui emancipare uult ex lege Anaſtaſiana hoc facere, uel ſine ſacro reſcripto intrare competẽtis iudicis tribunal, uel eos adire magiſtratus, quibus hoc facere uel lege, uel longa conſuetudine permiſſum eſt, & filios ſuos, & nepotes, & neptes, & filias, & deinceps progeniem in poteſtate ſua conſtitutam, à ſua manu dimittere, & legitimam uiam iuris omni modo habere. Et ſi nõ ſpecialiter reſeruauerit hoc ſibi, & peculium donare, uel alias res liberalitatis titulo in eos transferre, & eas res, quæ acquiri indignantur, per uſumfructum ſecundum noſtræ conſtitutionis modũ detinere, & omnia facere uana, tantummodo ſecundum quod dictum eſt obſeruatione ſublata. Ad idem extrà de arb.c.dilecti.ubi dicitur, quòd licet fœminæ ab omnibus prohibeantur publicis officijs, ualet tamen ſententia à Regina Franciæ lata, cum illius terræ conſuetudo habeat, ut tales fœminæ præcellentes in ſuos ſubditos iuriſdictionem exerceant. Ad idem de exceſs.prælat.c.ad hæc. ubi dicitur, Capellani quarundam Eccleſiarum cuidam Archidiacono quædam obſequia debebant ex conſuetudine antiqua: Epiſcopus illius loci quaſdam Eccleſiarum illarum ab illis obſequijs cõſtituerat liberas & immunes: cõqueſtus fuerat Archidiaconus domino Papę ſuper hoc: reſpondit Papa, quòd illæ Eccleſiæ, prout conſueuerant, eidem Archidiacono reddãt antiqua obſequia & honoré. Item uniuer

Papa ordinarius ſingulorũ.

Eccleſia Romana caput et magiſtra Eccleſiarum.

Cõſuetudo tribuit ordin. iuriſdictionem.

Vniuerſitas electo tribuit iuriſdict.

uniuerſitas eligendo aliquem in dominum uel prælatum, tribuit ei iuriſdictionem, ut extrà de offi. iud. or. c. cum ab Eccleſiarum prælatis in aliquos promulgatur malefactores ſententia, debet & firma cõſiſtere, & uſq; ad dignam ſatisfactionem inuiolabiliter obſeruari. Similiter ſi ciues aliquem ſibi eligant in defenſorem, dant ei iuriſdictionem ſui, ut ff. quod cuiuſq; uniuerſitatis nomine, &c. l. j. §. quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſcunq; alterius nomine, eorum proprium eſt ad exemplũ Reipubl. habere communem arcam, & cõmunem defenſorem & actorem, ſiue ſyndicum, per quem tanquam in Republica, quod communiter agi fieriq; oporteat, agatur, uel fiat: quòd ſi nemo eos defendat, quòd eorum commune erit poſſideri: & ſi qui admoniti non excitentur ad ſui defenſionem, uenire ſe iuſſurum procõſul ait. Et quidem nõ eſſe actorem, uel ſyndicum, tunc quoq; intelligimus, cum is abſit ualetudine impediente, aut inhabilis ſit ad agendum. Et ſi extraneus defendere uelit uniuerſitatem, permittit proconſul, ſicut in priuatorum defenſionibus obſeruatur, quia eo modo melior eſt conditio uniuerſitatis.

Item ciues ſuo defenſori.

Quis poſsit eſſe Iudex ordinarius.

Tractatus iudicum prohibitorum eſt.

SEQVITVR quis poſsit eſſe Iudex ordinarius: & dicitur, quòd omnis qui non prohibetur. Prohibentur multi, ut iij. quæſt. vij. par. ij. ubi dicitur, Tria ſunt, quibus aliqui impediuntur ne iudices ſint: Natura, ſurdus, mutus, perpetuo furioſus: Impubes, qui iudicio caret, qui à ſenatu motus eſt. Moribus, fœminæ & ſerui, non quia non habent iudiciũ, ſed quia præceptum eſt, ut quibuslibet ciuilibus nõ fungantur officijs. Vnde ſi ſeruus cum putaretur liber, ex delegatione ſentẽtiam dixit, quamuis poſtea in ſeruitutem deductus ſit, ſententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem habet, ut ff. de offi. prætoris. l. Barbarius Philippus. ad idẽ xxxiij. q. v. §. mulierẽ. ubi dicitur, Mulierem conſtat eſſe ſubiectam dominio uiri, & nullam autoritatem habere, nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, nec iudicare. Ad idem ff. de reg. iur. l. fœminæ. ubi dicitur, Fœminæ ab omnibus ciuilibus officijs uel publicis remotæ ſunt, & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratus regere, nec pro aliquo poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere. Item impubes debet abſtinere ab omnibus ciuilibus officijs &c. Item prohibentur ſeruus, infamis, furioſus, & indiſcretus, ut in ſuperioribus concordatum eſt:

L. Barbarius. ff. de off. præt.

Fœminarũ conditio.

eſt: & extrà de reſcrip.c. ſciſcitatus. ubi dicitur, quòd infamis iudex eſſe non poteſt de iure. Item minor uigintiquinq; annis prohibetur, quia in minori ætate cōſtitutus nemo debet eligi ad aliquam dignitatem ſecularem, uel Eccleſiaſticam, ut extrà de elect.c. cum in cunctis.& ff.de mun. & hon. l.ad Rempub. In Decretali dicitur, quòd nemo debet aſſumi ad aliquam dignitatem, niſi xxv.ætatis ſuæ attigerit annum. Delegatus tamen poteſt eſſe, ex quo xviij. annum compleuerit, ſed antè nō, ut ff.de re iud.l.quidā.ubi dicitur: Quidam cōſulebant, an ualeret ſententia à minore xxv.annis lata: & æquiſsimū eſt tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor xviij. annorum ſit: certe ſi magiſtratum minor xxv.geſſerit, dicendum eſt eius iuriſdictionem non improbari. Et ſi forte de conſenſu minor iudex datus ſit ſcientibus his, qui in eum conſentiebant, rectiſsime dicitur ualere ſententia. Proinde, ſi minor prætor uel conſul tus dixerit, ſententiámue protulerit, ualebit ſententia. Princeps enim, qui magiſtratum dedit, omnia ei gerere decreuit. Iſtud hodie corrigitur per Decretalem Nouam, extrà de off. iud. deleg.c. cum uiceſimum. ubi dicitur, quòd minor xviij. annorum, non habens uiginti annos, non poteſt eſſe delegatus, niſi in duobus caſibus, ſcilicet, ſi partes conſentiunt in ipſum, uel ſi delegatio facta fuerit à principe, ab alio non ualeret. *Item prohibetur excommunicatus iudex eſſe, quia nec per ſe, nec per alium poteſt in iudicio eſſe, ut extrà de iudicijs. c.intelleximus. ubi dicitur, quòd licet excommunicatus non poteſt ſtare in iudicio per ſe, tamen poteſt cogi per alium reſpondere, & extrà de probat.c. poſt ceſsionem.& extrà de off. deleg .c. prudentiam. §. vj.ubi dicitur, quòd excommunicatus prius eſt abſoluendus, quàm audiatur. Et plus hodie dicit Decretalis Noua, extrà de except.c.exceptionem.ubi dicitur, quòd iudex ex officio ſuo poteſt eum repellere, licet aduerſarius non obiiciat excommunicationem. Reſponſio Decretalis eſt, ne cogatur quis in periculum animæ ſuæ communicare excommunicato. Item prohibetur hæreticus, ut xxiiij. quæſt.j. §. audiuimus.in fine, ubi dicitur, Liquido cōſtat, qui ab integritate fidei recedit, maledicendi, uel benedicendi poteſtatem non habere. Catholicum nanq;, utpote ſuperiorem ſe, maledicere non ualet, quia in alienum à fide, tanquam ſibi inæqualem, ſententiam dare non poſſet. Item prohibētur omnes qui ſunt conſanguinei actoris, uel inimici rei, uel alia iuſta de cauſa ſuſpecti, ut iij.q. v. §.quod ſuſpecti. Quæ autem

Minor xxv. an.

Quādo minor 25.annis poſsit eſſe Iudex.

*Decret. No. *Tamē poſt num uigeſi recte iudica minor. Nec ad capacit. iuriſdiction exercendæ, ceſſarioreq tur uirilis æ ut habet P norm.ibiden*

Excōmunicatus.

Hæreticus.

tem

tem ſint cauſæ ſuſpicionis & quot, & quando iudices recuſari poſſunt, hoc planè notatum inuenies infrà titulo de recuſationibus iudicum: & hæc omnia locum habent tam in ordinario, quàm delegato.

De officio cuiuslibet Iudicis.

OFFICIVM cuiuſlibet Iudicis eſt latiſsimū: debet enim omnia, quæ ad cauſam pertinent, inquirere, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, ut xxxiij. q. v. §. iudicantem. ubi dicitur, Iudicātem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, obijciendi, præbita patientia, ut actio ambarum partium illuminetur pleniter. Nec litigantibus iudex prius uelit ſua ſententia obuiare, niſi quando iam peractis omnibus, nihil habeant in quæſtione, quod proponatur, & tam diu actio uentiletur, quouſq; ad rei ueritatem perueniatur. Item interrogare frequenter debet ne prætermiſſum aliquid permaneat, quod annecti conueniat, ut C. de iud. l. iudices. ubi dicitur, Iudices oportet in primis rei ueritatem plena inquiſitione diſcutere, & tunc utranq; partē ſæpius interrogare, num quid noui addere deſiderent, cum hoc ipſum ad alterutram partem proficiat, ſiue diffinienda ſit cauſa per iudicem, ſiue ad maiorem poteſtatem referēda. Item debet locum tutum aſsignare partibus ad litigandum, ut iij. q. ix. c. penul. & extrà de reſcrip. c. cum * dilecta. ubi dicitur, quòd cum cōtrouerſia eſſet inter duas Moniales ſuper electione in Abbatiſſam, multis allegationibus hinc inde propoſitis, mandat Papa quibuſdā iudicibus, ut partibus tutum locum aſsignent, ut poſsit negotium terminari. Et extrà ut lite non conteſt. c. accedēs. ij. ubi dicitur de quodam Comite, cui terminus aſsignabatur in terra inimicorum, ubi ſine mortis periculo accedere non audebat, qui licet literas de cōductu non habuit, ſi tamen miſſæ fuiſſent, non debebat ſe credere ſuis capitalibus inimicis. Et extrà de app. c. ex parte. ubi dicitur, quòd dominus Papa mandauit iudicibus, ut locum tutum partibus aſsignarent, quod ſi non fecerint, licet appellatio ſit in literis prohibita, licitè poterit prouocari. Item debet omnem timorem à partibus, & à teſtibus partium remouere, ut iij. q. ix. c. hortamur. ubi dicitur, Sub timore domini cōſuetam conſcientiæ ueſtræ ſynceritatem in hoc quoq; negotio conſeruantes, omnem à perſonis, quæ ueritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari formidinem, & ueſtris præſentari

Interrog. iud.

[L]ocus tutus aſ[sig]nandus.

[...] c. hoc, caſui [...] eſēti quo ad [...]um, non cō[ue]nit, in reli[q]uum autē ſe[...] huius eſt ma[te]ria. Et uide[...] poſſet in an[ti]quo exempla[...], ita fortaßis legi ſolitum, cū hodie in nouo id ſit reſcißū, maxime cū huius initij aliud c. non extet.

Timor à partibus remouend.

tari conſpectibus. Item debet dilationes dare, ſecūdum quod uiderit expedire, extrà de app.c. cum ſit Romana. ubi dicitur, Licet annus appellantibus indulgeatur, uel ex iuſta cauſa bien nium, iudex à quo appellatum eſt, ſecundum locorum & prouinciarum diſtantiam, & temporis qualitatem, reſciſsius tempus poterit moderari. Ad idem ff. de iud.l. nonnunquam. ubi dicitur, Nonnunquā hoc edictum, ſcilicet peremptoriū, poſt tot numero edicta, quæ præceſſerunt, datur, nonnūquam poſt unum uel alterum, nonnunquam ſtatim, quod appellatur unū pro omnibus. Hoc æſtimare oportet eum, qui ius dicit, & pro cōditione cauſæ, uel perſonæ uel temporis, & ita ordinem edictorum, uel compendium moderari. Ad idem ff. de re iud.l. ij. ubi dicitur, Qui pro tribunali cognoſcit, non ſemper tempus iudicati ſeruat, ſed nōnunquam prorogat, nonnunquam coarctat pro cauſæ qualitate & quantitate, uel perſonarū obſequio, uel cōtumacia. Sed perraro infra ſtatutum tempus ſententiæ exequūtur, ueluti ſi pupillo alimēta conſtituantur, uel minori xxv. annis ſubuenitur. Ad hoc facit v.q.iij. c. ſi ægrotans. Itē debet iudex incidentes, uel emergentes quæſtiones per interlocutoriā ſentētiare, & ipſas interlocutorias, ſi expedire uiderit, reuocare, ut ff. de ſent. & re iud.l. quod iuſsit. ubi dicitur, quòd iuſsit uetuítue prętor cōtrario imperio tollere, uel remittere poteſt, licet de ſentētijs diffinitiuis contrarium ſit, ut ff. de re iud.l. iudex. & extrà de app.c.* cum ceſſante. ubi dicitur, quòd ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus aliquid interlocutus eſt, uel alicui cōminatus, uel executioni mandauit in præiudiciū alterius partis, bene poteſt ſe corrigere, nō obſtāte appellatione propter hoc facta, & procedere in negotio, dūmodo aliàs non ſit ſuſpectus. Item per diffinitiuam ſententiam debet negotium diffinire, & ſententiam ſiue ſit ordinarius, uel à Principe delegatus, executioni demandare, ut extrà de off. deleg.c. quærenti. ubi dicitur, Statuimus ut delegatus à nobis non ſolum uſq; ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſoluendum debitum à lege reo conceditur, ſed uſq; ad integrum annum iuriſdictionem ſibi commiſſam ad exequendam ſententiam ualeat exercere. Et in multis alijs conſiſtit iudicis officium, quæ ex ſequentibus titulis dilucide apparebunt.

Dilationes dāde.

O Iudices.

Off. iudicis in quæſt. emerg. & incid.

** Argumētum à cōtrario ſenſu iuxta reg.l. cum prætor. ff. de iud.*

De officio Iudicis delegati.

QVONIAM Iudices delegati ſæpe conſtituuntur ab ordinarijs, ideo poſtquā tractauimus de ordinarijs, conſequitur

de

de delegato tractemus. Videamus prius qui ſint Iudices delegati, & quæ ſit eorum poteſtas, ſiue iuriſdictio, qualiter corũ iuriſdictio finiatur, & quæ ſit differentia inter iudices delegatos à Principe, & delegatos ab alio. Iudices delegati ſunt, quibus una uel plures cauſæ ſunt commiſſæ ab eo, qui habet ordinariam iuriſdictionem, uel à Principe delegatam. Officiũ iudicis delegati in multis conſiſtit, ſicuti ſuprà in titulo proximo de off. iud. ord. dictum eſt. Poteſtas eius eſt, quòd ex quo cauſa eſt ſibi commiſſa etiamſi ſimpliciter, extendatur tamen ad omnia ſine quibus cauſa nõ poteſt explicari, ut extrà de off. iud. deleg. c. præterea. ubi dicitur in fine, quia ex eo, quòd cauſa committitur ſibi iudicandi ſuper alijs omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectant, plenariam accipit poteſtatem. Ad idem extrà eodem. c. paſtoralis. §. quia uero. ubi talis ponitur intellectus: Quæſitum fuit à Papa, utrum delegatus poſſet mandare ordinario, ut citaret partes, uel ſententiam ſuam demandaret executioni: & dicit Papa quòd ſic, & poteſt ordinariũ cogere ad hoc, ſi noluerit obedire, quia nõ ſua, ſed delegantis utitur poteſtate, & iudici delegato omnia delegantur, quæ ad iuriſdictionem facere dignoſcuntur. Ad idem ff. de iuriſdict. om. iud. l. ij. ubi dicitur, Cui iuriſdictio conceſſa eſt, ea quoq; uidẽtur concedi ſine quibus cauſa terminari non poteſt. Ad idem facit Decretalis Noua, extrà de off. & po. iud. deleg. c. ſuſpicionis. §. ab ipſo quoq; Item excommunicatum poteſt abſoluere actorem, quamuis hoc ei non ſit ſpecialiter mandatum, ut extrà eodem. c. prudentiam. §. vj. ubi dicitur, Si excommunicatus aliquis fuerit ab ordinario, uel delegato, & malitioſe eum abſoluere diſtulerit, iudices delegati, ritu Eccleſiaſtico eum poterunt abſoluere. Item punire poteſt contumacem, uel iuriſdictionem ſuam impedientem, ut extrà de off. iud. deleg. c. j. ubi dicitur, quòd ſi cauſa alicui committitur, & aliqui potentes compellant minis, uel terroribus conquerẽtem ſilere, ſimiliter poteſt eos iudices excommunicare, ut extrà eodem. c. paſtoralis. §. j. & c. ex literis. uerſi. fin. ubi dicitur, Si ſubdelegatus coërtionem non haberet, demandata iuriſdictio deluſoria uideretur. Ad idem ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. l. ult. ubi dicitur, Mandata ei iuriſdictio ſine aliqua coërtione nulla eſt. Item citare poteſt, & citationem ſuam alij committere, ſi eſt à Principe delegatus, ut extrà eodem. c. paſtoralis. §. ij. ubi dicitur, quòd cum totum negotiũ poteſt committere alij, citationis officium poteſt cuilibet ratione præuia, demandare,

Poteſtas iudicis deleg.

[...]lex ex offic. [...] ſoluit excõ[...]municatum.

[...]unit contumacem.

Iuriſdictio ſine coertione nulla eſt.

Delegat citationem.

are, ac punire merito contemptorem. Item cauſam ſibi dele-
gatam totam, uel partem coniunctim, uel diuiſim uni, uel plu- *Quamlibet cauſæ partem alij cõmittit.*
ribus delegare, uel eius executionem alij demãdare poteſt, ut
extrà eodem.c. ſuper quæſtionũ. §. intentionis. ubi dicitur, Vt
iudicialis autoritas ualeat liberius exerceri, delegatus à no-
bis licite poterit, & principium, & medium, & finem cauſæ ſi
bi commiſſæ, non ſolum coniunctim, ſed & diuiſim, alij dele-
gare. Ad idem facit Decretalis no. extrà e.tit.c. uenerabili f.u.
circa medium. Item maior eſt eo, cuius cauſa ſibi cõmittitur, *Delegatus maior eſt parte litigante.*
ut extrà e.tit.c. ſane. ubi dicitur, Iudex à nobis delegatus uices
noſtras gerit, unde in cauſa illa ſuperior eſt, & maior illis, quo
rum cauſam ſuſcipit tractandam. Item ſentẽtiam ſuam exequi *Delegatus ſententiam ſuam exequitur.*
poteſt, uel executioni mandare, ut extrà e.ti.c. querenti. & c. in
literis. ubi dicitur, quòd ſi ſententiam ſuam executioni manda
uerit, uel fecerit mandari, expirat eius iuriſdictio. ¶ Sed licet *Delegati poteſtas limitatur per formam commiſſ.*
hæc, & multa alia poſsit iudex delegatus, de ijs tamen tantum
poteſt cognoſcere, quæ in commiſsione continentur: uel
per generalem clauſulam compræhendi poſſunt, & non ad a-
lias res, uel perſonas iuriſdictionem extendere, ut extrà e.c. cũ
olim. ubi ponitur talis caſus: Cum olim uertebatur inter quen
dam Comitem & Abbatem cauſa, ſuper certis articulis, ſed de
pluribus, quàm in reſcripto cõtinebatur, fuit coram iudicibus
probatum: Comes dicebat, quòd non debuiſſent ſe intromit-
tere, niſi de illis tantummodo, quę in reſcripto continebãtur:
obiiciebat altera pars, quòd ſic: quia procurator eius litem ſu
per illis articulis non inſertis in reſcripto fuerat conteſtatus.
Comes reſpondebat, quòd non ad illos, ſed ad eos tãtum in
reſcripto contentos procuratorẽ deſtinarat, & ſuper hoc ap-
pellauit, nihilominus excommunicatus fuit. Dicit Papa ſentẽ
tiam latã in Comitem non tenere, quia de damnis in reſcripto
nõ inſertis cognitio ad prædictos iudices nullatenus pertine-
bat. Et quod iudex nõ poteſt prorogare iuriſdictionem ſuã *Iuriſdic. deleg. non prorogatur.*
ad alias perſonas, uel res, dicit Decr. no. extrà de off. iud. del. c.
P. & g. & hoc uerum eſt, quòd non poteſt principaliter iuriſ-
dictionem ſuam prorogare, ſed acceſſoriè ſic. Item poteſt de *De reconuentione cognoſ.*
ijs cognoſcere, quæ in modum reconuentionis obiiciuntur à
reo, ut extrà de mu. pet. c. ex literis. ubi ponitur talis caſus: Qui
dam clerici litigabant contra quoſdam monachos coram de-
legato. monachi nolebant habere, ut clerici reſpõderẽt coram
illis iudicibus. dicit Papa iudicibus, quòd clerici reſpondeant
monachis incontinenti. Ad idem iij. q. viij. ubi habetur cano-

nizata l.in agẽdo.C.de ſent.& interlo.ubi dicitur, Cuius quis in agendo obſeruat iudicium, cõtra ſe iudicem in eodem negotio nõ dedignetur habere. Iſtud reſpicit illud, quod ſuprà dictum eſt, quòd ſcilicet iudex delegatus tantùm poteſt cognoſcere de iis, quæ in cõmiſsione continẽtur. Et hæc eſt ratio, quia fines mãdati obſeruãdi ſunt, ut extrà de reſcrip.c.cũ dilecta. ubi dicitur, quòd dominus Papa caſſauit proceſſum quorundã delegatorũ, ideo quòd omiſſo articulo indiſcuſſo, qui primus inferebatur in reſcripto, de ſubſequẽtibus tractauerunt. Et propter conſimilem cauſam fuit caſſatus proceſſus quorundã iudicũ, ſuper eo, quòd nõ reſtituerant quendã Epiſcopũ loco ſuo, ſicuti cœperunt in mãdatis, ut ff.de off.dele. c.uenerabili.circa prin. Ad idem ff.mandati.l.diligẽter.ubi dicitur, quòd fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt.

Fines mandati ſunt ſeruandi.

Quot modis iuriſdictio delegati finitur.

Si moriatur delegatus.

**Facit quidem hic Canon ad rẽ, ſed caſus nõ per omnia quadrat textui.*

FINITVR autem iuriſdictio iudicis delegati multis modis, ſcilicet mortuo eo, cui ſub proprio nomine cauſa delegatur, ut xviij.q.ij.c.dudũ.* ubi dicitur, quòd dominus Papa mãdauit cuidam Epiſcopo, ut puniret quoſdã clericos, qui bona Eccleſiarum dilapidabant. Epiſcopus non proceſsit in cauſa: ipſo ſublato de medio, ſucceſſor eius uoluit ꝓcedere. dicitur quòd nõ poteſt, quia ſub proprio nomine mandatum fuerat prędeceſſori. Ad idẽ extrà c.quoniã Abbas.de off.deleg.ubi talis eſt caſus: Duo Abbates erant delegati, non expreſsis nominibus perſonarum, ſed locorũ: alter mortuus eſt, & alius ſubſtitutus eſt: iudex ſuperſtes, cum alio ſentẽtiauit ſubſtituto, & dicitur quòd ualet ſententia. Ergo ſi exprimeretur nomẽ, nõ ualeret ſentẽtia ſubſtituti. Et dicit Decretalis no. ꝙ uno delegatorum mortuo, uel arbitrorum, eorum officiũ expirat, niſi aliud in delegatione, uel cõpromiſsione fuiſſet expreſſum, ut de off.deleg.c.uno delegatorum. Item ſi delegans cauſam ad ſe reuocet, ut ff.de iud.l. cum prætor unum ex pluribus iudicare uetat, cæteris id committere uidetur. Ad idẽ Inſtit.mandati.§.recte. ubi dicitur, Recte quoque mandatum contractum, ſi dũ adhuc integro mãdato mors alterius interueniat, uel eius qui mandauit, uel eius qui mandatum ſuſcepit, ſoluitur mandatum: ſed utilitatis cauſa receptum eſt, ſi mortuo eo, qui tibi mãdauit, tu ignorãs eũ deceſsiſſe, executus mandatũ fueris, poſſe te agere mandati actione. Alioquin iuſta & probabilis

Si reuocet ordinarius.

probabilis

babilis ignorãtia tibi damnum adferret. Ad idem extrà ut lit. pen. nihil innou. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.ij. ubi dicitur, ꝙ cõtrouerſia orta fuerit inter duas Eccleſias, cauſa erat commiſſa à Cœleſtino Papa, prædeceſſore Innocẽtij Papæ, quibuſdam iudicibus delegatis: ſed ea nondum deciſa, reuocauit coram ſe negotium terminandum: iudices hoc non obſtante, proceſſeruut in cauſa mortuo Cœleſtino, negotio nondum terminato. Innocentius iudicat irritum & inane, quicquid poſt reuocationem fuerit attẽtatum à iudicibus delegatis. Item finitur eius iuriſdictio, ſi iudex ipſe remittat cauſam ad delegantem, ut extrà de off. leg. c. licet. ubi dicitur, quòd quidam Cardinalis præcepit cuidam Epiſcopo quendam Abbatem electum in Archiepiſcopum examinare, & examinationem redactam in ſcriptis tranſmiſit domino Papæ: qua tranſmiſſa, Cardinalis antequàm confirmaretur electio, fecit aliam inquiſitionem ſuper electione Abbatis. dicit Papa, ꝙ non ualet ſecũda examinatio, tanquã à non ſuo iudice facta, poſtquã Domino Papæ prima fuerat examinatio tranſmiſſa, uel deſtinata. Item finitur elapſo termino in commiſsione comprænenſo, niſi de cõſenſu partiũ prorogetur, ut extrà eodem. c. de cauſis. ubi dicitur, quòd ſi cauſa fuerit commiſſa, infra certum terminũ decidenda, elapſo termino in commiſsione dato, expirat iuriſdictio, niſi de conſenſu partium prorogetur. ad idem eodem titulo. c. p. & g. ubi dicitur, Sine utriuſq; partis conſenſu nõ licet iudici terminum prorogare præfixum à delegãte. Item finitur iuriſdictio ſententia lata executione mandata, ut extrà c. in literis. de offi. deleg. Ad idem ff. de re iudi. l. iudex. ubi dicitur, Iudex poſtquã ſententiã dixit ſemel, iudex eſſe deſijt, & hoc iure utimur, ut iudex, qui ſemel pluris, uel minoris condemnauit, amplius corrigere ſententiã ſuam nõ poſsit. Semel enim, ſiue bene, ſiue male officio ſuo functus eſt. Hoc intelligo, quantum ad examinationem cauſæ, ſed non finitur eius officiũ, quantũ ad tuitionem ſuæ ſententiæ, quia ſemper eam tuebitur, ut ff. ne uis fiat ei, qui in poſs. miſs. eſt. l. j. §. j. ubi dicitur, quòd fruſtra iudex mittit aliquẽ in poſſeſsionem, niſi miſſum tueatur. Sed quæri poteſt, Quouſq; tuebitur? Reſpondeo Semper, argumento C. de pœnis. l. ſeruus. ubi dicitur, Seruus ſub pœna uinculorum, ſine præfinitione temporis addi iuſſus, ſentẽtia præſidis prouinciæ perpetuo eſſe debet. Caſus talis eſt: Iudex ſententiauit contra ſeruum quendam ſic, Cõdemno, quòd ſis in uinculis: quærebatur quouſq; debebat eſſe in uinculis. dicit

Finitur ſi remittatur cauſa ad delegantem.

Finitur termino ſtatuto elapſo.

Finitur facta executione.

Intellectus l. iudex. ff. de re iud.

Sententia ſemel lata perpetuo eſt defendenda.

cit lex in perpetuum, ex quo non fuiſſet expreſſum in ſententia. Ergo à ſimili, ex quo iudex poteſt tueri ſententiam intelligẽdum eſt, quòd ſemper tueri poſsit eam: Imò & ſucceſſor iudicis delegati hoc poteſt facere, ut extrà de off. iud. deleg. uel ord. c. paſtoralis. §. præterea. Et hodie dicit Decretalis noua, quòd quiſq; debet mitti in pacificam poſſeſsionem & corporalem, ut extrà de off. deleg. c. uenerabilis. Et quòd tueri poſſit, habes extrà de ſen. & re iud. c. cum Bertoldus. Itẽ finitur, ſi fuerit commiſſa alij, habita expreſſa nominatione de priori cõmiſsione, ut extrà de reſcriptis. c. cæterũ. ubi dicitur, quòd ſi aliquis impetrauerit literas contra aliquem, & alius poſtmodũ ad alios iudices literas impetrauit contra eundẽ, in quibus non fiebat mentio de prioribus, non ualent ſecundę, & debet procedi ſecundum primas. Item alio modo finitur, ſi aliquis cõmiſit uices ſuas in totũ alicui, quia ſi poſtea uelit alicui alij cõmittere, non poteſt, ut extrà de off. deleg. c. uenerabilis. Item finitur, ſi re integra exiſtente moriatur delegans, ut Inſti. mandati. §. recte. Simile eſt prope etiam, extrà de off. deleg. c. licet undiq;. uerſ. fin. ubi dicitur, quòd mandatum re exiſtente integra morte mãdatoris expiret: & eodem tit. c. gratum, & c. relatum. Et ff. de iur. om. iud. l. & quia nec principaliter. §. ideoq;. ubi dicitur, Si is, qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit antè quàm res ab eo, cui mãdata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſolui mandatum Labeo ait, ſicut ſoluitur in reliquis caſibus. Et dicit hodie Decr. no. quòd ſi legatus deſtinatus ad aliquam prouinciam commiſerit cauſam alicui. & ille non citauerit partes, antequàm legatus de illa prouincia receſſerit, expirat eius iuriſdictio, ut extrà de off. leg. c. nemini dubium. Item finitur, ſi appelletur in caſu licito, ut extrà de app. c. directe. ubi dicitur, quòd, cum quis appellat à iuriſdictione illius, à quo appellatum eſt, ſe facit exceptum; & extrà de app. c. ſignificante. ubi dicitur, quòd ſi aliquis appellauerit ad ſuperiorẽ, exẽptus eſt omnino, quo ad illum articulum, ſuper quo appellatũ eſt à iuriſdictione iudicis, à quo appellauit. Ad idẽ extrà eodem. c. relatum. Item finitur iuriſdictio, ſi fuerit legitimè recuſatus, ut extrà de app. c. ſecundo requiris. §. tertio poſtulas. ubi dicitur, quòd ſi cauſa ſuſpicionis fuerit probata, iudex recuſatus debet à cauſæ cognitione ſuperſedere: ipſa nanq; ratio dictat, & plurimis probatur exẽplis, quòd ſuſpecti & inimici iudices eſſe non debent. Ad idem extrà de fo. comp. c. licet ex ſuſcepto. ubi dicitur in fine, Si conſules iuſtitiæ tanquam merito ſuſpecti, re

Si cõmittatur alij.

Si in totum alij uices ſuas de leg. mandat.

Morte delegãt: re integra.

Si appelletur legitime.

Si recuſetur.

ctí recuſantur, & probata fuerit coram arbitris communiter electis ſuſpicio, ad Papam uel Epiſcopum recurratur. Ad idem extrà de app. c. cum ſpeciali. ubi dicitur, quòd poſtquam fuerit cauſa recuſationis iudicis coram arbitris communiter probata, ad ſuperiorem uel aliquem electum de conſenſu partiũ recurratur. Ad idem extrà de off. iud. del. c. ſuſpicionis.

De differentia Iudicum delegatorum.

PRAETEREA nota quadruplicẽ differentiã inter delegatum à Principe, id eſt, Papa uel Imperatore, & delegatũ ab alio, puta Epiſcopo, aut Duce: quia delegat⁹ à Principe poteſt totã cauſam, uel eius partes aliis delegare, ut extrà de off. deleg. c. ſuper quæſtionum. §. intentionis. ſuprà eodẽ ti. prox. ſed delegatus ab ordinario, uel ab alio quàm à Principe, cauſam ſibi delegatam alij delegare non poteſt, ut C. de iud. l. à iudice. ubi dicitur, A` iudice iudex datus, dandi iudicẽ nõ habet facultatẽ, cũ ipſe iudiciario uicario munere fungatur, niſi à Principe iudex fuerit datus. Ad idem facit Decr. no. extrà de off. deleg. c. ult. ubi dicitur, Quoniam Apoſtolica ſedes intendit prouidere negotijs, & non perſonis, quibus eadem cõmittũtur, ſi iudex fuerit, licet ex officio noſtro, uel de aſſenſu partiũ pro cõmuni à nobis datus, idẽq; aliis delegauit uices ſuas (cum delegato à Principe id concedatur à iure) delegatio ualebit ipſius. Ad idem extrà de app. c. cũ cauſam. ubi dominus Papa ſubdelegationem factam à ſubdelegatis iudicũ delegatorũ à ſe ipſo datorũ, reprobauit, cũ non niſi iudex delegatus à Principe poteſt iudicem dare. Tamen cũ uniuerſitas cauſarũ ſibi delegata eſt, tũc poteſt iudex delegatus ab ordinario, alij delegare, ut ff. de iud. l. cum prætor. §. j. ubi dicitur, Iudicem dare poſſunt, quibus à lege uel conſtitutione, uel ſenatuſconſulto conceditur. Lege, ſicur proconſul, is quoq;, cui mãdata eſt iuriſdictio, iudicem dare poteſt, ut legati procõſulũ. Item hi, quibus more cõceſſum eſt propter iura imperij, ſicut præfectus urbis Romanæ, cęteriq; magiſtratus. Addũt quoq; quidam aliam cauſam uel caſum, ſcilicet quòd lite conteſtata corã eo poteſt reſiduum alij delegare, ut C. de procur. l. neq; tutores. ubi dicitur, Neq; tutores, neq; curatores ex ſua perſona in rem pupilli, uel adoleſcentis procuratorẽ dare poſſunt, ſed actorẽ conſtituere debẽt. Pupillus, aut pupilla, adultus, uel adulta, tã ad agẽdũ quàm defendẽdũ tutore, uel curatore inter

Diff. 1. Principis delegatus ſubdelegat, alij non.

Fallentia differentiæ datæ.

Lite coram ſe conteſt. delegatus poteſt ſubdelegare contra reg.

BIBLIOTECA ...

terueniente, procuratorem inſtituere poſſunt. Et ipſi tutores, uel procuratores poſt litis conteſtationem à ſe factã, ad exemplum procuratorum, qui litem conteſtati ſunt, procuratorem dare non prohibentur. Ad idem extrà de ſent. & re iud. c. cum Bertoldus. ubi dicitur, quòd quidam electus & duo Abbates, quibus cauſa cuiuſdam Eccleſiæ à quodam delegato, qui erat ordinarius, ubi erat delegatio cõmiſſa, alijs cõmiſerũt eãdem cauſam. Secũda differentia eſt, quòd delegatus à Principe poteſt citare partes ante litis conteſtationem, cũ * edicti ſolẽnitate, ut extrà de off. iud. deleg. c. gratũ. ubi quæritur, utrum iudex delegatus propoſito citationis edicto ante mortem delegantis, lite uerò poſt mortẽ ipſius conteſtata, debeat in cauſa procedere: & reſpõdetur quòd ſic: quia cũ citatione facta, negotium ſit quaſi cœptum, poteſt & debet in cauſa procedi, maxime cũ delegatus nõ ſit certus de morte delegãtis, tenebitq; quòd iuſtitia præuia iudiciali tramite, ſic diffinitur. Et quòd negotiũ ſit, quaſi cœptũ citatione facta, & quòd per citationẽ perpetuetur iuriſdictio iudicis, dicit Decretalis noua, extrà de off. deleg. c. nemini. Ab alio autẽ delegatus nõ poteſt citare partes cũ ſolennitate edicti, ut C. de iud. l. ſancimus. in fine. Ad idem in Auten. de litigioſis, & decima parte litis. §. omnẽ. ubi dicitur, Omnem cauſarũ finẽ uolẽtes celeriter peruenire, & eorũ malignitatibus obuiare, qui tantummodo proponũt actiones, nolunt autem ad finem uſq; iudicij exercere, dicentes legem eſſe, quæ decreuit neminem compelli actiones ſuas exercere uolentem: hanc ergo prauitatem extinguere feſtinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non eos uti, qui contra aliquem ſuas proponũt actiones, ſiue per iudicialẽ cõuentionẽ, ſiue per preces Principi oblatas, & iudici inſinuatas, & per eum ad ſcientiam aduerſarij deductas, uel ſub legitimi iudicis cœptas examine. Iniuſte enim agere recuſat, qui paratus aduerſariũ ſuũ ad iudiciũ uocauit, cũ excuſatio hæc magis pulſato conueniat, quàm actori. Quamobrem ſancimus actorem inceptũ negotium uſq; ad finẽ litis exercere. Si uerò cauſam proſequi diſtulerit, damus pulſato licentiam, ut ad iudicẽ per ſe uel alium legitimum procuratorem uenire moneatur. Et ſi hoc minime fecerit, propoſitis tribus edictis, uocetur, unaquaq; uocatione non minus, quàm triginta dierum ſpatio cõcludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non ſolum præconum uocibus, ſed etiam edictis propoſitis quancunq; litigatorum partem abſentem, in iudicium uocare: uocem enim

præco

Diffe. 2.

** Solẽnitatem edicti uocat p̃ſcriptũ, Autẽt. qui ſemel. C. quomodo & quãdo Iudex, &c.*

Citatione facta negotium dicitur quaſi cœptum.

præconis pauci quamuis præſentes audire poſſunt. Edicta uerò per multos dies ſic propoſita, poſſunt præſentes omnes ſic agnoſcere. Aliis autem omnibus, qui per imperialẽ iuſsionẽ cauſas examinãt, ex pręſenti lege permittimus partes, quæ in iudicio nõ permanẽt, propoſitis edictis uocare, ne cauſę inde finitæ permaneant. Ad idem C. quomodo & quando iud. Autent. qui ſemel. Tertia differẽtia eſt, quòd ſi delegat alij cauſam, appellatur ad cũ, ſi aliqd cauſę ſibi reſeruauit, ut extrà de off. deleg. c. ſuper quæſtionum. §. porrò. ubi dicitúr, Porrò delegatus à nobis, ſi iuriſdictionem totam committit, non ad eum, ſed ad nos poteſt appellari. Cum autem aliquid de iuriſdictione ſibi reſeruauit, ſi cauſa ſit appellatione remota commiſſa, non ad nos, ſed ad eum poterit appellari. Secus in delegato à minori iudice, quoniã ab eo ſemper ad maiorẽ iudicẽ appellatur, ut ff. quis, & à quo appell. l. j. ubi dicitur, quòd dicitur eum appellari, qui dedit iudicem: ſic accipiendum eſt, ut & ſucceſſor eius poſsit appellari. Proinde, & ſi præfectus urbi iudicem dederit, uel prætor, ipſe prouocandus eſt, uel erit, qui cũ dedit iudicem. Ab eo cui mandauit quis iuriſdictionẽ, non ipſe prouocabitur. Nam & generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mãdata eſt iuriſdictio, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iuriſdictionem. Quarta differentia eſt, quòd delegatꝰ à Principe poteſt ſentẽtiã ſuam exequi, ut extrà de off. deleg. c. quærenti. ſed delegatus ab alio nequaquam, ut extrà de foro comp. c. ſi quis cõtra clericum. ubi dicitur, quòd quicquid erit definitum, uel iudicatum per cognitorem datum ab Epiſcopo, Epiſcopus debet exequi. Ad idem ff. de re iud. l. à Diuo Pio. ubi dicitur, A' Diuo Pio reſcriptum eſt, ut magiſtratus Romani populi, iudicum à ſe datorũ, uel arbitrorum ſententiam rationi dictam, exequantur. Hi qui eos dederunt, etiã in prouinciis per pręſides poſſunt, ſi hoc iuſsi ſunt, ad finẽ proſequi, eo quòd Imperator noſter cum patre ſuo ita reſcripſit. Inſumma omnium pręcedentium titulorum notabis, quòd licet ſolus ordinarius, uel delegatus, cauſas ciuiles tractare ualeat quaſlibet, uel finire: criminales tamen cauſas clericorũ, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, unꝰ ſolus tractare nõ poteſt, ſed in criminali cauſa Diaconi, exiguntur tres Epiſcopi, præter proprium Epiſcopum. In cauſa presbyteri ſex: in cauſa Epiſcopi duodecim, præter proprium Metropolitanum, ut xv. q. vij. c. ſi quis. ubi dicitur, Si quis inuidus, uel contumelioſus extiterit in maiorem natu, uel aliquam cauſam habuerit

Diff. 3.

Diff. 4.

Cauſæ criminales clericorum.

buerit à tribus uicinis Epiſcopis, ſi Diaconus eſt, qui arguitur, ſi presbyter à ſex, ſi Epiſcopus à duodecim ſacerdotibus audiatur. Et hoc generaliter uerum eſt, niſi cauſa ſit à Principe delegata. Hoc enim quod Principi placuit, legis habet uigorem, ut Inſt. de iure nat. gent. & ci. §. ſed quod Principi. Et ff. de conſt. Princ. l. j. ubi idem dicitur.

De Arbitris.

QVIA ad inſtar iudiciorũ arbitria ſunt redacta, ut ff. de recep. arb. l. j. ubi dicitur, Compromiſſum ad ſimilitudinẽ iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. Ideo poſtquã tractauimus de alijs iudicibus, conſequitur, ut de arbitris uideamus. Oſtẽdatur ergo qui iudices ſint arbitrarij, & qui poſſint eſſe arbitri: de quibus cauſis poteſt in arbitros compromitti: in quibus differant arbitri à iudicibus, & qualiter finiatur arbitrium.

Arbitri. Arbitri ſunt, qui conſenſu partium eligũtur, & in eos ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur: ut metu pœnę arbitrio ipſorum ſtetur. Quin ſententia arbitri ſine compromiſsione pœnæ non ualet, uel ſine pignoris datione, ut C. de arb. l. j. ubi dicitur, Ex ſententia arbitri, ex compromiſſo iure perfecto aditi non poſſe appellari, ſæpe reſcriptum eſt: quia nec iudicati actio inde pręſtari poteſt, & ob hoc pœna inuicẽ compromittitur, ut metu eius à placitis non recedatur, ſed ſi ultra diem in compromiſſo compręhenſum iudicatum eſt, ſententia nulla eſt, nec ullam pœnã cõmittit, qui ei non paruit.

Quando arbitrium ſine pœna adiecti ualeat. In duobus caſibus ualet ſine compromiſsione pœnæ, ſcilicet ſi partes ſe ſubſcripſerint, ꝙ non diſpliceat ſibi ſubiacere ſententiæ arbitri: uel ſi per decẽ dies tacuerint poſt ſentẽtiam, ut C. eodẽ tit. l. cũ antea. ubi dicitur, Cũ antea ſancitum eſt in arbitris eligendis, quos neq; pœna compromiſsi uallabat, neq; iudex dederat, ſed nulla ſentẽtia præcedẽte cõmunis electio, ut illorũ ſententiæ ſtaretur, procreabat: ſi quidẽ pro parte pulſata, forma arbitralis procederet, exceptionẽ ei, ueluti pacti generari: ſin autẽ pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei pręſidij: ſancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis cõſenſus elegerit, ſub eo pacto uel in ſcriptis, uel in ſcriptis non habito, ut eorũ definitioni ſtetur. Si quidẽ ſubſcripſerint, poſtquam definitio proceſsit, quòd nõ diſpliceat

Tex. l. cum antea. C. de arbi. ambabus partibus eorũ ſententia: non ſolum reo exceptionẽ, ueluti pacti generari, ſed etiam actori ex noſtro numine in factum

ctum actionem,quatenus poſsit ſententia eius executioni mã dari,in hac quidẽ regia ciuitate ab officio eminentiſsimæ præfecturæ,uel eius,cuius forũ pars ſequitur fugientis,in prouincijs autẽ tam per moderatores,quàm per apparitores eorũ,uel per iudices,quorũ regimen pars pertimeſcit,pulſata. Sin autẽ poſt ſententiam minime quidem ſubſcripſerint,ſe arbitri formam amplecti,ſed ſilentio eam roborauerint,& non intra decem dies proximos atteſtatio miſſa fuerit, uel iudici, uel aduerſario ab alterutra parte, per quam manifeſtum fiat definitionem,non eſſe amplectendam:tunc ſilentio partium ſententiam roboratã eſſe, & fugienti exceptionẽ, & agenti memoratam actionem cõpetere. Altera autem parte recuſante ſecundum præfatum modum,& implere ſtatuta minime cupiẽte,nihil fieri præiudicij, neq; parari uel exceptionẽ reo, uel actori actionẽ: exceptis uidelicet arbitris, qui cũ ſacramẽti religione electi ſunt,ſecundũ nouellam noſtri numinis cõſtitutionẽ. Tunc etenim ea omnia ſeruari oportet, q̃ lege noſtra ſuper huiuſmodi audientia definita ſunt.Quæ eſt l.iij.C.de arbitris.

Qui poſsint eſſe arbitri.

POSSVNT omnes eſſe arbitri,qui nõ prohibẽtur.Prohibetur mulier, itẽ minor uiginti annis, ut ff.de arbi.l.cũ lege.ubi dicitur, Cũ lege Iulia cautũ ſit,ne minor xx.annis iudicare cogetur, nemini licere minorẽ xx. annis cõpromiſſarium iudicẽ eligere,& ideo pœna ex ſententia eius nullo modo committitur.Mulier etiam prohibetur ab omnib.officijs ciuilibus abſtinere,ut ff.de reg.iur.l.ij.& ſuprà de off.ord.circa principium. Prohibẽtur furioſus,ſurdus, mutus, ſeruus,arg.iij.q.vij. §.ij. ſuprà de off.iud.ord.Item impubes ab omnibus officijs ciuilibus debet abſtinere,ut ſuprà de iud.ord. Prohibetur Laicus eſſe arbiter in cauſſa ſpirituali,ut extrà de arb.c. contingit.in fine,ubi dicitur, Generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus cõpromittatur in Laicum,quia non decet in talibus, ut Laicus arbitretur. Poteſt tamen Laicus in rebus Eccleſiæ arbitrari,dummodo in eum autoritate ſuperioris fuerit compromiſſum, ut extrà de arbi.c.per tuas.in fine, ubi dicitur, Et nõ nocet,ꝙ arbitriũ fuit latum à duobus Clericis & uno Laico, ex quo autoritate Epiſcopi in eos fuerat compromiſſum. Similiter & mulier, ut extrà de arb.c.dilecti. Item quidam dicunt,quòd iudex ordinarius arbiter eſſe non poteſt ſuper lite, quæ coram eo tractetur per legẽ illam.ff. de arbi. l. ſed etſi in

Quando Laicus iudex eſſe poſsit in reſpirituali.

ſeruũ. §.ij. Et iij.q.vij.c.infames. §. ſi quis. ubi dicitur: Si quis uerò iudex ſit, arbitriũ recipere eiuſdem rei, de qua iudex eſt, prohibetur. Sed ſecundum Canones recentiores tam ordinarius, quàm delegatus arbiter eſſe poteſt, ut extrà eodem.c. cũ tempore. ubi dicitur, quòd cauſſa uertebatur inter quendam Epiſcopum, & quendam Abbatem, ſuper quodam monaſterio & capella quadam: cõpromiſſum fuit in quendam Archiepiſcopum, qui arbitratus fuerat ſuper cauſſa. Papa cõfirmauit illud, quod fuerat arbitratum, illis capitulis dũtaxat exceptis, quæ contra libertatem ipſius monaſterij, & eiuſdem capellarum fuerant in arbitrio expreſſa. Ad idem extrà de elect.c. cauſam. ubi dicitur, quòd quædam moniales compromiſerunt in Epiſcopum, ut eis abbatiſſam daret. Dicit Papa, quòd ad eandem, quam Epiſcopus dederat, accipere, dũmodo idonea ſit, moniales ſint compellendæ. De delegato uerò quòd arbiter eſſe poſsit, habemus extrà de arb.c. cũ olim. ubi dicitur, quòd cauſa uertebatur inter fratres hoſpitalis cuiuſdam, & quendã Priorem de eligendo rectore, commiſſa fuit cauſa quibuſdam delegatis: poſtea compromiſerunt in eoſdem. Et Papa interpretatus eſt arbitrium illorum ualere. Ad idem extrà de præb. & dig.c. niſi eſſent. ubi ponitur talis caſus: Duo litigabant ſuper quodam Prioratu, & compromiſerunt in iudices delegatos, qui taliter ordinabant, ut alter haberet Prioratũ, alter uerò de prouentibus Prioratus xl. libras, & de reditib. Capituli xx. libras annuatim perciperet. Dicit Papa, quòd licet talis ordinatio ſit ualde ſuſpecta: ex quo tamen pro bono pacis facta fuerat, eam tolerat, cum ex arbitraria poteſtate taliter ordinare poterant: ita tamen, quòd præſtatio xl. prædictarum librarum uitã Prioris non excedat. Simile extrà de præſum. c. literas. circa prin. ubi dicitur, Vtraq; pars tandem, ut negotij prolixitas poſsit expediri, uos duos ſub certa forma ſibi arbitros ſtatuerunt delegata uobis poteſtate nihilominus reſeruata.

Iure nouiſſ. tã ordinarius quàm delegatus arbiter eſſe poteſt.

De quibus cauſis poſsit compromitti in arbitros.

SEQVITVR de quibus cauſis poteſt cõpromitti in arbitros: & dicitur, quòd de omnibus exceptis criminalibus, & liberalibus, & matrimonialibus. De liberalibus habemus extrà de arbitris. * c. cũ tempore. De matrimonialibus extrà de iureiurand. c. tua nos. ij. ubi dicitur, quòd quidam & uxor eius iurauerũt, ſe nũquã petituros mutuo: poſtea maritus eius petijt

** Habet c. hoc de libertate rerum, id eſt de conſeruandis iuribus, & priuilegiis, & nõ de ſtatu perſonarum.*

tijt eam inſtanter. Illa dicebat, quòd prius ſe faceret Saracenã, & perderet animam antequàm ad eum rediret. Sed libẽter iuraret, & promitteret caſtitatẽ, ſi ex arbitrio * ei prouideretur. Dicit Papa, quòd ambo moneantur ad caſtitatem, uel continentiã ſeruandã: quod ſi facere noluerint, ſi uir petit eam, mulier ad eum redire cogatur. Ad idem & melius, extrà de reſt. in int. c. cauſa reſtitutiõis. §. in finali. ubi dicitur, In matrimoniali quoq;, liberali, uel criminali cauſa, ubi maiores iudices exigũtur, arbiter nequit aſſumi. Quòd de criminalibus nõ poſsit compromitti, habemus ff. de recep. arb. l. nõ diſtinguemus. §. Iulianus. ubi dicitur, Iulianus indiſtinctè ſcribit, ſi per errorẽ de famoſo delicto ad arbitrium uentum eſt, uel de eo, de quo publicum iudicium ſit conſtitutum, ueluti de adulterijs, ſicarijs, & ſimilibus, debet prætor uetare ſententiã dicere, nec da re dictæ ſententiæ executionẽ. Item ne de liberalitate fiat cõpromiſsio, habes ff. de arb. l. eadem. §. de liberali cauſa. ubi dicitur, De liberali cauſa compromiſſo facto rectè nõ compelletur ſententiam arbiter dare. Quia fauor libertatis eſt, ut maiores iudices habere debeat. Eadẽ dicẽda ſunt ſiue de ingenuitate, ſiue de libertinitate q̃ſtio ſit: ſed & ſi ex cauſa fideicõmiſsi libertas deberi dicatur, idẽ dicẽdum erit in populari actione.

*Hodie particula hæc, Si ex arbitrio etc. in textu deſideratur.

De differentia arbitrij & iudicij.

DIFFERT autem arbitrium in multis à iudicio, licet ad inſtar iudiciorum ſe habeat, ut ff. de arb. l. j. Nam uenalis ſententia iudicis non ualet, ut ij. q. vj. c. ei qui appellat. §. uenales. ubi dicitur, Venales quoq; ſententias, & quæ pro mercede à corruptis iudicibus proferũtur, etiam citra interpoſitæ prouocationis auxiliũ infames eſſe, decretũ eſt. Sententia uerò arbitri per preces & ſordes data, tenet. Sed tamen excipi poteſt contra agentẽ de dolo, ad pœnã de ſentẽtia tali, ut C. de arb. l. arbitrorũ. ubi dicitur, Arbitrorum ex cõpromiſſo ſententiæ non obtemperans, ſi ſordes uel euidens gratia eorũ, qui arbitrati fuerunt, interceſſerunt: aduerſus filiam tuam contra te agentem ex ſtipulatu, exceptione doli mali uti poteris. Sed ex doli clauſula, quæ ex compromiſsi ſtipulatione ſubijci ſolet, filiam tuam conuenire non uetaberis. Item in hoc differunt, quoniam à ſententia arbitri nõ poteſt appellari, ut C. eodem. l. j. Sed à iudicis rectè appellatur, ut ij. q. vj. c. ſi quis Epiſcopus. & c. non ita. ubi dicitur, Non ita in Eccleſiaſticis negotijs eſt agendum, ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus, poſtquam legib

A ſentent. arb. non appell.

legibus uocatur quiſquã uenerit, & in foro diſceptare cœperit, non licet ei ante peractam cauſam recedere. In Eccleſiaſticis uerò negotiis dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe uiderit prægrauari. Ad idem ij.q.vij. Si quis iudicẽ aduerſus ſe grauem ſenſerit, uocẽ appellationis exhibeat. Item in hoc differunt, quoniam reconuentio non habet locum in arbitrio, ut extrà de arb.c.cum dilectus. ubi dicitur, Coram arbitris non poteſt quis reconuenire, cum arbitri iudicare non ualeant, niſi tantum de his, ſuper quibus in eos extitit cõpromiſſum. Sed hoc locũ habet coram quolibet alio iudice, tam ordinario, quàm delegato, ut infrà titu. de recõuentionibus, dicemus. Item in arbitrio non ſuccedit hęres, niſi hoc expreſſe dicatur in compromiſſo, ut ff. de arbit. l. diem proferre. §. j. ubi dicitur, Si hæredis mentio, uel cæterorum facta in compromiſſo non fuerit, ſoluitur compromiſſum morte compromittentis, nec utimur Labeonis ſententia, qui æſtimauit, ſi arbiter aliquem pecuniã dare iuſſerit, & is deceſſerit antequàm daret, pœnam committi, licet hæres eius paratus ſit offerre. Et quòd non ſuccedat hæres in arbitrio, niſi de hoc fiat mentio, habetur extrà de arbitris. c. ultimo, ubi dicitur, Compromiſſum non extenditur in cõpromittentis hęredes, ſi de ipſis non caueatur ibidem: ſed in iudicio ſecus eſt, ut C. ex delictis defunct. in quantum hæredes &c. l. unica. ubi dicitur, Poſt litis conteſtationem eo, qui uim fecit, uel concuſſionem intulit, uel aliquid deliquit, defuncto, ſucceſſores eius in ſolidum tenentur. Alioquin inquantum ad eos peruenit cõueniri, abſolutiſsimi iuris eſt: ne alieno ſcelere ditentur. Item non poteſt ſententiare arbiter altera parte abſente, niſi hoc actum ſit in compromiſſo, ut ff. de arb. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ubi dicitur, Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur, pœna committetur. Proinde ſententia quidem dicta non coram litigatoribus, non ualebit, niſi in cõpromiſſo hoc expreſſum ſit ſpecialiter, ut uel uno, uel utroq; abſente ſẽtẽtia promatur. Pœnam autem is, qui defuerit, committit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur. In iudiciis autẽ poteſt ſententiari altera parte abſente, ut iij. q. ix. c. decreuimus. ubi dicitur, Decreuimus ut iudicium ueſtrum intra prouinciam ueſtram eſſe debeat, & congregare Synodum ante diem Cal. Nouembr. ut ſi uoluerit eſſe præſens, confidenter ad obiecta reſpondeat. Si uerò adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ, uel diſſolutionẽ de ſua abſentia

Recõuẽtio denegatur.

In hæredẽ non prorogatur.

Nõ procedit in contumac. abſentis.

ſentia non lucretur. Ad idem extrà de dol.& contu.c.cauſam quæ.& ff.de iud.l.poſt edictum.Item abſentes nõ condemnãtur in arbitrio ad expẽſas, niſi cautum ſit in compromiſſo,ut ff.de arbitr.l.diem proferre.§.ſi quis litigatorum. In iudicio ſecus eſt,ut ff.de iud.l.eum quem temere aduerſariũ uocaſſe in iudicium cõſtiterit:uiatica,litiſq; ſumptus aduerſario ſuo reddere oportet.Ad idem C.de iud.l.properandũ.& l.ſancimus.§.ſin autẽ de utroq;.Ad idem extrà de app.c. Nicolao militi.ubi dicitur, quòd qui non proſequitur appellationem ab ipſo interpoſitam à tempore factæ appellationis,debet ſoluere expẽſas appellationem proſequẽti.Et alibi dicitur,quòd à tẽpore citationis emiſſæ,ſi aliquis fuerit contumax, tenetur ad expenſas.extrà de dol.& contu.c. cum dilecti. Item iudex exequitur ſententiam ſuam, ut extrà de off.deleg.c. quærenti.& ſuprà de off.ord.in fi.arbiter non.Imò iudex ordinarius exequitur ſententiam arbitri,ut ff.de re iud.* l.ſi ſe non obtulit.§.ait Prætor.ubi dicitur,Ait Prætor, condemnatus ut pecuniam ſoluat,&c. Quid autẽ ſi paratus quidem ſatisfacere, ſoluere autem non ſit paratus,quid dicemus?& ait Labeo debuiſſe hoc quoq; adiici,neq; eo nomine ſatisfaciat.Fieri enim poſſe,ut idoneum expromiſſorem habeat. Sed ratio pecuniæ exigendæ hæc fuit,quòd noluerit Prætor obligationẽ ex obligationibus fieri: idcirco ait, ut pecunia ſoluatur. Ex magna tamen & idonea cauſa accedendum erit ad Labeonis ſententiam.Et melius ff.de re iud.l.à Diuo pio.ſuprà eod.de off.deleg. Item coërtio arbitri pertinet ad iudicem ordinariũ,ut ff.de arb.l.iij.§.tametſi.ubi dicitur,Tametſi neminẽ cogit Prætor arbitriũ recipere ab initio, quoniã huius res libera eſt, & abſoluta,& extra neceſsitatem iuriſdictionis poſita:attamen ubi quis ſemel recepit arbitrium , ad curam & ſolicitudinem ſuam hanc rem pertinere Prætor putat , non tantum quòd ſtudeat lites finire:uerum quoniam non debent decipi, qui eum quaſi uirum bonum,& idoneum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Finge enim poſt cauſam iam ſemel atq; iterũ tractatam poſt nudata utriuſq; intima , & ſecreta negocij aperta , arbitrum, uel id gratiæ dantẽ, uel ſordibus corruptum,uel alia ex cauſa nolle ſentẽtiã dicere.Quiſquámne poteſt negare æquiſſimum fore Prætorẽ interponere ſe debuiſſe,ut officiũ,quod in ſe recepit,impleat?Item in arbitrio non purgatur mora,cũ dies præfigitur ab homine , ut ff.de arb.l.Celſus ait.ubi dicitur,Si arbiter intra Calẽ. Septemb.dari iuſſerit, nec datũ erit,

licet

Non condẽnat in expenſas.

Arbit.ſent.à ſe latam non exequitur.

**Videtur Autor in hac allegatione non tã uerba Iuriſcõſulti, quàm edicti potius, reſpexiſſe. Niſi enim qd de obligationis multiplicatione dicitur, huc detorqueatur,ut ſenſus ſit ne in plures iudices diſtringantur partes &c. ſola conciliandi ratio ſupererit , ut ad uerba edicti, quæ lege ſequẽti cõtinuantur, alleg. hæc referatur,quæ ratio propter ſubiectam Vlpiani interpretationem , præſenti intellectui magis conuenit.*

Semel ſuſceptum arbitri munus ſit neceſſarium.

Mora nõ purgatur.

licet poſtea offeratur, attamen ſemel cōmiſſam pœnam compromiſsi, non euaneſcere: quoniā ſemper uerum eſt, ſemel intra Calendas datum nō eſſe. Si autem oblatum iam receperit, pœnam petere non poteſt, doli exceptione remouendus: cōtrà, ubi dūtaxat dari iuſsit. In iudiciis purgatur mora. ff. ſi quis cautionibus, &c. l. & ſi poſt tres. ubi dicitur, Si poſt tres, uel plures dies, quàm iudicio ſe reus ſiſti promiſit, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec alterius ius ex mora alterius deterius factum ſit, conſequens eſt dici, defendi eum per exceptionem debere: item etiā, ſi qui alij ſunt caſus, in quibus contrarium inuenitur expreſſum, illud obtinet. Alioquin quicquid in iudiciis ſtatutum eſt, in arbitriis obſeruari debet, ut ff. de arb. l. j. & ſuprà in princip. huius tituli.

Quot mods finiatur arbitrium.

FINITVR arbitri iuriſdictio, ſi de omnibus, de quibus in eum cōpromiſſum eſt, ſententiauit, non ſi de quibuſdā, niſi actum ſit in compromiſſo, quòd de parte litis ſententiare poſſit, ut ff. de eodem tit. l. quid tamen. ubi dicitur, Quid tamen ſi de pluribus cōtrouerſijs ſumptus eſt, nihil ſibi communibus, & de una ſententiā dixit, de aliis nondū, nunquid deſiit eſſe arbiter? Videamus igitur an in prima controuerſia poſsit mutare ſententiā, de qua iam dixerat. Et multū intereſt, de omnibus ſimul, ut dicat ſententiam, compromiſſum ſit, an non. Nā ſi ut de omnibus, poterit mutare: nondum enim dixit ſententiā. Quòd ſi ut ſeparatim, quia plura ſunt cōpromiſſa, & ideo (quantum ad illam cōtrouerſiam pertinet) arbiter eſſe deſiit.

Apparente termino compromiſs. expirat. Item finitur termino elapſo, id eſt, die in compromiſſo appoſito, ut ff. eod. l. ſi cum dies compromiſsi finitur, prolato die litigatores denuo in eum compromiſerint, nec ſecūdi compromiſsi arbitrium receperit, non eſſe cogendum recipere, ſi ipſe in mora nō fuerit, quo minus partibus ſuis fungeretur. Quòd ſi per eum factū ſit, æquiſsimum eſſe cogi eum à Prætore ſequens recipere. Quæ quæſtio ita procedit, ſi nihil in priore cōpromiſſo de die proferenda cauebatur. Cęterum ſi cauebatur & ipſe protulit, manſit arbiter. Ad idem ff. eodē. l. arbiter. ubi dicitur, Arbiter ex cōpromiſſo ſumptus, cum antè eum diem, qui compromiſſo cōſtitutus erat, ſentētiam dicere nō poſſet, diem cōpromiſsi proferri iuſſerat, alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat, conſulebatur, poſsétne ab eo pecunia ex

compro

cõpromiſſo peti? Reſpõdit nõ poſſe, ideo, quòd nõ eſſet arbitro in compromiſſo permiſſum, ut id iuberet. Item finitur arbitrium, ſi litigatores ad iudicium aliud, uel arbitriũ ierint, ut ff. eodem. l. ſed & ſi in ſeruum. §. Iulianus ait, ſi eum infamauerunt litigatores, non omnimodo Prætorem debere eum excuſare, ſed cauſa cognita. Idem ait, Et ſi ſpreta autoritate eius, ad iudicium, uel ad alium arbitrum, litigatores ierunt, & mox ad eundẽ arbitrum redierunt: Prætorem non debere eum cogere inter eos diſceptare, qui ei contumeliam hãc fecerint, ut eum ſpernerent, & ad alium irent. Item finitur arbitrium mortuo arbitro, uel litigatore aliquo, ut ff. eodem. l. arbiter Calendis Ianuariis adeſſe iuſsit, & ante eum diem deceſsit, alter ex litigatoribus non adfuit, proculdubio pœna minime commiſſa eſt. Nam & Caſsium audiſſe ſe dicentem Ariſto ait, in eo arbitro, qui ipſe non ueniſſet, nõ eſſe commiſſam pœnam: quemadmodum Seruius ait, ſi per ſtipulatorem ſtet, quo minus accipiat, non committi pœnam. Item finitur cum cauſæ cognitione, ſi excuſauerit ſe arbiter coram Prætore, quod poteſt facere propter multas cauſas, ut ff. eodem. l. licet. ubi dicitur, Licet autẽ Prætor diſtrictè dicat, ſententiam ſe arbitrum dicere coacturum: attamẽ interdum rationem eius habere debet, & excuſationem recipere, cauſa cognita, utputa, ſi fuerit infamatus à litigatoribus, aut ſi inimicitiæ capitales inter eũ & litigatores aut alterum ex litigatoribus interceſſerint, aut ſi ætas, ſi ualetudo, quæ poſtea contigit, id ei munus remittat, aut occupatio negotiorũ propriorũ, uel profectio urgens, aut munus aliquod Reipublicæ cauſa, & id Labeo ad idẽ ff. eodem tit. l. ſequẽti, ubi dicitur, Aut ſi qua alia incommoditas ei poſt arbitrium ſuſceptũ incidat. Sed in cauſa ualetudinis & ſimilibus, cauſa cognita differre cogitur. Et nota quòd tria ſunt genera arbitrorũ. Eſt enim arbiter, qui cauſam examinat in forma iudicij, ſicut iudex, cuius ſententiæ, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, ſtandũ eſt, ut ij. q. vj. c. à iudicibus. ubi dicitur, A iudicibus quos cõmunis conſenſus elegerit, prouocare nõ licet. & ff. de arb. l. diẽ. §. ſtari. ubi dicitur, Stari autẽ debet ſententiæ arbitri ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, & ſibi imputet, qui compromiſit in eum. Nã & Diui Pij reſcripto adiicitur: Et ſi minus probabilem ſententiam dixerit, æquo animo ferre debet. Et hoc ita uerum eſt, niſi manifeſte & enormiter alterã partem grauaret: tũc enim eius ſentẽtiæ ſtãdũ nõ eſſet, ut C. de arb. l. arbitrorũ. & ſuprà eod. tit. §. differt. Eſt etiã arbiter, qui dicitur arbitrator,

Itẽ ſi ad aliud iudicium eatur.

Si iudex aut pars moriatur.

Ex alia cauſa legitima.

Tria ſunt genera arbitratorum. 1.

Caſus ubi ſententiæ arbitri non ſtatur.

tor, qui nõ in forma iudicij, ſed ut bonus uir, rẽ decidit, & cõponit inter partes, cuius ſententiæ tum demum ſtabitur, ſi talis ſit, qualis debeat ferri à bono uiro. unde ſi iniuſta ſit, debet corrigi per arbitrium boni uiri, ut ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. ubi dicitur, Si ſocietatem meeũ coieris ea conditione, ut partes ſocietatis conſtitueres, ad boni uiri arbitrium ea res redigenda eſt, & conueniens eſt boni uiri arbitrio, ut non utiq; ex æquis partib. ſocij ſimus, ueluti ſi alter plus operæ, induſtriæ, pecuniæ collaturus ſit. Ad idem extrà de iureiurãdo. c. ueniẽs. & ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. arbitrorum. ubi dicitur, Arbitrorum enim genera duo ſunt: Vnum huiuſmodi, ut ſiue ęquũ ſit, ſiue iniquum, parere debeamus. quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt. Alterum eiuſmodi, ut ad boni uiri arbitratum redigi debeat, etiamſi nominatim perſona ſit compræhenſa, cuius arbitratu fiat. Ad idem ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. compromiſſo. ubi dicitur, quòd compromiſſo non debent obtemperare litigatores, ſi arbiter aliquid inhoneſtum iuſſerit. Ad idem ff. de uerb. ſig. l. uerbum. ubi dicitur, Illa uerba, Arbitratu Lucij Titij fieri, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt. Ad idem extrà de elect. c. cauſam. & ſuprà eo
3 dem tit. In tertio modo dicitur, Arbiter, Iudex, Delegatus, qui ex conſenſu communi partium, electus eſt, ut xj. q. j. c. peruenit. & à tali arbitro poteſt appellari, ut ff. qui ſatiſdare coguntur. l. arbitro. ubi dicitur, Arbitro ad probandos fideiuſſores conſtituto, ſi in alterutram partem iniquum arbitrium uideatur proferre: perinde ab eo, atq; à iudicibus, appellare licet. Hæc de iudicibus tam ordinarijs, quàm delegatis, arbitriſq; breuiter dixiſſe ſufficiat. Quãuis in ſummis titulorum diligens lector pleniorem inuenire poterit diſputationem.

De aſſeſſoribus, & eorum auditoribus.

DE Iudicibus & eorum officijs ſuperius dictum eſt, nũc autem de collateralibus eorum, ſcilicet, de aſſeſſoribus & auditoribus uideamus. Videndum eſt ergo quid ſit aſſeſſor, quod ſit eius officiũ, & utrum ſalarium accipere poſsit à partibus, & qualiter ſit, ſi deliquerit, puniendus. *Aſſeſſor quis.* Aſſeſſor eſt ille, qui ab eo, qui habet iudicandi poteſtatem, aſſociatur, ut ſibi in cauſæ cognitione aſsideat, & inſtruat eum cauſam debito fine decidere. *A' quo eligatur.* Aſſeſſorem autem eligere, ad ipſum iudicem ſpectare de iure uidetur, ut ex definitione apparet. Veruntamen de

de conſuetudine habetur,& cõgruit rationi,ut de aſſenſu partium eligatur,ne aliqua partium ipſum poſtmodum ualeat recuſare,uel ſub homine ſuſpecto litigare cogatur. Et quòd de cõſenſu partium ſit deligẽdus,habetur extrà de off.iud.deleg. c.ſuper quæſtionum. §.cum autem.ubi dicitur:Cũ autem media pars cauſæ tantum alicui committitur, ab ipſo tãquam ab auditore prouocari non poteſt,ne mandati fines excedat,uel merito ſit ſuſpectus : unde ne ualeat recuſari , prouidè ſtatuimus,ut de partium detur, uel recipiatur aſſenſu.ad idem ij . q. vj.c.placuit.Si uero partes non cõueniunt ad eligendum aſſeſſorem,tunc delegati iudices eligant eum , prout uiderint expedire & utile fore,etiam inuitis partibus,quoniam iudicium redditur in inuitum , ut ff.de uerb. oblig. l.inter ſtipulantem. §. ſi Stichum . ubi dicitur : Si Stichum ſtipulatus de alio ſentiam,& tu de alio,nihil actum erit,quod & in iudiciis Araſto exiſtimauit. Sed hic magis eſt , ut is petitus uideatur,de quo actor ſenſerit, Nam ſtipulatio ex utriuſq; conſenſu ualet,iudicium autem etiam in inuitum redditur , & ideo potius acto ri credendum eſt:alioquin ſemper negabit reus ſe conſenſiſſe. *Iudicium redditur in inuitum.*

Qualis debet eſſe aſſeſſor? dicendum eſt, quòd integræ famæ,non aliqua turpitudine notatus,ut ff.de off.aſſeſſ.l.ij. ubi dicitur, Liberti aſsidere poſſunt:infames autem licet non prohibeantur legibus aſsidere , attamen arbitror (ut aliquo decreto principali refertur conſtitutum)non poſſe officio aſſeſſorum fungi.Ad idem C.de digni.l.ij.lib.xij.ubi dicitur,Neq; famoſis,uel infamibus,& notatis,& iis , quos ſcelus aut uitæ turpitudo coinquinat , & iis , quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat,dignitatis portæ patebunt. *Conditio aſſeſſoris.* Neq; alicui partium ſuſpectus debet eſſe:quia cum ipſe participet de iuriſdictione iudicantis,ſi ſuſpectus ſit,recuſari poteſt , ut extrà de off.deleg.c.ſuper quæſtionum . ubi dicitur , quòd meritò ſuſpectus ualet recuſari. *Aſſeſſor ſuſpectus.* Officium aſſeſſoris patet ex diffinitione prius poſita , & ff. de offic.aſſeſſor. ex l. j. ubi dicitur, Omne officium aſſeſſorum , quo iuris ſtudioſi partibus ſuis fungũtur,in his ferè cauſis conſtat,In cognitionibus,poſtulationibus,libellis,edictis,decretis,epiſtolis.Itẽ in examinatione cauſæ ipſius,ut in poſtulationibus non admittat aduocatũ aſſeſſor,q de iure poſtulare, uel aduocare nõ poteſt,& infamẽ & indignum à poſtulatione repellat. Item in interrogationibus,in libellis conuentionalibus recipiẽdis,an bene cõſtituti ſint,an male,ut reſpuat,uel recipiat,uel nõ recipiat de re illici *Officium aſſeſſoris.*

ta, prouideat quoq; partib. ipſis de procuratoribus idoneis, ut ff. de off. procõſ. l. nec quicquam. §. obſeruare. ubi dicitur, Obſeruare eum itaq; oportet, ut ſit ordo aliquis poſtulationum, ſcilicet, ut omnium deſideria audiantur: ne forte, dum honori poſtulantium datur, uel improbitati ceditur, mediocres deſideria ſua nõ proferãt, qui aut omnino non adhibuerũt, aut min⁹ frequẽtes, neq; in aliqua dignitate poſitos aduocatos ſibi proſpexerunt. Ad idẽ ff. de poſtulando. l. quos prohibet. ubi dicitur, Quos prohibet prætor apud ſe poſtulare, omnino prohibet, etiamſi aduerſarius eos patiatur poſtulare. Ad idem ff. de accuſ. l. libellorum. §. & ſi libelli. & hãc eandem l. habes ij. q. viij. c. ultimo. ubi dicitur, Et ſi libelli inſcriptionũ legitimè ordinati nõ fuerint, rei nomẽ aboletur, et ex integro repetendi reũ poteſtas fiet. Itẽ ſubſcribere debebit is, qui dat libellũ ſe profeſſum eſſe, uel alius pro eo, ſi literas neſciat. Sed ſi aliud crimen obiiciat, ueluti quòd domum ſuã præbuit, ut ſtuprũ patetfamiliàs pateretur, ꝙ adulterũ deprehenſum dimiſerit, quòd pretium pro cõperto ſtupro acceperit, aut quid ſimile: idipſum in libello cõpræhendendũ erit. Si accuſator deceſſerit, aliáue cauſa eũ impedierit, quo minus accuſare poſsit, & ſi quid ſimile eſt, nomẽ rei aboletur poſtulante reo. Itẽ officium aſſeſſoris eſt in edictis proponendis, in epiſtolis dictandis, in citationibus faciendis, ut probatur ſuprà eodẽ tit. Item nota quòd nemo fungi poteſt officio aſſeſſoris & aduocati ſimul, ne dum ad utrũq; feſtinat, neutrũ bene peragat, ut C. de aſſeſſ. l. nemo. ubi dicitur, Nemo ex his, qui aduocati cauſarũ conſtituti ſunt, uel fuerint, etiam in hac regia urbe, in quocũque iudicio deputati, & in aliis omnib. prouinciis noſtro ſubiectis imperio, audeat uno eodẽq; tempore, tam aduocatione uti, quàm conſiliarij cuiuſcũq; magiſtratus, quibus Reſpublica gerẽda cõmittitur, curam arripere, cum ſatis abundeq; ſufficiat, uel per aduocationem cauſis perfectiſsimè patrocinari, uel aſſeſſoris officio fungi, ne cum ad utrũq; feſtinat, neutrũ bene peragat. Ad idem ff. de euictionibus. l. uendicãt. ubi dicitur, Vendicantem uenditorẽ, quod ipſe uendidit, exceptione ſummoueri poſſe, nemini dubiũ eſt, quãuis alio iure dominiũ quæſierit. Improbe enim rem à ſe diſtractã euincere conatur. Eligere autem emptor poteſt utrum rem uelit retinere, intentione per exceptionem eliſa: an potius re ablata ex cauſa ſtipulationis duplum conſequi. Ad idem xvj. q. j. c. presbyteros. ubi dicitur: Nemo enim in una & eadem cauſa officio diuer-

Nemo ſimul diuerſorũ officiorum perſonis fungi poteſt.

ſarum

ſarum perſonarum fungi poteſt. Et iiij.q.iiij.c. primo & ſecundo. In primo dicitur, Nullus unquam præſumat accuſator eſſe ſimul & iudex, & teſtis: quoniam in omni negotio ſemper quatuor perſonas neceſſe eſt eſſe, ſcilicet iudices electos, accuſatores congruos, defenſores idoneos, atq; legitimos teſtes. In ſecundo dicitur, Nullus introducatur ad cauſam perſonaliter, ſed accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione, iuxta quod ordo exigit. Accuſatores uerò & iudices non idem ſint, ſed per ſe accuſatores, & per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, unuſquiſq; in ſuo ordine.

De ſalarĳs aſſeſſorum.

SEQVITVR an aſſeſſor ſalariũ à partibus poſsit accipere. & dicunt quidã, ſed malè, quòd nõ poteſt, ſicut nec iudex, per Canones, & per Decretalẽ, quę in alio caſu loquitur, extrà de ui. & hon. cle. c. cũ ab omni. in fine, ubi dicitur, quòd iudex nõ debet petere ſalariũ nomine aſſeſsorum. Sed in ueritate accipere poteſt, ut xj. quæſt. iij. c. non licet. ubi dicitur, Non licet iuſtum iudiciũ uẽdere, etſi liceat aduocato iuſtũ patrociniũ, & iureconſulto rectum conſilium. Licet autem moriatur delegatus antequàm cauſa debitum finem accipiat, nihilominus tamen debetur aſſeſſoribus ſalarium, ut ff. locati. l. qui operas. ubi dicitur, Qui operas ſuas locauit, totius temporis mercedẽ accipere debet, ſi per eum non ſteterit, quo minus operas ſuas præſtaret. Aduocati quoq;, ſi per eos non ſteterit quo minus cauſam agant, honoraria reddere non debent. Nemo enim cogitur propriis ſtipendiis militare, nec de ſuo facere inuitus beneficium, ut x.q.ij.c. precariæ. & xij.q.ij.c. charitatem. uerſus finem, ubi dicitur, Viſitatores Eccleſiarum clerici, & eorũ, qui cum Epiſcopis ſunt ſuis, ſeu per ciuitates, ſeu per parochias fatigantur, aliquid laboris ſui capiant te diſponente ſubſidij. Iuſtum namq; eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum accommodare reperiuntur obſequiũ. Ad idem xij, q.ij.c. quicunq;. in fine, ubi dicitur, Dignus eſt operarius mercede ſua. Præterea lex dicit, quòd aſſeſſores ſpe prę̨miorum, & honorificentia debita ſunt prouocandi, non metu terribili, ut C. de aſſeſſ. l.j. ubi eadem uerba reperiuntur.

L. qui operas. ff. locati.

Aſſeſſores debita honorificentia ſunt prouocandi.

De pœna aſſeſſorum.

POENA aſſeſſoris in officio ſuo delinquentis hæc eſt, ut malè ablata reſtituat in quadruplum, ut C. de aſſeſſ. l. conſi-

liarios.ubi dicitur, Conſiliarios iudicum, & cancellarios, & eos, qui domeſticorũ officio funguntur, poſt depoſitam admi niſtrationem per quinquaginta dies in prouincia reſidere præ cipimus. Pro cõfeſſo autem tenebitur, qui accuſatus huiuſmo di perſonam ſubtraxerit, eaq; in quadruplũ reſtitui iubemus, quæ docebuntur ablata, ut duplũ ſpoliatus accipiat, & duplũ fiſcus acquirat. Aſſeſſor punitur plus iudice, ut ff. quod quiſq; iuris in al. ſtat. & c. l. hoc edicto. ubi dicitur, Hoc edicto debet dolus ius dicentis puniri. Nam ſi aſſeſſoris imprudentia ius ali ter dictũ ſit, quàm oportuit, non debet hoc magiſtratui offi cere, ſed ipſi aſſeſſori. Interdum tamen minus punitur, quandoque æqualiter, ut lxxxiij. diſt. c. tanta. in fine. Ad idem xj. q. iij. c. qui conſentit. ubi dicitur, Si quis defenderit aliquem peccan tem, acrius quàm ille qui peccauit, coërceatur. Hinc etiã alius Pater ait: Si quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimi li modo culpabilem iudicandum. Et xv. q. iij. c. ſanè. in fine, ubi dicitur, Quos facinus par coinquinat & æquat, utroſq; ſimilis pœna comitetur. Quandoq; minus punitur, ut extrà de homicidio. c. ſicut dignum.

Aſſeſſoris pœna maior, quàm iudicis.

De auditoribus.

AVDITOR eſt ille, cui à iudice aliquo, alicui' cauſę media pars, uel aliquis certus articulus audiẽdus, uel examinãdus cõ mittitur. Auditor autẽ, ſicut aſſeſſor à iudice ipſo de conſenſu partiũ eligi debet: nec appellatur ab eo, niſi modum excedat, uel merito ſuſpectus ſit, ut extrà de off. deleg. c. ſuper quæſtio num. uerſ. cum autem. ubi dicitur, Cũ autem alicui media pars cauſę tantũ cõmittatur, ab ipſo, tanquã ab auditore, prouoca ri nõ poteſt, niſi mãdati fines excedat, uel merito ſit ſuſpectus. Vnde ne ualeat recuſari, de conſenſu partiũ detur, uel recipiatur. Et officiũ eius eſt exequi, quod ſibi mandatur, & prout ſi bi mãdatur: eſtq; officium eius neceſſarium in iudiciis. Cætera etiam, quæ de aſſeſſoribus dicta ſunt, de auditoribus intelligentur repetita.

Auditor de cõ ſenſu partium dandus.

De Aduocatis & eorum officiis.

QVONIAM officiũ aduocatorũ neceſſarium eſt, de aduo catis ſubiiciamus. Videamus ergo quid ſit aduocare, uel poſtu lare, & qs poſſit aduocare, ſiue poſtulare, quod ſit aduocato rũ officiũ, & quale ſalariũ aduocatis debeatur. Poſtulare ſiue aduocare eſt deſiderium ſuum, uel amici ſui, in iure, apud eũ, qui

qui iuriſdictionem habet, uel iuriſdictioni præeſt, exponere, uel alterius deſiderio contrà ire, ut ff. de poſtulando. l. j. §. j. & iij. q. vij. c. qui poſsint poſtulare. Reſpondeo, quilibet, qui nō prohibetur. Prohibentur autem hi, ſurdus, mutus, cæcus, perpetuo furioſus, minor xxv. annis, fœmina, ſeruus, infamis quo libet genere, & turpitudine notatus, ut ff. de poſtulando. l. j. & iij. q. vij. §. tria. uerſ. quidā. ubi dicitur, quòd minor xxv. annis non poteſt poſtulare: ſurdus, fœmina, utroq; lumine orbati, illi, qui muliebria paſsi ſunt, niſi per uim prędonum, uel hoſtiū factum ſit. Item damnati crimine capitali. Item damnati calumniæ in iudicio publico. Item publicè pugnantes cū beſtiis in arena. Iis perſonis pro ſe poſtulare permittitur, pro aliis uerò prohibetur, niſi forte tutelam impuberū, uel adoleſcentū non affectatam, ſed neceſſariam iam adminiſtrent. Item prohibetur hæreticus, uel qui non eſt rectæ fidei, ut C. de poſtu. l. nemo. ubi dicitur, Nemo uel in foro magnitudinis tuæ, uel in prouinciali iudicio, uel apud quenquam iudicem, accedat ad togatorum conſortium, niſi ſacroſanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus myſteriis. Et extrà de hæreticis. c. excōmunicamus. ubi dicitur, Si fuerit aduocatus, nullaten⁹ eius patrocinium admittatur, &c. Item prohibentur monachi, & regulares Canonici, ut extrà ne cler. uel mon. ſec. neg. &c. c. j. ubi dicitur, in fine, Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus. Ad idē extrà de poſtulando. c. ex parte. ubi dicitur, quòd quidam Canonici dum redarguerētur per Canonē, quòd erāt aduocati, dicebant quòd ille Canon loquebatur in monachis & nō Canonicis regularibus. & dicit c. ex parte. quòd idem iudiciū eſt de Canonicis regularibus & monachis in hoc caſu, licet de monachis in Canone illo ſit expreſſum: & ita prohibentur, niſi monaſterij utilitas hoc expoſcat, Abbate nihilomin⁹ imperāte, ut xvj. q. j. ubi dicitur, Monachi à monaſterijs foras egredientes, ne aliquod miniſteriū Eccleſiaſticū agere præſuſumāt prohibemus: niſi forte cū Abbatis imperio: ſimiliter ut nullus eorū forenſis negotij ſuſceptor, uel executor exiſtat, niſi id monaſterij exigat utilitas, Abbate nihilominus imperante, uel niſi ſit cauſa uniuerſalis Eccleſiæ, uel miſerabilis perſonæ, & de mandato prælatorum hoc faciat. Supple ut lxxxvj. diſtin. c. peruenit. ubi dicitur, uerſus medium: Decreuit igitur ſancta uniuerſalis, uel magna Synodus, neminem horum deinceps, hoc eſt Epiſcopum, ſiue clericum, aut monachum, concedere poſſeſsiones, aut miſceri ſecularibus poſſeſsionib⁹ poſſe, niſi

Quæ perſonæ poſtulare non poſsint.

Canonici regulares idem cū monachis.

ſe, niſi forte, qui legibus ad minorũ ætatum tutelas, ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur: aut cui ipſius ciuitatis Epiſcopus, Eccleſiaſticarum rerũ commiſerit gubernacula, et orphanorũ, atq; uiduarũ, quę indefenſę ſunt: aut earũ pſonarũ, quæ maximè indigẽt Eccleſiaſtico adminiculo, propter Dei timorẽ. Si quis uero tranſgreſſus fuerit hęc præcepta, Canonicæ ſubiaceat correctioni. Prohibentur clerici in minoribus ordinibus conſtituti, ſi de bonis Eccleſiæ uixerint, corã ſeculari iudice poſtulare, niſi in cauſa propria, uel Eccleſiæ, uel miſerabilis perſonę, ut extrà de poſtu. c. j. ubi dicitur, Clerici in ſubdiaconatu, & ſupra, in minoribus ordinibus conſtituti, ſi ſtipendiis Eccleſiaſticis ſuſtẽtentur, corã ſeculari iudice aduocati fieri in negotiis ſecularibus nõ præſumãt, niſi propriã cauſam, uel Eccleſiæ ſuæ fuerint proſecuti, uel pro miſerabilibus perſonis, quę proprias cauſas adminiſtrare nõ poſsũt. Et dicit noua Decretalis, ſed ſimpliciter, quòd ſacerdos nõ poteſt eſſe aduocatus coram aliquo iudice, niſi in cauſa ſua, uel Eccleſiæ ſuę, uel miſerabilis perſonæ, uel coniunctæ, ita quòd aliàs nõ poſsint habere patrocinium, ut extrà de poſtulando. c. finali.

Clericus in cauſa sãguinis prohibetur aduocare.

Item generaliter omnes clerici cuiuſcunq; ordinis ſint, prohibentur aduocare, uel iudicare in cauſa ſanguinis, ut xxiij. q. viij. ubi dicitur, His, à quibus Sacramenta Domini tractanda ſunt, iudiciũ ſanguinis agitare nõ licet. Et aut trũcationes mẽbrorũ, cuiuslibet ordinis, per ſe inferant, aut inferendas præcipiant. Ad idem extrà ne cler. uel mon. &c. c. ſententiam. ubi dicitur, Sentẽtiam ſanguinis nullus dictet clericus, uel proferat, ſed nec ſanguinis uindictam exerceat, uel ubi exercetur, non interſit.

Paciſcentes de parte litis.

Item prohibetur aduocare, qui pactus eſt de certa parte litis, cũ graui damno litigatoris, ut iij. q. vij. c. infames. uerſ. arceantur etiam à profeſsione aduocatorũ, ſicut ſecundo libro C. tit. de poſtulando. inuenitur, qui ſub nomine honorariorũ ex ipſis negotiis, quæ exercenda ſuſceperint, emolumentum ſibi certę partis, cum graui damno litigatoris, & deprędatione poſcentes, inueniuntur.

Aduocati procaces et obſtreperi.

Item is, qui procacibus & improbis uerbis aduocat, ut extrà eodem. uerſ. ſi quis adeo procax. ubi dicitur, Si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certãdum, opinionis ſuæ imminutionem patiatur. Pręterea nõ liceat aduocato ullũ contractũ inire, ullámue pactionẽ cõficere cũ eo litigatore, quẽ in propriã recepit fidẽ: nec induſtria iurgiũ protrahere. Apud urbem Romanam etiã honoratis, qui hoc putauerint eligendum, eò uſq; liceat orare, quo

re, quouſq; maluerint, uidelicet ut non ad turpe cōpendium, uel etiam ſtipendium deforme hæc arripiatur occaſio, ſed laudes per ea argumenta quærātur. Nā ſi lucro pecuniaq; capiantur, ueluti degeneres inter uiliſsimos numerabuntur, &c. Item prohibetur qui admonitus eſt à iudice, ut alteri parti patrocinium præſtaret, nec ei paruit, nec ſe excuſauit, ut iij.q.vij.c.in fames. uerſic. ſi quis uerò. ubi dicitur: Si quis uerò commonitus à iudice ea excuſatione, quę nequeat comprobari, cuicūq; parti patrociniū denegauerit, careat foro. Sciat etiam nunquā ſibi agendi copiam poſſe reſtitui. Et nota, quòd ſi quis prohibitus eſt pro aliqua poſtulare cauſa, nō admittitur etiam cum patiētia, uel conſenſu aduerſarij, ut ff. de poſtulādo. l. quos prohibet. ubi dicitur, Quos prohibet apud ſe poſtulare prætor, omnino prohibet, etiam ſi aduerſarius eius patiatur.

Nota offic. aduocati eſſe gratuitū, & facit huc l. j. §. proinde. ff. de uar. & extraordi. cog.

Qui iudici nō paret.

De officio aduocatorum.

OFFICIUM aduocatorū eſt ſtare, ut C. de poſtulando. l. quiſquis. & omnia proponere, quæ clientulo ſuo expediunt. Expedit autem ante litis conteſtationem de ſalario cōuenire, & nō protrahere litē, nec uerba iniurioſa, nec probroſa proponere, niſi quę ad litē faciūt, ut iij.q.vij. §. iij. ſi quis adeo procax. ut ſuprà tit. prox. Ad idē iiij.q.iiij.c.j. ubi dicitur, Defenſores debent uti extenuatione ad diminuendam cauſam, nec uerba iniurioſa, nec probra proponere, niſi quę ad litem faciunt.

Qualiter aduocato ſalarium conſtituatur.

PRAETEREA ſalariū cōſtituēdū eſt aduocato pro modo litis, & aduocati facundia, & fori conſuetudine: ita, quòd ſummā centū aureorum nō excedat, ut ff. de uar. & extraord. cog. l. j. §. in honorariis. & §. ſequenti. In primo dicitur, Iudex ita debet uerſari, ut pro modo litis, proq; aduocati facundia, & fori conſuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non excedat. Et §. ſequenti. uerſ. licita. ubi dicitur, Licita autem quantitas intelligi debet uſq; ad centum aureos pro ſingulis cauſis. Sed hoc olim tenuit, cum ſalaria dabantur de publico, & par diſtributio aduocatorum à iudicibus fiebat. Hodie quilibet aduocatus paciſci debet, uel poteſt de ſalario cum clientulo ſuo, ſecundum utriuſq; placitum, uel conſenſum, dummodo de certa parte litis non paciſcatur. Et licitè,

Tūc fiet, quod ſcriptum eſt, ut ditiſſimi legum oratores efficiamini. &c.

& ſine peccato petere ſalarium poteſt,ut xiiij.q.v.c. non ſanè. ubi dicitur,Non ſanè quicquam,quod ab inuito ſumitur,iniuſte aufertur,&c.Et xj.q.iij.nō licet.ubi dicitur:Non licet iudici iuſtum iudicium uendere,etſi liceat aduocato iuſtum patrocinium,& Iuriſconſulto iuſtum conſilium. Item ſalarium incertum peti nō poteſt,ut C.mandati.l.ſalarium incertæ pollicitationis peti non poteſt.& ff.mādati.l.ſalarium.ubi dicitur, * Salarium procuratori conſtitutū,ſi extra ordinē peti cœperit,cōſiderandū erit,an laborem dominus remunerare uoluerit, atq; ideo fidem haberi placitis oporteat, an euentū litiū, maioris pecuniæ prçmio,cōtra bonos mores procurator rederit.Et nota,quòd eſt officiū iudicis ſedentis in medio partium,dare aduocatum non habenti,ut ff.de poſtulando.l.j.§.ait Prętor,Si non habuerint aduocatum,ego dabo.Nō ſolum his perſonis hanc humanitatem ſolet exhibere,ſed etiā ſi quis alius ſit,qui certis ex cauſis,uel ambitione aduerſarij,uel metu,patrociniū non inuenit. Et ꝙ iudex poteſt dare aduocatū non habenti,dicit Decretalis noua,extrà de off.iud.c.j. Itē miſerabiles perſonæ ſine ſalario defendendæ ſunt ab aduocatis, ut xxviij.diſt.c.j.& ij.Et nota, quòd ſi ſtet per aduocatū, quo minus aduocet,non poteſt petere ſalarium,ut C.de cōditionibus ob cauſ.dat.l.aduocationis. ubi dicitur, Aduocationis cauſa datam pecuniā, ſi per eos,qui acceperūt,quo minus impleant,ſtetiſſe probetur,reſtituendam eſſe conuenit. Et ff.locati.l. qui operas.ſuprà eodem.de off.aſſeſſ. Item ſupplere debet in cauſa iudex, ſi quid aduocatus omittat, C.ut quæ deſunt aduo.iudex ſuppleat.l.unica. ubi dicitur, Nō dubitandū eſt iudicē,ſi qd à litigatoribus,uel ab iis,qui negotiis aſsiſtūt, minus fuit dictum,id ſupplere & proferre,quod ſciat legibus & iuri publico conuenire : quod ita demum uerum eſt, ſi ius omittat aduocatus, ut ff. de iud.l.non quicquid. ubi dicitur, Nō quicquid iudicis poteſtati permittitur,id ſubmittitur iuris neceſsitati. Tamē etiā circa inquiſitionē facti, iudex ſupplere dèbet, ut xxx.q.v.c. iudicantē. Et in proponendo ipſum factū ſuppleat pro parte abſente, ut C.de app.l.finali,in fine, primi reſpon.ubi dicitur, Si pars abſens negligens fuerit nouus iudex diligēs per ſuū uigorē omnes partes debet ſupplere.

** Lex hæc aliena eſt ab hoc dicto. Cæterum huc facit l. qui mutuā pecuniam. § ſalarium.ff. eodē. ubi habetur de ſalario incertæ pollicitationis.*

Perſonæ miſerabiles ſine ſalario defendendæ.

Aduocati procraſtinatores.

Iudex ſupplet defectum aduocati.

L.nō quicquid ff.de iud.

De Procuratoribus.

QVONIAM in omni iudicio quatuor partes ad minus ſunt neceſſariæ, ſcilicet iudex, reus, actor, & teſtis, ut iiij.q. iiij.c.j.

iiij.c.j. ſuprà de aſſeſſ. §.iij.in fine. Et interdum reus uel actor cauſæ ſuæ tractandæ intereſſe non poteſt per ſe, uel non uult, ſed procuratorem ſuũ ſyndicũ, uel actorẽ pro ſe mittere poteſt, ideo poſt tractatum de iudicibus, de his perſonis tractemus, & primo de procuratore. Videamus ergo quid ſit procurator, qualiter cõſtituatur, quis conſtituere poſsit procuratorem, & quis poſsit inſtitui, & in qua re dari poſsit procurator, qualiter eius officium explicetur, quis ſit eius effectus, & qualiter finiatur. Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini, unũ, uel plura gerenda gratuito ſuſcipit, ut ff. de procurato. l.j. ubi dicitur, Procurator eſt, qui aliena negotia mãdato domini adminiſtrat. Procurator autem uel omnium rerũ, uel unius rei poteſt cõſtitui, uel coram iudice, uel teſtibus, uel per certum nuntium uel per epiſtolam. Mãdatum autem exigitur à procuratore, uel aliter iudiciũ nullum, controuerſiæ nullæ, ut C. eodem tit. l. licet. ubi dicitur, Licet in principio quęſtionis perſona debet inquiri procuratoris, an ad agendum negotium mandatum à domino litis habeat, tamen ſi falſus procurator inueniatur, nec dici controuerſiæ ſolent, nec poteſt iudiciũ eſſe. Ad idem extrà eodem tit. c. in noſtra præſentia. ubi talis eſt caſus: Quidã epiſcopus procuratores inſtituit, poſtea eos à procuratione reuocauit, ipſi tamen cũ aduerſario cõmiſsionem impetrauerunt à Papa, ad iudices delegatos, corã quibus Epiſcopus reſpondere noluit, allegans, eos non fuiſſe procuratores, ſed non audiebatur. Imò fuit condẽnatus. Ideo ad ſedem Apoſt. appellauit, ſed hoc probato corã Papa, quod per eos factum fuit, reuocatur. Et ante ſententiã, & poſt obiici poteſt exceptio procurationis, ut in fine illius Decretalis dicitur. Sunt autem quædam perſonæ, quæ ſine mandato agere poſſunt pro alio, præſtita cautione rem ratam dominũ habiturũ, ſcilicet coniunctæ perſonæ, conſanguinei, & affines, itẽ liberi, ut ff. de procurato. l. ſed & hæ perſonæ. ubi dicitur, Hæ perſonæ procuratorũ debent defendere, quibus ſine mãdato agere licet, utputa liberi, licet ſint in poteſtate. Item & parentes, fratres, & affines, & liberti. Itẽ maritus in cauſa uxoris ſuæ agere poteſt, ut C. de procur. l. maritus. ubi dicitur, Maritus citra mandatũ in rebus uxoris ſuæ cum ſatiſdatione ſolenni, & alia obſeruatione, intercedendi liberam habeat facultatem. *Item clerici in cauſa Eccleſiæ ſuæ poſſunt agere ſine mandato, ut extrà de poſtulando. c.j. Item cõſortes eiuſdem litis, ut extrà de conſtitu. c. cũ M. Ferrarienſis. ubi dicitur, Cum cauſa

Procuratoris definitio.

Mandatũ procuratoris.

Except. falſi procur. etiam poſt ſentẽtiam releuat.

Perſonæ ſine mandato agẽtes.

** Tamen niſi principalium perſonarũ ratihabi. ſequatur, perſona cõiuncta nõ præiudicat. Text. & Bar. ff. iud. ſol. l. iij. §. ij.*

uerteretur inter quoddam Capitulum, & quatuor Canonicos ſocios ſuper aſsignatione quarundam præbendarum corã Papa: unus illorum pro ſe & alijs coram quodam Cardinali delegato propoſuit querelam ſuam, & fuit bene auditus. Ad idem C. de conſort. eiuſdem litis. l. ij. ubi dicitur, Commune negotiũ poſt litẽ legitime ordinatã, etſi quibuſdã abſentibus, inſolidum ſine mandato agi poteſt, ſi præſentes dominũ rem ratã habiturum cauere parati ſunt, & ſi quid ab eis petitur iudicatum ſolui ſatiſdatione firmauerint. Supradictæ uerò perſonæ ad cauſas alienas ſine mandato admittuntur: contra mandatũ ſiquidem non audiuntur, ut C. de Procuratoribus. l. exigendi. ubi dicitur, Exigendi à filio tuo mãdati, qui ſe defenſioni tuæ offerebat, duplici ratione neceſsitas nõ fuit: Aut quòd defendere quis ſiue libertus, ſiue extraneus ſit, ſine mãdato poteſt, ſatiſdatione tamen pro defenſione præſtita, & alia proculdubio obſeruatione ſubiecta. Aut ꝙ filius, etiãſi ultro actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. Sanè ꝙ necdum legitimã ætatẽ idem filius tuus cõpleuerat, ob hoc quidem repellere à procuratione eũ iudex non iniuſtè potuit: Sed multo iuſtius fuit huiuſmodi defenſorẽ audire, quàm te abſentem, quaſi contumacem & indefenſum graui condẽnatione afficere. Ad idem ff. eodem tit. l. Pomponius. §. ulti. ubi dicitur. In iis autem perſonis, à quibus non exigitur mandatũ, dicendum eſt, ſi euidens fuerit forte, eos cõtra uoluntatẽ eorum experiri, pro quibus interueniunt, debere repelli. Ergo nõ exigimus an habeant mandatũ, uel uoluntatem: ſed ne cõtraria uoluntas probetur, quãuis offerant de rato cautionẽ. In duob. tamẽ caſibus citra mandatũ debent admitti procuratores, ſcilicet pro libertate, & pro defenſione damnati ad mortẽ.

Perſonæ citra mandatũ à lege admiſſæ, uſque ad probationem cõtrarij, tantum admittuntur.

In cauſa liberali, pater & cognati ſine mandato admittuntur.

Pro libertate, ut ff. de liberali cauſa. l. j. ubi dicitur, quòd parẽs debet defendere libertatẽ filij, licet nõ ſit in poteſtate, & etiã inuito filio: quia ſemper parentis intereſt filiũ ſeruitutem nõ ſubire. & è conuerſo, filius debet defendere patrem, ſi petatur in ſeruitutẽ, quia nõ immodica filij ignominia eſt, ſi parẽtem ſeruũ habeat. Inuito etiã commilitone meo poſſum agere pro libertate ſua. Item pro defenſione damnati ad mortẽ, ut ff. de app. l. non tantũ. ubi dicitur, Non tantum ei, qui ad ſuppliciũ ducitur, prouocare permittitur, uerum cuiq; alij nomine eius, non tantum ſi ille mandauerit, uerum ſi quis alius prouocare uoluerit: nec diſtinguitur, utrum amicus uel neceſſarius eius ſit, nec ne. Credo enim ab illis humanitatis ratione omnem

Ita etiã in cauſa capitali.

Et extraneus quoque.

prouocationem admitti debere. Quid ergo, ſi reſiſtat qui damnatus eſt, nec uelit admitti prouocationẽ, perire feſtinans? adhuc puto differeudum ſupplicium.

De conſtitutione Procuratoris.

CONSTITVITVR autem Procurator præſens, & abſens, in lite præſenti & futura, in perpetuum, & in diem, & uſque ad diem, & ſub conditione, & per nuntium, & per epiſtolam, & per hæc uerba, Rogo, mando, uel per æquipollentia, dummodo certus ſit, qui conſtituitur, & conſentiat ſuſcipere mandatum. ut ff. de Procur. l. j. & ij. in fine. ubi dicitur, Dari autem Procurator poteſt præſens & abſens, dummodo certus ſit, qui datus eſſe intelligitur, & is ratum habuerit. Furioſus uerò non eſt habendus abſentis loco, quia in eo animus deeſt, ut ratum habere non poſſit. Ad idem ff. mandati. l. j. ubi dicitur, Mandati obligatio conſenſu contrahentium conſiſtit, & ideo per nuntium quoque & epiſtolam mandatum ſuſcipi poteſt. Item ſiue Rogo, ſiue Mando, ſiue Volo, ſiue alio quocunque uerbo ſcripſerit, mandati actio eſt. Item mandatum & in diem differri, & ſub conditione contrahi poteſt. Ad idem ff. eodem titu. ubi dicitur, l. Item ad litem futuram, & in diem, & ſub conditione, & uſque ad diem, & in perpetuum dari poteſt. Item plures poſſunt conſtitui Procuratores & inſolidum: & tunc occupantis melior eſt conditio, ut poſterior iam non ſit Procurator, in eo, quod prior petere cœpit, ut ff. eodem titu. l. pluribus. ubi dicitur: Pluribus procuratoribus inſimul datis inſolidum, melior eſt conditio poſsidentis uel occupantis, ut poſterior non ſit Procurator in eo, quod prior petit. Ad idem facit Decretalis noua, extrà de Procurat. c. non iniuſte. Et notandum eſt, quòd cum quis diuerſis temporibus plures cõſtituit Procuratores, poſteriorem dando uidetur prohibuiſſe priorẽ, ut ff. eodem. l. ſi quis. §. ult. ubi dicitur, Iulianus ait eum, qui dedit diuerſis temporibus Procuratores duos, poſteriorem dando, priorem uidere prohibuiſſe. Sed quæritur, Si ambo ſimul ad iudicium prouocẽt, & uterque Procuratorem ſe eſſe contendat, quid fiat? Reſponſio: Iudex debet eligere magis idoneum, ad inſtar legis, ut ff. de accuſ. l. ſi plures. ubi dicitur, Si plures exiſtant, qui eundem in iudiciis accuſare uolunt publice, iudex debet eligere eũ, qui accuſet. Ad idem ff. de pop. act. l. ſi plures. ubi dicitur, Si plures ſimul agãt populari actione, Prætor eligat idoneiorẽ, uel ſorte dirima

Mandatũ conditionale, & ad tempus.

Occupãtis melior eſt cõditio.

Poſterior Procurator.

Expedita res hæc foret, ſi Procuratores l. j. ff. mandati. et Princeps, q̃d ſuprà de ſalar. aduoc. ex l. j. de extraord. cog. dicitur, obſeruarent.

dirimatur, ut ff.de iud.l.in iis.ubi dicitur, In his tribus iudiciis, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, quòd ſi aliqui ſimul ad iudicium ueniant, & uterq; uelit eſſe actor, debet ſorte dirimi. Quis poſsit conſtituere procuratorem? Reſpõſio, Paterfamilias, liber homo, maior xxv. annis, cõpos mẽtis, dominus rei uel cauſæ. Et regulariter quilibet poteſt dare Procuratorem, qui non prohibetur, ut ff.eodem.l.mutus.§.j.ubi dicitur, Cum quæritur, an alicui habere procuratorem liceat, inſpiciendum erit, an non prohibeatur Procuratorem dare: quia hoc edictum prohibitorium eſt. Et nota quòd interdum minor xxv.annis poteſt dare Procuratorem, ſcilicet cum talis eſt cauſa, in qua ipſe in propria perſona litigare poſsit, puta in cauſa matrimoniali, ut extrà de reſtitu. ſpol.c.ex parte.ubi talis ponitur caſus: Quidam uolens quandam neptem ſuam nondum ſeptẽnem alicui matrimonialiter copulare, quæ traducta fuit in domũ uiri: cumq; ad annos nubiles perueniſſet, quod à patruo ſuo factum fuerat, uoluit reuocare: traxit uirum in cauſam, & petiit poſſeſsiones & alias res, nomine dotis pro ſe ei olim traditas. cõparuit mulier per Procuratorẽ: excipiebatur quòd perſonaliter debuit intereſſe: quia matrimonialis cauſa per Procuratorem tactari nõ debet. Quæſitum fuit à Papa quid iuris ſit? Reſpondit, ꝙ quãuis mulier minor ſit xxv.annis, poteſt tamen per Procuratorem cauſam tractare matrimonij. Tutor autem Procuratorem nõ dat, niſi poſt lit.conteſt. quia tunc factus eſt dominus litis, ut C.de Procur.l.neq;.quæ eſt ſuprà de off.deleg. Idem intelligo de Prælato, quia dominus nõ eſt rerum Eccleſiaſticarum, ſed præeſt tantum Eccleſiæ, ſicuti diſpenſator, uel Procurator, ut extrà de don.c.fraternitatem. ubi dicitur expreſſe, quòd Epiſcopus & quilibet Prælatus rerum eccleſiaſticarum Procurator eſt, non dominus: unde conditionem Eccleſiæ meliorem facere poteſt, deteriorem autem non, ut extrà de reſtit.in integ.c.j.ubi dicitur, Epiſcopo facere cõditionem Eccleſiæ deteriorem non licet.ad idem xij.q.j.c.fi.ubi dicitur, Si priuatũ poſsidemus, & nobis ſufficiat, non ſunt illa noſtra, quorũ adminiſtrationem gerimus tantũmodo, ne proprietatem nobis uſurpatione damnabili uſurpemus.* Cõtrarium inuenitur extrà de iur.calum.c.cum cauſam. & ad idem vj.q.iij.c.ult. Et conſtitui poteſt Procurator filiusfamilias, ut ff.eodem tit.l. filius. §.ad defendẽdum.ubi dicitur, Ipſe quoq; filiusfamilias Procurator dari poteſt: & ad agendum & ad defendendum filiusfamil

Quis poſsit Procuratorem conſtituere.

Minor quandoq; dat Procuratorem.

Tutor tantum poſt litis cõteſt.

Quid de Prælatis.

**Id eſt, quòd ante litis cõteſtationẽ Procuratorẽ prælatus dare poſſit.*

familias poſsit dari Procurator, dicit Decretalis noua.extrà de Procurato.c.non iniuſte. Item omnis poteſt dari Procurator, qui habet perſonam ſtandi in iudicio pèr ſe, ut ar.extrà de prob.c.poſt ceſsionem.ubi dicitur quòd quidam, cum officiũ procurationis aſſumpſit, erat excommunicatus, unde nõ fuit admiſſus ad procurationem:& eſt ratio, quia tunc non habebat perſonam ſtandi in iudicio per ſe, cum aſſumpſit officium Procuratoris. Et dicit Decretalis no.quòd ſi maiores de uniuerſitate, per quos regitur uniuerſitas, dederunt Procuratorem, cum eſſent excommunicati, uel nomina eorum fuerunt expreſſe in literis, uel conſenſus eorum fuerit ab aliis requiſitus, qui poteſtatem habuerũt conſtituendi Procuratorem: excludi debet talis Procurator, ut extrà de Procur.c.conſulti. Et nota, quòd qui conſtituitur Procurator, debet eſſe maior xxv. annis, ut ff.de Procur.l.minor.ubi dicitur, Si minor defenſor exiſtat, ex quibus cauſis in integrum reſtitui poſsit, nõ eſt defenſor idoneus, quia ipſi & fideiuſſoribus eius per in integrũ reſtitutionem ſuccurritur, & hoc in præiudicium partis aduerſæ. Minor tamẽ Procurator eſſe poteſt in caſu expreſſo, ut C. de Procu.l.exigendi. Et generaliter tene, ꝙ quilibet poteſt cõſtitui Procurator præſente uel abſente aduerſario, niſi lege, uel canone prohibeatur, ut Inſtit.tit. per quos agere poſſumus. §.ult.ubi dicitur, Procurator neq; uerbis certis, neq; præſente aduerſario, imò etiam plerunq; eo ignorante conſtitui poteſt: cuicunq; enim permiſiſti rem tuam agere, aut defendere, is Procurator tuus intelligitur. Inuitus Procurator dari nõ poteſt, ut ff.de Procur.l.filiusfam. §.inuitus.ubi dicitur, Inuitus Procurator dari nõ poteſt. Inuitum accipere debemus nõ eum tantum qui contradicit, uerum eum quoq;, qui conſenſiſſe non probatur. Tamen ex pòſt facto cogitur eſſe Procurator, ut ff.mandati.l.ſi mãdauero.ij. §.ſicut autem. ubi dicitur, Sicut autem liberum eſt non ſuſcipere mandatum, ita conſummari oportet ſuſceptum. unde Verſus:

Spernere mandatum licet, at finire neceſſe eſt.

Prohibẽtur milites, mulieres, & ille, qui Reipublicę cauſa abfuturus eſt, & qui laborat perpetuo morbo, ut ff.de Procur.l. neq; fœminæ.ubi dicitur, Neq; fœmina, neq; miles, neq; qui Reipublicę cauſa abfuturus eſt, aut qui morbo perpetuo tenetur, aut qui magiſtratũ habiturus eſt, aut inuitus, aut qui iudiciũ pati non poteſt, idoneus defenſor intelligitur. Itẽ accuſatus de capitali crimine, ut C.cod.tit.l.reum.ubi dicitur, Reum

Habens perſonã ſtandi in iudicio Procur. dari poteſt.

Prohibitoriũ eſt edictũ Procur.

Quando nõ liceat à procuratione recedere.

Accuſatus de crimine capitali.

criminis conſtitutum defenſionem cauſæ ſuſcipere nõ poſſe, antequã purget innocentiã ſuam,incognitũ non eſt.Et quòd aliquis non debet admitti pendente accuſatione ad teſtificandum , niſi in exceptis criminibus,uel ad ordines promoueri, dicit Decretalis no.extrà de teſt.c.ult.Interdũ etiam fœminas pro parẽtibus agere licet.ff.eod.tit.l.fœminas.ubi dicitur,Fœminis pro parentibus agere permittitur interdũ cauſa cognita,ſi forte parentes aut morbus,aut ætas impediat,nec quenquam habeãt,qui agat.In quibus cauſis poſsit Procurator dari?Reſpondeo in omnibus ſpiritualibus,uel annexis,ut extrà de Procu.c.tuæ fraternitatis.ubi dicitur,Bene poteſt cauſa matrimonialis tractari per Procuratorem , dũmodo non agatur criminaliter.Ad idem extrà de reſti.ſpol.c.ex parte.ſuprà eod. tit. §.iij.Item quælibet cauſa pecuniaria per Procuratorẽ poteſt tractari,ut C.de Procu.l.fin.ubi dicitur, In pecuniariis cõtrouerſijs , etſi ſpecialiter hoc præcepti , uel ſententiæ minime deſignat autoritas:paſsim unicuiq;(ſi tamen ita maluerit) per Procuratorem reſpondendi tribuimus facultatẽ,niſi forte quoſdam iuſtiores nonnunquã ob cauſas, uehementiores maximi iudicis uocabit autoritas.Cauſa tamẽ popularis per Procuratorem tractari non poteſt,ut ff.de Procurat.l.licet.ubi dicitur, Licet in popularibus actionib.Procurator dari non poſſit,tamen dicẽdum eſt merito eum,qui de uia publica agit, & priuato dãno ex prohibitione afficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe Procuratorem. Multò magis ad ſepulchri uiolati actionem dabit is,ad quem ea res pertinet.Sed in popularibus actionibus interuenit Procurator ad defendendum,ut ff. de popu.acti.l.qui populari.ubi dicitur,Qui populari actione conuenitur,ad defendẽdum Procuratorem dare poteſt. Item ad actionem iniuriarum ex lege Cornelia Procurator dari poteſt. Nam etſi pro publica utilitate exercetur , priuata tamen eſt,ut ff.de Procur.l.licet.§.j.ubi habes eadem uerba.Licet autem in criminali cauſa non interueniat Procurator , ut extrà de accuſat.c.ueniens.circa medium, ad excuſandum tamẽ admittitur,ut ibidem dicitur,circa medium Decret.& ff.de Procurator.l.abſens.ubi dicitur, Reus abſens abſentię ſuæ cauſas per alium allegare poteſt. & l.ſeruum. §.publice.ubi dicitur, Publicæ utilitatis eſt, abſentes à quibuſcũq; defendi. Nam & in capitalibus iudiciis defenſio datur. Vbicunq; itaq; abſens quis damnari poteſt, ibi quemuis uerba pro eo facientem , & innocentiam excuſantem , audiri æquum eſt , & ordinarium admit

In quibus cauſis detur.

In actione populari.

Quãdo in cauſa crimi. Procur.detur.

admittere, quod ex reſcripto Imperatoris noſtri apparet. Ad idem C.de accuſ.l.reos.ubi dicitur, Reos capitalium criminũ abſentes, etiam per Procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt.* Contrarium habetur v.q.iij.c.in criminalibus.ubi dicitur, Neq; accuſator, niſi per ſe aliquem accuſare poteſt, neq; accuſatus per alium ſe defendere permittitur. Ad idem extra de Procurat.c.tuæ fraternitatis.ubi dicitur, Quòd ſi uir accuſat uxorem ſuã, & agit coram iudice ſeculari de adulterio ad pœnam legalẽ infligendam, quòd tunc debet inſcribere & obligare ſe ad pœnam talionis, nec poteſt per Procuratorẽ cauſa matrimonialis tractari: & hoc intellige, ſi agatur criminaliter. Ad idem ff.de publ.iud.l.accuſatore.§.j. ubi dicitur, Ad crimen iudicij publici perſequendum fruſtra Procurator interuenit, multoq; magis ad defendendũ: ſed excuſationes abſentium ex ſenatuſcõſulto iudicibus allegãtur, & ſi iuſtam rationẽ habent, ſentẽtia differtur. Excipitur tamẽ cauſa ingratitudinis, quæ per Procuratorẽ poteſt tractari, ut ff.de Procur.l.ſed & hæ perſonæ.§.ij.ubi dicitur: Et patronus libertum per Procuratorem accuſare poteſt ut ingratum, & libertus per Procuratorem reſpõdere. Item excipitur cauſa criminis iniuriarum, in qua illuſtris perſona, quæ conuenitur, per Procuratorẽ agere poteſt, uel defendi, ut iij.q.ix.c.abſens. ij.ubi dicitur, Abſens per alium accuſare, uel accuſari non poteſt, nec affinis teſtis admittitur, niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona per Procuratorem intendere, & excipere poteſt, ſeruatis certis ſolennitatibus. Ad idem C.de iniuriis.l.ulti. ubi dicitur, quòd illuſtres perſonæ poſſunt agere actione iniuriarum per Procuratores, ita tamẽ quòd nulli alij hoc ſibi audeant uendicare. Item in cauſa ſuſpecti tutoris, in qua poteſt abſens per Procuratorem defendi, ut ff.de Procu. l.non ſolum. §.ultimo. ubi dicitur, Et ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuerſus ille uelit retractare, quod actum eſt. Sed non facile per Procuratorẽ quis ſuſpectus accuſabitur, quoniã famæ cauſa eſt, niſi conſtet ei à tutore mandatũ nominatũ: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defenderetur, Prętor erat cogniturus. Dicunt tamẽ quidam, quòd licet ſit cauſa criminalis, publica uel priuata, ex quo nõ imponitur capitalis pœna, ſed relegatio minor, ſcilicet, remotio ab ordine: poteſt in ea cõſtitui Procurator, cum pœna relegationis imponitur abſenti, ſicut fertur ſentẽtia in pecuniariis cõtra abſentem, ut ff.de pœnis. l.abſ

Vide elegantẽ horũ locorũ cõciliationẽ.ff. de procu.l.ſeruum quoq;.§. publice utile eſt. per gloſ.in uerb.Datur.

Cauſæ ingratitudinis libert.

Perſonæ illuſtres.

Poſtulatio ſuſpecti tutoris.

Textus l. Abſentē. ff. de pœnis. l. abſentem. ubi dicitur, Abſentem in criminibus damnari non debere, diuus Hadrianus Iulio Frontoni reſcripſit. Sed nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnari diuus Traianus Aſidio Seuero reſcripſit. Satius enim eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. Aduerſus contumaces uerò, qui neq; denũtiationibus, neq; edictis Præſidum obtemperaſſent, ſentẽtiam in abſentes pronuntiari oportet, ſed ſecũdum morem priuatorum iudiciorum. Poteſt quis defendere hæc non eſſe contraria? Quid igitur eſt? Melius ſtatuetur, in abſentes pecuniarias quidem pœnas, uel eas, quæ exiſtimationem contingunt, ſi ſæpius moniti, per contumaciã deſint, ſtatui poſſe, & uſq; ad relegationem procedi. Verum ſi quid grauius irrogandum fuiſſet, puta metallum, uel capitis pœna, non eſſe abſentibus irrogãdum. Et nota quòd licet agatur de crimine, ſi non agatur criminaliter, ſed alio modo, poteſt per Procuratorẽ agi, ut extrà de Procu. c. tuæ fraternitatis. ubi hoc expreſſe dicitur. & extrà de accuſat. c. ſuper his. circa medium, ubi dicitur, Si quis obijcit alicui crimen in modũ exceptionis, licet agatur de crimine, non eſt tamen cauſa huius criminalis: unde per Procuratorem licitè poteſt tractari. Quot modis de crimine agi poſsit determinabitur infrà titulo de criminibus & accuſationibus. Explicit autem Procurator actoris officium ſuũ, ſi cauet de rato, rem ratam dominũ habiturum, ut C. de ſatiſdationibus. l. unica. Et ſi ſatiſdedit de defendendo eum, cuius nomine agit. Quia nemo idoneus defenſor in re aliena, ſine ſatiſdatione intelligitur, ut Inſtit. de ſatiſdat. §. ſi uerò reus. ubi dicitur, Si quidem quis alieno nomine interueniat, omnino ſatiſdabit: & nemo idoneus defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione eſſe creditur. Ad idem ff. de Procu. l. qui proprio nomine. §. ij. ubi dicitur, Qui aliũ defendit, ſatiſdare cogitur: nemo enim alienę litis defenſor idoneus ſine ſatiſdatione intelligitur. Ad idẽ C. de Procur. l. actionẽ. ubi dicitur, Actionẽ ei, qui abſentis nomine uult agere, ſi nõ eũ defenſat, denegari oportere, iam edicto perpetuo expreſſum eſt. Ad idem C. eodem titu. l. inuitus. Pœna autem Procuratoris non defendentis hæc eſt, ut ei denegetur actio. Qualiter autem Procurator actoris, ſiue rei ſatiſdare debeat, in titulo de ſatiſdationibus plenè dicetur.

Si ciuiliter de crimine agatur, uel per modum except.

Cautio de rato

De defendẽdo.

De officio Procuratoris.

OFFICIVM Procuratoris eſt exequi mandatum uſq; ad finem

finem, prout expediat domino, niſi tempeſtiuè renuntiauerit, ut Inſtitut.de mandato. §.mandatum.ubi dicitur, Mandatum non ſuſcipere liberum eſt cuilibet: ſuſceptum autem conſummandum eſt, aut quàm primũ renũtiandum eſt, ut aut per ſemetipſum, aut per aliũ, rem illam mandator exequatur. Nã niſi ita renuntiauerit, ut integra cauſa mandatori reſeruetur, eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locũ habet, niſi iuſta cauſa interceſſerit, aut non renuntiandi, aut intempeſtiuè renuntiãdi. Et nota quòd in nullo debet eſſe conditio deterior Procuratoris, quam domini, niſi in ſatiſdatione, ut ff.de Procur.l.ſed & hæ. §.defendere.ubi dicitur, Defendere autẽ eſt idem facere in lite, quod dominus faceret, & cauere idoneè: nec debebit deterior fieri cõditio Procuratoris, quàm domini, præterquàm in ſatiſdatione. Ad idem ff.eodem tit.l.uidetur.ubi dicitur, Non uidetur defendere, niſi ſatiſdare ſit paratus. Ad idem ff.de Procur.l.ſi poſt datũ. ubi dicitur, Si poſt datum Procuratorẽ capitales inimicitię interceſſerint, non cogendum accipere iudicium, nec ſtipulationem ob rem indefenſam cõmitti, quoniã noua ſit cauſa. Item quãdoque Procurator cogitur ſubire defenſionem, ut ff.de Procur.l. ſed etiam.ubi dicitur, Sed etiam ex his cauſis dicitur aliquãdo cogendum eſſe Procuratorem iudicium ſuſcipere, ueluti ſi dominus præſens non ſit, & actor affirmat tractu temporis futurũ, ut res pereat. Sed nec hęc paſsim admittẽda ſunt, nec diſtricte deneganda, ſed à Prætore cauſa cognita temperanda. Item nota, quòd licet dominus ante litis conteſtationem libere poſsit reuocare mandatum Procuratoris, ut ff.eodem tit.l. ante litis conteſta.ubi dicitur, Ante litis conteſtationẽ libera poteſtas uel mutandi Procuratorem, uel ipſi domino iudiciũ accipiendi eſt. Tamen poſt litis conteſtationẽ, mandatũ reuocare non poterit inuito Procuratore, niſi iuſtis ex cauſis, ut ff.de Proc. l.poſt litis cõteſtationem.ubi dicitur, Poſt litis cõteſtationem reus, qui procuratorẽ dedit, mutare quidem eũ, uel in ſe litem trãsferre ab inuito Procuratore, uel in ciuitate manente poteſt, tamẽ cauſa prius cognita. Quæ omnia nõ ſolum ex parte rei, ſed in perſona actoris obſeruabũtur. Quòd autem poſt litis conteſtationẽ Procuratorẽ dominus mutare nõ poſsit, intelligendũ eſt, niſi iuſta de cauſa. Iuſtæ autẽ cauſæ ſunt omnes illæ, quib. excuſatur Procurator, ne procedat & mandatũ exequatur, & propter eaſdẽ cauſas poſt litis conteſtationẽ inuitus à procuratiõe repellitur, ueluti ſi inimicitiæ exortæ ſint

Nõ eſt deterior cauſa Procur. quàm domini.

Quandoque Procurator cogitur defendere.

Quando domino mandatum reuocare liceat.

Iuſtæ cauſæ mutandi Procuratorem.

d inter

inter procuratorē & dominū, aut affinitas inter procuratorē & aduerſarium, aut huiuſmodi. Aut ſi exilio latitet, aut longa peregrinatiōe, aut ualetudine impediatur, aut in carcere prędonū, hoſtiúmue teneatur, uel aduerſario ſuo ſuccedat, & huiuſmodi alia, ut ff. de Procur. l. poſt lit. § in cauſæ. ubi dicitur, In cauſæ cognitione non ſolū hæc uerſantur, quæ ſuprà diximus, in Procuratore non cōpellendo ſuſcipere iudicium, uerumetiā ætas, aut religionis beneficiū, aut ualetudo. Iuſta ergo cauſa non exiſtente, non remouebitur. Si ergo dominus cauſam obiiciat, quam Procurator nō adeſſe contēdat, ita audiēdus erit Procurator, ſi magis purgare uoluerit ſuā infamiā, quam ex remotione conſequeretur, quàm procurationē retinere. Nec enim ferēdus eſt Procurator, qui ſibi procurationē aſſerit. Nā aliàs eo ipſo ſuſpectus eſt, quòd operas ſuas ingerit inuito, ut ff. de Procur. l. quæ omnia, niſi propriæ litis fuerit Procurator, uel forte alia retentione, ueluti nomine expēſarum, uti uoluerit: tunc enim nō remouebitur, niſi dominus ſoluere paratus ſit. Si autem dominus non omnia iudicia, ſed quædā uult, & quædam nō uult à Procuratore transferre, merito Procurator domini inconſtantiā recuſabit, ut ff. de Procur. l. in cauſæ cognitione. ubi dicitur, In cauſæ cognitione etiam hoc uerſabitur, ut ita demum trāsferri à Procuratore iudicium permittatur, ſi quis omnia iudicia ab eo transferre paratus ſit. Cæterum ſi uelit quædam transferre, quædam relinquere, iuſte Procurator hanc inconſtantiam recuſabit, &c.

Procuratori non poteſt in uno renuntiari, in altero nō.

De effectu Procuratoris.

EFFECTVS Procuratoris eſt, ut ratum ſit, quicquid cū eo agitur, ut extrà de Procur. c. j. in fi. ubi dicitur, quòd quicquid perſona Procuratoris actum ſit, poſsit iure ſubſiſtere. Et licet reuocatū ſit mādatū, dūmodo aduerſarius ignoret reuocationē, ratum eſt quod cum eo geſtum eſt, ut C. de ſatiſdando. l. unica. & infrà tit. de ſatiſdat. Procu. act. in princ. Ad idem facit Decretalis noua, extrà de Procu. c. mandato Procuratoris. ubi dicitur, Mandato Procuratoris reuocato poſt litis conteſtationem, ſi hoc ignorante iudice uel aduerſario, factū fuerit, iudiciū, quod idem quaſi Procurator poſtmodū expertus eſt, ratū eſſe debebit. Ad idē C. de Procu. l. nulla dubitatio. ubi dicitur, Nulla dubitatio eſt poſt cauſam in iudicio agitatam, utpote dominum litis Procuratorē effectum, & ideo poſt diſceſſum eius, qui agendam uel defendendam litem mandauerat, poſſe inchoatam cauſam, iurgiumq; finire: quippe cum &

Si aduerſarius ignoret reuocatum eſſe mandatum.

Proc

Procuratorē poſſe eū inſtituere, ueteris iuris uoluerint conditores. Procurator autē, niſi ſpeciale mandatū habuerit, uel in rem ſuā datus ſit, uel generalem & liberā adminiſtrationē habuerit, trāſigere nō poteſt, ut ff. de Procurato. l. mandato. ubi dicitur, mandato generali nō cōtineri etiā tranſactionē decidendi cauſa interpoſitā: & ideo ſi poſtea is, qui mādauit, tranſactionem ratam non habuit, nō poſſe eū repelli ab actionibus exercendis, manifeſtiſsimi iuris eſt. Ad idē C. de tranſactionibus. l. tranſactionis. ubi dicitur, Tranſactionis placitū ab eo interpoſitū, cui cauſæ actionē, non deciſionem litis mādaſti, nihil petitioni tuæ derogauit. Ad idē ff. de pactis. l. reſcriptū. §. ult. ubi dicitur, Vtputa ſi procurator meus paciſcatur, exceptio doli mali mihi proderit, ut Trebatio uidetur, qui putat, ſicut pactū procuratoris mei mihi nocet, ita etiā prodeſſe. Secus autem, ſi generalis & libera adminiſtratio Procuratori cōmiſſa ſit, ut ff. de pactis. l. nā & nocere. ubi dicitur, Nā & nocere conſtat, ſiue ei mandaui, ut paciſceretur, ſiue omnium rerū mearū Procurator fuerit, ut Puteolanus libro j. Aſſeſſorū, ſcribit, cui placuit eam rem etiam in iudiciū deducere. Ad idem ff. de Procu. l. Procurator. ubi dicitur, Procurator cui generalis & libera adminiſtratio rerum eſt cōmiſſa, poteſt tranſigere, & nouare, & aliud pro alio permutare. Et nota, quòd quilibet prælatus eccleſiæ eſt procurator, generalem & liberam habēs adminiſtrationem, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ut extrà de elect. c. cum nobis olim. in fine. Item confeſsio Procuratoris nocet domino, ut extrà de poſtul. prælat. c. ad hæc. in fine. Item confeſsio Procuratoris domino præiudicat, ut extrà de poſtulat. prelatorum. c. ad hęc. ubi dicitur, quòd quidam Epiſcopus poſtulatus fuit in Archiepiſcopū: quidam magiſter acceſsit ad curiam, ut Papa admitteret poſtulationem factam de Epiſcopo. requiſitus dictus magiſter, utrum prædictus Epiſcopus ſeruauerit ſententiam latam in regno Franciæ. Reſpōdit, quòd nō: nec debebat ipſam ſeruare propter multas rationes, quas ponit in prædicta Decretali. Vnde Papa reputans illas rationes friuolas & inanes, irritat poſtulationē de dicto Epiſcopo factā non propter poſtulantem Eccleſiam, ſed propter perſonam Epiſcopi poſtulantem. & extrà de capel. monach. c. dilectus. ubi Procurator Eccleſiæ ſancti Laurentij cōfeſſus fuit, ꝙ illa Eccleſia erat ſubiecta Eccleſię ſanctæ Cęciliæ in baptiſmo, ſcrutinio, & proceſsionibus: unde fuit Eccleſia ſancti Laurētij in eiſdē Eccleſię ſanctæ Cæcilię cōdēnata. Ad idē de ſen.

Procurator nō tranſigit.

Tranſigit in caſu.

Prelatus æquiparatur procur. cum libera, &c.

Confeſsio procura. domino præiudicat.

& re iud.c.ſuborta.ubi dicitur, Syndicus monaſterij cuiuſdã cõfeſſus fuit Epiſcopũ fuiſſe in quaſi poſſeſsiõe ſubiectionis illius monaſterij,ad quam quaſi poſſeſsionẽ ſubiectionis,dictus Epiſcopus fuit reſtitutus.Sic & nocet cõfeſsio aduocati, ut extrà de cenſ.c.olim. Et credo quòd cõfeſsio ueri procuratoris ſemper præiudicet domino,ut extrà de procuratorib.c. j.ubi dicitur,quòd perſona procuratoris debet uenire inſtructa ad iudicium,cum mandato legaliter facto,ut quicquid cũ eo factũ fuerit,poſsit iure ſubſiſtere.Ad idẽ ff.de tribut. act.l. Procur.ubi dicitur,Procuratoris autẽ ſcientiã & dolũ nocere domino,nec Põponius dubitat,nec nos dubitamus. Nec expectandũ eſt,ut dominus ratã habeat cõfeſsionẽ,argumẽto ff. de cõdictione indebiti.l.ſi procurator.§. Celſus ait.ubi dicitur,Celſus ait eũ,qui procuratori ſoluit debitũ,cõtinuo liberari,nec ratihabitionẽ cõſiderari.Quòd ſi indebitum acceperit,ideo exigi ratihabitionem, quoniam nihil de hoc nomine mãdaſſe uidetur.Ideo ſi ratũ nõ habeatur,à Procuratore repetendũ eſt.Et l.indebitã.ff.eodẽ.ubi dicitur,Indebitã pecuniã per errorẽ promiſiſti,eã qui pro te fideiuſſerat, ſoluit,Ego exiſtimo,ſi nomine tuo ſoluit fideiuſſor,te fideiuſſori,ſtipulatorẽq; tibi obligatũ fore, nec expectandum eſſe,ut ratũ habeas, quoniã poteſt uideri idipſum te mandaſſe, ut tuo nomine ſolueretur.Nã quicquid delinquit Procurator circa iudiciũ, domino præiudicat,niſi mãdati fines excedat, ut extrà de off.de leg.c.cũ olim.& ff.de procur.l.ſi procuratorẽ.& infrà eodẽ de ſyndico.§.ij.C.de procur.l.ſi procurator.ubi dicitur,Si procurator ad unã ſpeciẽ cõſtitutus officiũ mãdati egreſſus eſt,id quod geſsit,nullũ præiudicium domino potuit facere.Quòd ſi plenã poteſtatem agendi habuit,rem iudicatã reſcindi non oportet,cũ,ſi quid fraude uel dolo egerit, cõuenire cũ more iudiciorum non prohibearis. Tamen procurator domino de omni dolo & culpa reſpondebit,ut C.mandati.l.à procuratore.ubi dicitur,Omnem dolum & culpã, non improuiſum caſum,præſtandũ eſſe iuris autoritate,manifeſte declaratur. Ad idem extrà de arbitris.c.per tuas.& ff. de doli exceptione. l. ſi procurator rei accepta pecunia damnari ſe paſſus ſit, & cũ domino iudicati agatur, tuebitur ſe doli mali exceptione; nec quod accepit procurator, auferri ab eo poteſt. Nam turpiter accepta pecunia iuſtius penes eum eſt,qui deceptus eſt,quàm qui decepit.Ad idem ff.de dolo malo.l.& eleganter.§.ſi dolo malo.Sed ſi aduerſario ſciente reuocatum ſit mandatum,non uidetur

Sic aduocati confeſsio.

Non eſt neceſſarium, ut dominus ratam habeat confeſsio. procur.

Procu.tenetur de culpa.

uidetur quòd poſt reuocationem cum eo agatur, ut extrà de procur.c.in noſtra præſentia.& ſuprà eodem tit. §.j.Et ita patet quòd neceſſe eſt, quòd reuocatio mandati ueniat ad aduerſarium:aliàs rata habebuntur, quæ facta fuerint cum procuratore, ut extrà de procuratoribus. c. mandato. & extrà de reſcriptis.c.ex parte. ubi dicitur, quòd reuocatio mandati ueniat ad aduerſarium, uel ad iudicem, alioquin rata manent, quæ procurator egit.Ad idem extrà eodem titu.c.ex inſinuatione. & ff. iudic. ſolu. l. ſi ante acceptum iudicium. §. quòd ſi quis ſciens.ubi dicitur, Quòd ſi quis ſciens prohibitũ eſſe, egerit, Iulianus putat ſtipulationem nõ committi.nam ut cõmittatur, nõ ſufficere ait, cum ea perſona acceptum eſſe iudicium, quæ ſtipulatione compræhenſa eſt, ſed oportere etiam cauſam perſonæ eandem eſſe, quæ ſtipulationis interpoſitæ tempore fuit. Ad idem ff.de ſolut.l.ſi quis ſeruo. §. nam etſi. ubi dicitur, Nam etſi debitori meo mandauero, ut Titio pecuniam ſolueret, demum Titio uetuero accipere, ideoq; ignorans debitor Titio ſimulanti ſe procuratorem, ſoluerit, & debitor liberabitur, & Titius furti actione tenebitur. Et l. cum quis. §.debitorem.de ſolut.finitur procuratoris mandatũ per reuocationem eius, qui mandauit, ut extrà de procu.c. in noſtra præſentia.Idem finitur officium procuratoris, ſi renunciauit mandato, ut Inſtit.de mãdato. §. mãdatum.& ſuprà eo.tit. §.explicat.Item finitur morte domini, per procuratorẽ re integra relicta, ut C.mandati.l.mandatum.ubi dicitur, Re integra morte domini finitur.Ad idem extrà de offic.deleg.c.relatum.& extrà eodem.c.licet undiq;.in fine, ubi dicitur, quòd mandatum re exiſtente integra, morte mandatoris expirat.

Quòd reuocatio procur. ueniat ad aduerſarium.

De Syndico & Actore.

TRACTAVIMVS ſuprà de Procuratore, qui agit cauſam alienã, nũc uideamus de Syndico & Actore, qui agũt cauſas uniuerſitatis. Videamus ergo quis ſit Syndicus, & quis Actor, quis conſtituere poſſit, qualiter quis poſſit conſtitui, quod ſit eorum officium, qualiter eorum officiũ finiatur. Syndicus eſt ille, qui conſtituitur ad agendum & defendendũ cauſas, uniuerſitatis nomine. Syndicus Græcè, defenſor Latinè, ut ff.de mun.& hon.l.ult. §.defenſores. Itẽ Syndicus dicitur, quaſi ſingulorũ cauſas dicens, & dicitur propriè Procurator monaſterij.In cauſa uerò ſeculari Oeconom⁹, ut xvj.q.vij. §. quoniã quidẽ.& C.de Epiſcopis & Cleri.l.omnes.ubi d. Hoc

Syndicus.

nihilominus obſeruandũ eſt, ut in cauſis Eccleſiaſticis nullũ aliũ conueniri fas ſit, niſi eum, quem diſpenſatorẽ pauperũ, id eſt œconomum Eccleſiæ, Epiſcopi tractatus elegerit. Et dicit Canon, quòd Epiſcopi ſiue œconomi facultates Eccleſię tractare debẽt, ut xvij. q. vij. c. quoniã in quibus. & dicit alius Canõ, quòd Archiepiſcopus debet ſupplere negligentiã Epiſcopi, qui nõ cõſtituit in Eccleſia ſua œconomũ & econtra. Et nota quòd licet uniuerſitas habeat cõſtituere ſyndicũ, uel actorẽ, tamẽ nihilominus quãdoq; cõſtituit procuratorẽ, ut extrà de procur. c. quia in cauſis. ubi dicitur, quòd Vniuerſitas Pariſiẽſis petiit à domino Papa, ut ſibi liceret in cauſis ſuis procuratorẽ cõſtituere. Reſpondit Papa, quòd licet idẽ de iure communi poſſent facere, ex quo tamẽ poſtulabãt ſpecialiter ſibi indulgeri, cõſtituendi procuratorem liberã habeãt facultatem. Ad idem extrà de in integrũ reſtitutione. c. cũ ueniſſent. ubi dicitur quòd quidã monachi ad mandatũ iudicis, procuratorem elegerũt. Et extrà de iur. cal. c. cũ cauſam. & ſuprà eod. §. iij. in fine. Ad hoc poteſt dici, quòd in omnibus præallegatis capitulis, ſyndicus uel actor appellatur procurator: & eſt ſimile qđ legitur extrà de probationibus. c. licet. & extrà de pręſcript. c. accedentes. & de cẽſibus. c. cũ inſtantia. & j. q. iij. c. ſaluator. In qbus omnibus capitulis iidẽ appellãtur ſyndici & Procuratores. Et ita improprie uocãtur: uel dicas ꝙ attenditur loci cõſuetudo, utrũ ſcilicet cõſtitui debeat ſyndicus, uel actor, uel procurator. Actor ſimiliter ad agendũ cauſas uniuerſitatis conſtituitur, ut ff. quod cuiuſq; uniuerſ. nom. l. item eorum. §. actor. ubi dicitur, Actor uniuerſitatis ſi agit, cõpellitur etiã defendere. Nõ autem ſemper cõpellitur de rato cauere. Sed interdũ, & ſi de decreto dubitatur, puto interponendã de rato cautionẽ. Itaq; actor iſte procuratoris partibus fungitur, & iudicati actio ei ex edicto nõ datur, niſi in rem ſuã datus ſit, & cõſtitui ei poteſt. Sed hæc eſt differentia inter eos, quia actor cõſtituitur ad lites præſentes tantũ, & ad futuras nõ, & cũ decreto, ut ff. quod cuiuſq; uniuerſ. nom. l. item eorũ. & hoc ideo, quia decretũ nõ extenditur ad futura, ſed circa præſentia tantũ. *Syndicus uerò cõſtituitur ad lites p̃ſentes & ad futuras, & ſine decreto, ut in l. item eorũ. §. ſed ſi ita. uerſ. ſed hodie. Item ſola uniuerſitas uel collegiũ poteſt conſtituere ſyndicũ uel actorẽ, ut ff. quod cuiuſq; uniuerſ. l. item eorum. §. ſi decuriones. ubi dicitur, Parum refert ipſe ordo eligat, aut is, cui ordo negotium dederit. Cum hac diſtinctione tamen, quòd ſi negotia illa

Syndicus & Procurator nõ nunquam idẽ.

Decretum non extenditur ad futura.

**Quid enim pertinet ad officiũ iudicis futuri temporis tractus? l. j. ff. de uſuris. Et uide in id Bart. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. prol. ſunt. ubi exactiſſimè ea res perpẽditur.*

tia illa pertinent ad Epiſcopum cum conſenſu Capituli, ſi ad Capitulum cũ cõſenſu Epiſcopi, ut extrà de reſcript. c. edocti. in fine, ubi dicitur, quòd Abbas debet procurare negotiũ monachorũ, niſi forte Abbatis & monachorũ negotia ſint omnino diſcreta, tunc bene poſſunt monachi ſine Abbate ſua negotia procurare uel tractare. Conſtitui debet ſyndicus & actor à tota uniuerſitate, uel à maiori & saniori parte, ita tamẽ, quòd duæ partes interſint ad minus in cõſtituẽdo ipſum, ut ff. quod cuiuſq; uniuerſ. l. nulli. ubi dicitur, Nulli permittitur nomine ciuitatis uel curiæ experiri, niſi ei, cui ex lege permittitur, aut lege ceſſante ordo dedit, cũ duæ partes adeſſent, aut amplius quàm duę. Ad idem ff. eodem tit. l. plane. ubi dicitur, Cum duę partes decurionum adfuerint, is quoq; quem decernunt, annumerari poteſt. Sed non eſt neceſſe, quòd omnes, qui interſint, conſentiant. Sufficit enim quòd maior pars conſentiat in eũ. Et nota quòd exprimi debet in ſcriptura de conſtitutione ſyndici uel actoris confecta, quis conſtituatur, & ad quid, & cõtra quos, niſi generaliter ad omnes lites cõſtitueretur, ut ff. de Procur. ubi dicitur, Si procuratorẽ abſentẽ dominus à ſatiſdatione releuare uoluerit, literas ſuas ad aduerſariũ ſuũ dirigat, quibus ſignificet, quẽ aduerſus eũ procuratorẽ, & in qua cauſa fecerit, ratũq; ſe habiturũ, quod cũ eo actũ eſt. Poteſt etiam cõſtitui ſyndic⁹ uel actor ſiue de uniuerſitate ſit, ſiue nõ, quoniã monachus de mãdato Abbatis cauſas monaſterij tractare poteſt, ut xvj. q. j. ubi dicitur, Monachi à monaſterio foras egrediẽtes, ne aliquod miniſteriũ Eccleſiaſticũ præſumant agere, prohibemus, niſi forte cũ Abbatis imperio. ſimiliter ut nullus eorũ forẽſis negotij ſuſceptor uel executor exiſtat, niſi ad id, quod monaſterij depoſcit utilitas, Abbate nihilominus imperante. Ad idẽ extrà de poſtu. c. ex parte. & extrà de teſtibus. c. inſuper. Quòd autẽ conſtitui poſſit ſyndicus, qui non eſt de uniuerſitate, probatur extrà de ſyndico, ubi dicitur, c. unico, quòd Papa mãdauit, ut quidã qui uocabatur Fauſtus, cõſtitueretur Syndicus, ſed de illa Eccleſia ille nõ erat. Ad idẽ extrà de iur. ca. ubi dicitur c. in pertractãdis. quòd œconomi poſſint cõſtitui, & ad cauſas & ad ſacramentũ calumniæ. Et poteſt cõſtitui tã paterfamilias, quàm filiuſfa. ut ff. quod cuiuſq; uniuerſ. l. itẽ eorum. §. ult. ubi dicitur, Actor etiã filiuſfam. dari poteſt.

In cõmunibus negotijs, quomodo inſtituatur.

A' maiori parte uniuerſit. eſt inſtituendus.

Maior pars qua dicatur.

Exprimẽda in inſtrumento cõſtitut.

Conſtitui poſſunt etiam qui extra uniuerſitatem ſunt.

Etiam filiuſfa. conſtituitur.

De officio Syndici uel Actoris.

OFFICIVM Syndici uel Actoris eſt cauſas uniuerſitatis

tractare, & defendere uniuerſitatẽ. Nec cõpellitur ſatiſdare, niſi cum de decreto, ratihabitione, uel mandato dubitatur, ut in l.itẽ eorum. §.actor.ſuprà eodem titu. §.j.Item ſyndicus & actor iurant de calumnia, ut extrà de iuramẽto calumniæ.c.cũ cauſam.Et ſuprà de procur.§.iij.in fine.Sic & tutor, qui legitimam habet adminiſtrationẽ, & extrà de iurament. calum.c.in pertractandis.ubi dicitur, In pertractandis cauſis ſacramentũ calumniæ nõ paſsim præcipimus exhiberi.Sed cauſæ & principalium perſonarũ qualitate inſpecta, quãdoq; per ipſas principales perſonas, quãdoq; per œconomos, qui cauſam omnino non neſciãt, in animã iurantis illud mãdamus pręſtari. Item conteſtatur litem, & interrogatur de facto, & omnia facit in cauſa, ſicut legitimus dominus litis, & eius confeſsioni ſtabitur, & ſententia in eius perſonã formabitur, ut extrà dę capel. monachorũ.c.dilectus.ubi dicitur, quòd cauſa orta fuerit inter Eccleſiã ſancti Laurentij, & Eccleſiam ſanctæ Ceciliæ, & Oeconomus ſancti Laurentij, & Syndicus ſanctæ Ceciliæ diu litigauerunt coram domino Papa: tandem Papa protulit ſententiã ſub hac forma: Cũ fratribus noſtris deliberato cõſilio, Oeconomo ſancti Laurentij, Syndico ueſtro, in ſcrutinio, baptiſmo, & proceſsionibus cõdemnamus. Ad idẽ extrà de cenſ. c.olim. in fine, & infrà eodem de ſentent. §.qualiter. Et quod dico de Syndico, idẽ intelligendũ eſt de Oeconomo Epiſcopalis Eccleſiæ, & Vicedomino, qui pręeſt rebus Eccleſiaſticis & cauſis Epiſcopi. Et nota quòd eorum officium eiſdẽ modis finitur, quibus mandatum Procuratoris, ut ff.quod cuiuſque uniuerſitatis &c.l.item eorũ. §.ex iiſdem.ubi dicitur, Ex iiſdem cauſis, mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus & procuratoris. Eſt autem Actor, qui à Prætore datur, petente tutore uel curatore, periculo rerũ tutoris uel curatoris, in litibus ad agendum, & defendendum, ut probatur Inſtitut.de curatoribus. §.ulti. ubi dicitur, Quòd ſi tutor aduerſa ualetudine, uel alia neceſsitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſsit, & pupillus uel abſit, uel infans ſit: quẽ uelit actorẽ, periculo ipſius tutoris, Prætor, uel qui prouinciæ præerit, decreto conſtituet. Et omnes qui legitimam habent adminiſtrationem, cõſtituere poſſunt Procuratorem in cauſis poſt litis conteſtationem, ut C.de Procuratore.l.neque tutores. & ſuprà de officio delegat. §.finali.

Syndic⁹ iurat de calumnia.

Conteſtatur litem &c.

Idem in œconomo Vicedomino & reliquis.

Actor.

TANC-

TANCRETI ORDINIS IVDICIARII TRACTATVS

LIBER SECVNDVS, DE Præparatorijs iudiciorum, & reliquis quæ præcedunt litis conteſtationem.

*

IN SVPERIORI particula tractauimus de perſonis, quæ habent conſiſtere in iudicio. In hac parte ſecũda intendimus inſtruere iudicem, & actorem, & reũ in præparatorijs ad iudicium, & in iis, quæ litis conteſtationem præcedunt. Videamus ergo primo loco, cuius iudicium actor adire debeat, & quis debeat eſſe iudex alicuius, & in quibus caſibus actor non teneatur ſequi forum rei. Regulariter quidem traditur, & eſt uerum, ſiue Clericum ſiue Laicum uelit quis cõuenire, ut iudicẽ rei adeat. Vnde eſt quod dicitur, Actor forum rei ſequi debet, ut extrà de for. comp. c. cum ſit generale. ubi dicitur, Generale eſt, quòd actor forum rei ſequi debeat. Et xj. q. j. c. experientiæ. In quibus expreſſe dicitur, quòd actor forum rei ſequi debeat. Et C. de iuriſdict. omnium iud. l. iuris ordinem. ubi dicitur, Iuris ordinem peruerti poſtulas, cũ actor rei, non reus actoris forum ſequatur. Et C. eodem. l. in criminali. Quis debeat eſſe iudex ordinarius alicuius? Reſponſio, Ille eſt ordinarius rei, apud quem ipſe reus domiciliũ habet, ut ubi d. Quòd ſi quis de prouincia ad prouinciam tranſierit, ut ibi domiciliũ collocaret, liber factus eſt a iuriſdictione prioris iudicis, & ſubiicitur ei, in cuius prouincia ſedem ſibi collocauit: quia ergo iſti à ueſtra diœceſi in noſtram tranſierunt, liberi à iuriſdictione ueſtra, noſtro iuri ſubiiciuntur. Ad idem ff. de iud. l. hæres abſens. ubi dicitur, Hæres abſens ibi defendendus eſt, ubi defunctus debuit conueniri uel defendi: & cõueniendus quoq;, ſi ibi inueniatur, & nullo ſuo proprio priuilegio excuſatur.

Ordinarius eſt ubi domiciliũ habet reus.

Et ſi in plurib. locus habeat. Et ſi duo habet quis domicilia in iuriſdictione duorũ iudicũ, ſubeſt duobus iudicibus, ut ff. ad municipalem. l. eius qui manumiſit. §. Celſus ait. ubi dicitur, Si quis inſtructus ſit duob. locis æqualiter, nec hic minus frequenter, quàm illic commo retur: ubi domicilium habeat, exiſtimationem animi eſſe accipiendã. Ego dubito, ſi in utroq; ſit æſtimatio animi, an quis poſsit duobus locis habere domiciliũ? & uerũ eſt habere, licet difficile ſit, quemadmodum difficile eſt ſine domicilio eſſe quenquam. Puto & procedere hoc poſſe, ſi quis domicilio relicto nauiget, uel iter faciat quęrens quò ſe cõferat, aut ubi conſiſtat. Nam hũc puto ſine domicilio eſſe. Et quòd quis poteſt duo domicilia habere, dicit Decretalis noua, de foro com pet. c. ex parte B. quondam Reginæ Angliæ. Item Roma communis eſt patria omniũ, ut ff. ad municip. l. Roma. & Papa eſt iudex ſingulorũ ordinarius, ut ix. q. iij. c. cuncta per orbem. Et hoc generaliter uerũ eſt, quòd actor forum rei ſequi debeat, & ſic Laicum ſub ſeculari iudice tantum conueniri. Fallit tamen regula in caſibus, ſcilicet in cauſis matrimonialibus, quæ tantum per iudicem Eccleſiaſticum ſunt tractãdæ, ut extrà de conſang. & affi. c. ex literis. & extrà de translat. Epiſcop. c. inter corporalia. uerſus principium, ubi dicitur, Dubitari nõ debet, quin omnipotens Deus ſpirituale coniugiũ, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiã, ſuo tantũ reſeruauerit arbitrio diſſoluendum, qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij, quod eſt inter uirũ & mulierem, ſuo tantũ iudicio reſeruauit, præcipiens, ut quos Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Itẽ in criminibus Eccleſiaſticis, puta ſacrilegio, uſura, & ſimilibus, ut vj. q. ij. c. Epiſcopus. ubi dicitur, Epiſcopus, ſiue Clerico, ſiue Laico crimẽ impoſuit, deducatur ad probãdũ in Synodo. Ad idẽ extrà de uſuris per totũ, & maxime in c. tua nos. ubi dicitur, ꝙ hi, ad quos bona uſurariorũ deuoluũtur, ſiue proximi ſint, ſiue extranei, ea ſunt diſtrictione cogendi reddere uſuras, qua illi, quib. ſuccedunt, cogerẽtur. Itẽ ubi agitur ad pœnitentiã, ex quacũq; cauſa, ut extrà de iud. c. nouit ille. ubi dicitur, Si diſcernere peccata ad nos pertinet, ſine dubitatione cenſurã Eccleſiaſticã in quẽlibet exercere poſſumus & debemus. Item in iure patronatus, & in omnib. cauſis ſpiritualibus, & harũ annexis, ut extrà de iud. c. quãto. & extrà eodẽ tit. c. decernimus. ubi dicitur, ꝙ Laicus de negotiis, quæ iudiciũ Eccleſiaſticum requirũt, nõ diſponat. Ad idẽ extrà de iur. patro. c. nullus Laicus. & extrà de decimis. c. tua nobis. prope finẽ, ubi dicitur, ꝙ Laici

Roma communis patria.

Reus, quòd actor forum rei ſequatur, fallit.

In cauſa matrimoniali.

In criminibus Eccleſiaſticis.

Vbi agitur ad pœnitentiam.

In iure patronatus.

Hic murus aheneus eſto.

Laici prætextu nequitiæ Clericorum nequeant decimas aliis erogare, niſi quibus de mandato diuino debentur, cum nulli ſit licitum aliena cuiquam concedere, præter domini uoluntatem. Item ratione contractus conuenitur quis apud nō ſuum iudicem, ſed apud alium, ubi contraxit, uel ubi dare promiſit, ut ff. de iudi. l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. ubi dicitur, Si quis tutelam uel curam, uel negotium, uel argentariam, uel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit, etſi ibi domicilium non habuit, ibi ſe debebit defendere: & ſi ſe nō defenderit, neq; ibi domicilium habeat, bona poſsideri patietur. Proinde, & ſi merces uendidit certo loco, uel depoſuit, uel cōparauit, uidetur (niſi alio loco ſeſe ut defenderet, conuenit) ibidem ſe defendere. Nūquid idem dicemus in eo, qui à mercatore quid comparauit, ſcilicet aduena, uel ei uendidit, quē ſcit inde confeſtim profecturum? Reſpon. Nō oportet ibidem bona poſsideri, ſed domiciliū eius ſequi. Ad idē C. ubi conue. qui cer. loco, & c. l. unica. Et dicit Decret. ꝙ ratione delicti, & ratione contractus, & ratione domicilij, & ratione rei de qua agitur, regulariter quis forū alienū ſortitur. extrà de for. cōp. c. licet ratione delicti. Itē ratione criminis in aliena terra cōmiſsi, ut iij. q. vj. ubi dicitur, Ibi cauſa ſemper agatur, ubi crimē cōmittitur, & qui nō probauerit quod obiecit, pœnā, quam intuliſſet ipſe, patiatur. Ad idē C. ubi de crimine agi oportet. l. j. ubi dicitur, Quęſtiones eorū criminū, quæ legibus aut extrà ordinem coërcētur, ubi cōmiſſa uel inchoata ſunt, uel ubi reperiūtur, qui rei eſſe criminis perhibentur, perfici debere ſatis notū eſt. Item ratione poſſeſsionis in alia iuriſdictione poſitæ. Quoniā ſi Pariſienſis ciuis habeat terrā ſuam in Carnotēſi diœceſi, ſi de illa poſſeſsione, uel terra quæſtio uertatur, Carnotēſis iudex debet de illa poſſeſsiōe cognoſcere uel dare iudices, ut extrà de for. cōp. c. ſane. ubi dicitur, Sane ſi Epiſcopi, inter quos cauſa uerſatur, ſint diuerſarū prouinciarū, ille det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo cōtenditur. Ad idē C. ubi in rē actio exerceri debeat. l. actor. ubi dicitur, Actor rei forū ſiue in rē, ſiue in perſonā ſit actio, ſequatur: ſed & in locis, in quibus res propter quas cōtenditur, cōſtitutæ ſunt, iubemus in rē actionē aduerſus poſsidentē moueri. Itē ratione feudi. Quoniā ſub domino feudi, cauſa feudi tractanda eſt, ut extrà de for. cōp. c. ex trāſmiſſa. ubi dicitur, ꝙ per dominū feudi, cauſa feudorū debet terminari. Et dicitur in c. ſequēti. ꝙ ſi feudū pertinet ad Eccleſiā, iudex Eccleſiaſticus debet

Ratione contractus.

Ob delictū in alieno diſtrictu cōmiſſum.

Ratione poſſeſsionis, quæ eſt in alia iuriſdict.

Ratione feudi.

debet cognoſcere, alioquin quæſtio ab imperiali culmine, ſicut iuſtum eſt, terminetur. Iſtud fallit quãdo intento poſſeſſorium, quia tunc corã extraordinario iudice tractatur cauſa feudalis, nõ obſtãte illa exceptione, ut extrà de for. cõp. c. ex parte. quæ Decret. no. Item ratione negligentiæ, ut extrà de for. comp. c. cũ ſit generale. ubi dicitur, Quòd ſi iudices ſeculares in exhibenda iuſtitia perſonis Eccleſiaſticis, ſint remiſsi, iam per cõſuetudinẽ in fauorẽ Eccleſiæ eſt introductũ, ut malefactores ſuos uenerabiliũ locorũ rectores poſsint, ſub quo maluerint iudice, conuenire. Ad idem extrà eodem. c. licet. ubi dicitur, Si conſules iuſtitiæ, tãquam merito ſuſpecti recuſantur, coram arbitris cõmuniter electis, de cauſa ſuſpicionis agatur, quæ ſi fuerit probata eſſe iuſta, ad te uel ad nos, pro iuſtitia recurratur. Item ratione recõuentionis. iij. q. viij. c. cuius in agẽdo. & C. de ſent. & interloc. omnium iud. l. cum Papinianus. & extrà de mut. pet. c. j. Item ſi partes cõſentiũt, ut ff. de iur. om. iudic. l. eſt receptum. ubi dicitur, Eo iure utimur, ut ſi quis maior, uel æqualis ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius, poſsit ei & aduerſus eum ius dici. Iſtud hodie ſecũdum Decret. no. fallit in Clerico, qui nõ poteſt conſentire in iudicem non ſuum, niſi duo concurrant, ſcilicet quòd perſona Eccleſiaſtica ſit illa, in quam conſentit, & accedat uoluntas Epiſcopi diœceſani, ut extrà de for. comp. c. ſignificaſti. Itẽ ratione appellationis, ut iij. q. vj. ubi dicitur, Peregrina iudicia, ſalua in omnibus Apoſtolica autoritate, generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt, quòd ab extraneis iudicẽtur, qui prouinciales, & à ſe electos debent habere iudices. Item ratione recuſationis, ut extrà de app. c. ij. requiris. & c. cũ ſpeciali. Ad idem ij. q. vj. c. placuit. ubi dicitur, Placuit ut Presbyteri, Diaconi, uel cæteri inferiores clerici in cauſis, quas habuerint, ſi de iudiciis Epiſcoporum ſuorũ conqueſti fuerint, uicini Epiſcopi audiãt eos: & ſi quid inter eos quęſtionis fuerit, diffiniãt adhibiti ab eis ex cõſenſu Epiſcoporũ. Item uxor ſequitur forum mariti, ut ff. de iur. om. iud. l. cum quædam. ubi dicitur, Cum quædam puella apud cõpetentem iudicẽ ſuſceperat, deindeq; condẽnata, ad uiri matrimoniũ alij iuriſdictioni ſubiecti peruenerat: quęrebatur an prioris iudicis ſentẽtia exequi poſſet. dixi poſſe: quia antè fuerat dicta ſentẽtia. Sed etſi poſt ſuſceptã cognitionem, ante ſententiam hoc eueniret, idem putarem de ſententia, quæ a priore iudice recte ferretur. Quod generaliter & in omnibus huiuſmodi caſibus obſeruandum eſt. Ad idem extra de

Item ſi iudex ſit negligens.

In reconuentionibus.

Si partes cõſentiãt in nõ ſuũ.

Ratione appellationis.

Ratione recuſationis.

Vxor ſequitur uiri forum.

trà de for.comp.c.propoſuiſti.ubi dicitur, Propoſuiſti nobis, quòd quidam ſubditus tuus ad petitionem cuiuſdam aduerſarij ſui, à te legitime citatus ad cauſam, quæ poſtmodum iuriſdictionis alterius eſſe cœpit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tuę prudentiæ dubium eſſe non credimus, quòd is in prædicta cauſa ius reuocandi forum non habet, quaſi ab alio iam præuentus. Item ſcholaris in ſtudio degens, ſub quo maluerit iudice, cōueniri debet, uel ſub Epiſcopo, uel ſub rectore ciuitatis, uel magiſtro ſuo, ut in Conſtitu. Friderici poſita, C.ne uxor pro marito, &c. quę incipit, Ac ſane. ita tamē quòd ſi is de prædictis iudiciis unum elegerit, alterius iudicium non poſsit allegare, ut iij.q.iij.c.induciæ. §.offeratur. ubi dicitur, quòd iudicem reus poterit recuſare, niſi ſit ille, quē iam elegit, alio recuſato. Et quamuis uerum ſit, quòd ſententia à non ſuo iudice lata non tenet, ut extrà de iud.c.at ſi clerici.& extrà de conſuet.c.ad noſtram.& C.ſi à non compet.iud.l.ult. quæ eſt infrà de ſent.§.à quo. tamē ſententia alterius in prædictis caſibus tenet, quia per factū ſuū factus eſt de iuriſdict. illa. Et nota, quòd idcirco prædictos caſus enumeraui, quia quādoq; plus expedit actori conuenire reum ſub iudice, de cuius factus eſt iuriſdictione, quàm ſub eo, cui ſubeſt ratione domicilij. Compræhenduntur autem caſus, in quibus actor forum rei non ſequitur, hiſce uerſibus,

Forum ſcholaſtici.

Declaratio eius, quod dicitur, Sentētiā à non ſuo iudice latā nō tenere.

Contractus, crimen, reus, & res, relligioq;,
Vir, ratio ſimilis, ſi prouocet, atq; recuſet.
Exceſſus, iuſſus, uel ſi conſentit uterq;,
Neglectus, feudum, iuſsit adire forum.
Iſtis uxorem coniungimus, atq; ſcholarem.

De loco iudicij, & qualiter actor iudicem adire debeat.

OSTENDIMVS cuius iudicium actor adire debeat, cōſequenter demōſtremus, qualiter hoc faciat. debet nāq; actor adire iudicē eo loco, ubi conſueuit ſedere pro tribunali, ut ij. q.iij. §.præuaricatorem. uerſi.ſi quis autem. ubi dicitur, Item pro tribunali nō de plano, &c. uel ad ſimile iij.q.iij.c.inducię. §.à iudice. ubi dicitur, A iudice procedēte dilationem poſtulare non conſueuit, etiam ſi utraq; parte præſente tribuatur, cum nō aliàs, niſi cauſa cognita, indulgeri queat. Ad idē C.de dilat.l.à iudice procedēte. ubi idem dicitur. Et iiij.q.iiij.c.nullus. §.ſi quis. ubi dicitur, Si quis ſe iniuriam paſſum putauerit, &

rit,& querelam deferre uoluerit,non ad Stationarios decurrat,ſed præſidialem adeat poteſtatem, aut libellos offerens, aut querelam apud acta deponens. In alijs autē criminalibus cauſis dignum eſt,ut inſcriptiones proponantur,quæ magnitudinem,uidelicet criminis,tempusq; deſignent,ut alterutrā partem digna legum terrere poſsit autoritas. Inſcriptio uerò ſemper fiat, ut talionē calumniator recipiat: quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari,uel dānari, cū ſeculi leges hæc eadem retineant.Item iudex debet ſtatim reum citare literis, uel nuntio,niſi rationabilis cauſa impediat, ut dicemus in titulo proximo. Si uerò eſt iudex delegatus à domino Papa, & unus ſolus,quoniā dominus Papa uni ſoli literas clauſas mittere cōſueuit, ipſe actor ubicūq; eū inuenerit, ad eū accedat, & literas cōmiſsionis ei porrigat, quas iudex ita caute aperire debet, ꝙ filū cū bulla ex una parte literis ipſis inhæreat ſicut prius inhęrebat utrinq;:quoniā ſi bulla ſeparata eſſet à literis cōmiſsionis, fides nō eſſet eis aliquatenus adhibēda,ut extrà de fide inſtru.c.j.ubi dicitur, Si ſcripturā autēticā nō uidemus ad exēplaria,nihil facere poſſumus. Ad idē extrà de off. iud.deleg.c.cū in iure.ubi dicitur, Niſi de mandato Apoſtolico certus extiteris,exequi nō cogeris,quod tibi mādatur. Ad idem C.de diuerſ.reſcrip.l.ſancimus.ubi dicitur,quòd autem ſcriptura,& originalia ſunt exhibenda,nō eorū exēplaria. Ad idem C.de re iud.l.geſta.ubi dicitur, Geſta quæ ſunt tranſlata in publica monumenta,habere uolumus perpetuam firmitatem. Neq; enim morte cognitoris perire debet publica fides. Si aūt ſint plures iudices delegati, ſingulos eorū adeat,& cuilibet literas cōmiſsionis oſtendat, petens, ꝙ perſonaliter ſecundum literas conueniant iudices,& reum ad iudiciū citent.

Iudex decernat citatione. Practica offerendi & recipiendi commiſſiones Pontificias.

De citationibus ad iudicium.

CITATIONES ad iudiciū hoc modo fieri poſſunt, uel debent,iuxta quorundam opinionem,ut ſi hi,qui uocātur ad iudiciū,ſunt in eadem urbe cū iudice, uel in uico ſuburbano, uel ubicunq;,uel in uicinia uocandi ſunt ad iudicium per literas,uel per nuntiū,& per interuallū ſeptem dierū expectādi, ut v.q.ij.c.præſenti decreto.ubi dicitur, Pręſenti decreto cenſemus,ut in primis principaliter uocentur,& per ſeptem dies expectentur,nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia.Huic uerò expectationi iterum addātur ſeptem dies interdictā Eccleſiam intrādi,licentia,& omnia diuina officia audiendi con

Si propè adſit citatus.

teſta. pòſt uero addantur duo dies, quibus à pace & communione ſanctæ Eccleſiæ ſint ſuſpenſi. Deinde uerò iterum aliis duobus diebus ſub eadem expectatione expectentur: quibus uno die ſuperaddito, ſine omni expectatione ueluti iam deſperata uenia, reus mox anathematis gladio feriatur. Ad idem facit c. præcedẽs. ubi dicitur, Vocatio ad Synodum iuxta Decreta patrum rationabilibus ſcriptis per ſpatium debet fieri congruum atq; canonicũ, quia, niſi canonice uocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet uenerit ad conuẽtum quacunq; neceſsitate, niſi ſpõte uoluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus. Ad idem facit Decretalis no. extrà de for. comp. c. licet. ubi dicitur, quòd Romana Eccleſia eſt caput & magiſtra omniũ, & quilibet tenetur apud eam reſpõdere, niſi allegauerit ſe alia de cauſa ueniſſe. Quod ſi allegauerit, ius reuocandi domũ habebit. Et ita patet, quòd ſi quis alia de cauſa uenerit ad iudicium, non tenetur reſpondere, niſi uelit. Si uero fuerint in proxima ciuitate, aut alibi, non multum remoti, citantur ut ueniant poſt menſem, ut iiij. q. v. c. quiſquis. ubi dicitur, Quòd ſi aliquas neceſsitatis cauſas probauerit, quibus occurrere non potuiſſe manifeſtũ ſit, ſuæ cauſæ dicendæ intra alterum menſem integrã habeat facultatem. Hoc capitulum intelligitur in criminali cauſa. Si autem multum remoti ſunt, debent uocari tribus edictis, uel uno ſaltem pro omnibus peremptorio, ut xxiiij. q. iij. c. de illicita. uerſus medium. ubi dicitur, Quicunq; tribus autoritatibus iudicis conuentus eſt, uel tribus edictis fuerit ad iudicem prouocatus, aut uno pro omnibus perẽptorio, id eſt, quod cauſam extinguit, fuerit uocatus, & præſentiã ſuam apud eũ iudicem, à quo ei denuntiatũ eſt, exhibere noluerit, aduerſus eum quaſi cõtumacẽ iudicari poteſt. Quinimò per appellationem negotia eius retractari nõ poſſunt, quoties in cõtumacẽ fuerit iudicatum. Et quodlibet edictorũ cõtinere debet triginta dies, ut C. quomodo & quando iud. &c. Sed generalis Eccleſię cõſuetudo in cõtrarium tenet, unde ꝙ dico omnes induciæ arbitrariæ ſunt, non quia iudex poſsit eas penitus denegare, ſed poteſt illas ſecundũ locorum diſtantiam, ſeu prouinciarum, conſiderata qualitate temporis, perſonarũ, & negotij, rectius moderari. Vel ſi expedire uiderit, longiores ſtatuere, ut extrà de appell. c. cum ſit Romana. ubi dicitur, quòd licet appellantibus indulgeatur annus ex lege, uel ex cauſa biennium, iudex tamen à quo appellatũ eſt, ſecundũ locorũ & prouinciarũ diſtantiam,

Si paulo longius.

Si procul abſint.

Hodie omnes induciæ, ſiue dilationes ſunt arbitrariæ.

ſtantiam,cõſiderata temporis & perſonarum, & negotij qualitate,rectius poterit tẽpus moderari,uel recisius,uel ſi expediri uiderit,longius ſtatuere. Ad idem v.q.iij.c.ſi ægrotans.& ff.de iud.l.nonnunquam.& ff.de re iud.l.qui pro tribunali. Et nota,quòd reus non dicitur contumax,niſi tribus edictis, uel uno pro omnibus peremptorio uocatus uenire cõtempſerit. Ideo dicunt ipſum non puniendũ, ut ff.de re iud.l.contumacia.ubi dicitur,Contumacia eorũ,qui ius dicenti non obtẽperant,litis damno coërcetur. Contumax eſt, qui tribus edictis propoſitis,uel uno pro tribus(quod uulgo peremptoriũ appellatur)literis euocatus,præſentiã ſui facere contemnit. Pœnam contumacis non patitur,quem aduerſa ualetudo, uel maioris cauſæ occupatio defendit. Ad idẽ extrà de dol.& contu. c.cum dilecti.Nec poteſt in prima citatione peremptorie citare,niſi aliqua iuſta de cauſa, ut in præmiſſa Decretali. Et licet poſt peremptoriã citationẽ iudex contra contumacem procedere poſsit,nulla citatione,uel expectatione facta, tamen æquitate ſuadẽte, debet in diem alterum expectare,& iterũ citare,ut extrà de off.deleg.c.conſuluit.ubi dicitur,Pars contumax perẽptorio elapſo,non erit citanda,niſi gratiã ei uelit facere benignitas iudicantis. Item nota, quòd cõminari debet iudex,cum peremptorie citat:quòd ſi non cõparuerit,qui citatur,procedet in cauſa,quantum de iure poteſt,ut ff.de iudi. ubi dicitur,In peremptorio autem comminatur is,qui edictũ dedit,etiam abſente aduerſa parte ſe cogniturum & pronunciaturũ.Ad idem extrà de reſtit.in integ.c.cũ ex literis. Et prędictus modus citandi,tam ordinariis,quàm delegatis competit iudicibus. tamen delegati iudices in prima citatione conſueuerũt tenorem cõmiſsionis ſibi factæ, totum de uerbo ad uerbum inſerere,& reo,qui ad iudicium uocatur,tranſmittere,ut ſciat qui ſint,qui ad iudicium uocant eum,& cuius autoritate,ut extrà de dilat.c.præterea.ubi dicitur, quòd quidã ita faciebant,& dominus Papa uidetur approbare. In literis citatoriis cõtineri debet, quòd die tali,actori tali,corã ipſis iudicibus reſponſurus accedat,ut extrà de reſcrip.c.olim.ubi dicitur,quòd dies & locus poni debent in literis citatoriis. Vocatus autem uenire non contemnat, licet de aliena iuriſdictione ſit, uel literæ per mendacium ſint impetratæ, ut hoc ipſum alleget ad declinandum, uel euitandum iuriſdictionẽ, ut ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.ubi dicitur, Si quis ex aliena iuriſdictione ad prætorem uocetur, debet uenire, ut & Pomponius

Quãdo quis dicatur contumax.

Cõminetur iudex de proced. in cõtumaciã.

Iudices deleg. tenorem cõmiſſionis trãſmittant parti cũ citatione.

Citatio quid continere debeat.

Vocatus etiam ad nõ ſuũ iudicem,ueniat.

ponius & Vindius ſcripſerunt. Prætoris enim eſt exiſtimare, an ſua ſit iuriſdictio. Vocati autem non contemnere autorita tem prætoris. Nam & legati, cæteriq; qui reuocandi domum ius habet, in ea ſunt cauſa, ut in ius uocati ueniant, priuilegia ſua allegaturi. Ad idem ff. ſi quis in ius uocatus &c. ubi dicitur, Ex quacunq; cauſa ad prætorem, uel ad alios, qui iuriſdictioni præſiunt, in ius uocatus uenire debet, ut hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit. Ad idem extrà de appell. c. cum parati. Nam ſi contumax eſſet & non ueniret, teneret ſententia cõtra eum lata, licet poſſet iuriſdictionem ipſius declinare. Ad idem extrà de app. c. ſi duobus. ubi dicitur, Duo litigabant coră ſuo iudice ordinario, unus appellauit ad Archiepiſcopum ſuum, alter ad Papam. appellans ad Archiepiſcopum, ueniens fecit citari alterum legitime, & ipſe noluit uenire propter appellationem ab eo factam. Vnde Archiepiſcopo ignorante, eũ ad Papam appellaſſe, excommunicatus eſt, & ualuit excommunicatio propter contumaciam. Et nota, quòd ipſemet iudex, qui citat, cognoſcere debet, an ſua ſit iuriſdictio, ut ff. de iudi. l. ſi quis. ſuprà eodem. Ad idem ff. ad municipalem. l. penultima. & extrà de reſcript. c. ſuper literis. uerſus finem, ubi dicitur, Iudex de qualitate precum cognoſcat. Secus obtinet, ſi recuſatus fuit, ut dicemus tit. de recuſat. Vocari ad iudicium nõ poſſunt hæ perſonæ, Conſul, præfectus, prætor, magiſtratus, qui habet imperium, nec ille qui ducit uxorem, nec ea quæ ducitur, nec is qui funus familiare exequitur, uel qui ad maius tribunal uocatur, nec qui propter religionem loci ſe mouere nõ poteſt, ut regularis, nec incluſus, ſicut expreſſe traditur l. ij. & iij. ubi dicitur, In ius uocare non oportet, neq; cõſulem, neq; præfectum, neq; prætorem, neq; proconſulẽ, neq; cæteros magiſtratus, qui imperium habẽt, & qui coërcere aliquẽ poſſunt, & iubere in carcerem duci, neq; Pontificem, dum ſacra facit, nec eos, qui propter loci religionẽ inde ſe mouere nõ poſsũt, nec eum, qui æquo publico in cauſa publica tranſuehitur. Præterea in ius uocari nõ debet, qui uxorem ducit, aut quę nubit. Nec iudicem oportet, dum de re cognoſcit: nec dum quis apud prætorem cauſam agit: neq; funus familiare ducentem, iuſtáue mortuo facientem. Vel qui cadauer proſequuntur, quod etiam uidetur reſcripto Diuorum fratrum comprobatum eſſe. Quiq; litigandi cauſa neceſſe habet in iure, uel certo loco ſiſti: nec furioſos, uel infantes. Et dicit lex ff. de condictione furt. l. ij. quòd cum furioſo & infante agi nõ poſsit, licet con-

Iudex ipſe de iuriſdictione ſua cognoſcit.

Perſonæ quæ ad iudiciũ uocari nõ poſsũt.

dictione furtiua teneātur, quia ſunt neceſſarij hæredes patris. Veruntamen impubes pueri, & furioſus, & religioſus, etſi nō per ſe, tamen per adminiſtratores, curatores, & actores uocantur, ut ff. ex quibus cauſis maiores, & c. l. ſed etſi. Ad idē C. de ſuſpectis tutoribus, l. præſes. ubi dicitur, Præſes prouinciæ tutores filiorū tuorū ſtrictioribus remediis adhibitis, omnino adminiſtrationis officium cōpellat agnoſcere. Ad idem ff. de adminiſt. tut. l. j. in princ. ubi dicitur, Gerere atq; adminiſtrare tutelā extra ordinem tutor cogi ſolet. Item nullus debet uocari ad iudicium tēpore feriarum, tam ſolenniū quàm repentinarum, uel tēpore meſsium, uel uindemiarū, niſi ſit talis cauſa, quæ dilationem non capiat, ut abſolutio, excōmunicatio, uel res tempore peritura, ut ſi fructus in agro periturus ſit. Ad ſimile ff. de feriis. l. j. ubi dicitur, Ne quis meſsium uindemiarumq; tēpore cogat aduerſarium ſuum ad iudiciū uenire, oratione Diui Marci exprimitur, quia occupati circa rem ruſticā in forum non ſunt compellendi uenire. Sed ſi prætor per iuris ignorantiam, ſeu concordiam eos uocare perſeuerauerit, hiq; ſponte uenerint, ſi quidem ſentētiam dixerit præſentibus, & ſponte litigantibus, ſententia ualebit, etiam ſi non recte fecerit, qui eos uocauit, &c. Sed excipiuntur certæ cauſæ, ex quibus cogi poterimus, etiam per id tempus ad prætorem uenire, ſcilicet, ſi res tempore peritura ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit peremptura. l. j. ff. de feriis. ubi dicitur, Quoties res urget, cogendi ſumus ad prætorem uenire. Verum ad hoc cogi æquum eſt, ut lis conteſtetur, & ita uerbis ipſius orationis exprimitur, Deniq; alterutro recuſante poſt litem conteſtatam litigare, dilationem oratio conceſsit. Et plus hodie dicit Decretalis noua, quòd ſententia lata die feriato, uel proceſſus habitus, nullius ſunt momenti, etiamſi partes conſentiant. Et hoc in feriis ſolennibus. & in illa Decretali ſcilicet, conqueſtus, comprǽhenſis. In ruſticis uerò feriis iudices poſſunt procedere, ſi de partium proceſſerint uolūtate, ſicut hoc totum uidetur extrà de feriis. in c. conqueſtus. Sed quia de iſtis ruſticis feriis utrum omnibus præſtent uacationem, quidam dicunt, quòd tātum occupatis in meſsibus, uel uindemiis, & non aliis: ſed dominus Pillius, & Ioannes, & Caſsius dicunt, quòd omnibus proſunt, tam occupatis, quàm non occupatis, ut C. de Iudæ. & cœl. ubi dicitur, De ſabbato ac reliquis, ſub tempore, quo Iudæi cultus ſui reuerentiā ſeruant, neminē aut facere aliquid, aut ulla ex parte cōuenire eos debere præcipimus:

Impubes, infans, &c. quo modo conueniendi.

Tempore feriarum nemo eſt uocandus.

Quæ cauſæ diebus feriatis tractari poſſint.

Ruſticæ feriæ utrum omnib. uacationē præſtent.

enus: ita tamen, ut nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos cõuenire, ne Chriſtiani forte ex interpellatione Iudæorũ ab officialibus præfatis diebus aliquã ſuſtineant moleſtiã etc. Et quia ipſa prohibitio eſt generalis, omnibus proſunt feriæ, ut ff. de feriis l. j. Hoc quamuis durũ ſit, ſufficit tamen dicere, quòd ita ſcriptum eſt, licet durum ſit ad ſuſtinendum, ut ff. qui & à quibus manumiſsi & c. l. proſpexit. §. j. Et ſtandum eſt generalitati legis, ut ff. de teſtam. mil. l. in fraudem. in fine. Et conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, hoc idem approbat. *Stãdum eſt generalitati leg.*

De contumacibus, & non ad iudicium uenientibus.

REVS peremptoriè ad iudiciũ citatus, interdũ uenire cõtẽnit, & interdũ uenit, & reſpuit reſpondere, & in utroq; caſu cõtumax iudicatur, ut extrà de dol. & cõtum. c. ex literis. & c. prout. ubi dicitur de quodam, qui cõtumaciter receſsit à præſentia iudicis, nolens reſpondere, quia non habebat aduocatum, dicitur, quòd procedi debet cõtra eũ, quaſi cõtra contumacem, & auditis teſtibus, ſine eo poteſt negotiũ terminari, tanquã lite, quæ ingeritur, conteſtata, eò quòd interrogatus, quot annis poſſederit, reſpondit quòd quadraginta. Ad idem ff. de re iud. l. contumacia. §. cõtumax. Ad idẽ xj. q. iij. c. certũ. ubi dicitur, Certũ eſt pro his trib. criminib. excõmunicari debere, cũ ad Synodũ Canonice uocatus uenire cõtemnit, aut ſi poſtquã illuc uenerit, ſacerdotalib. reſpuit obedire præceptis, aut ſi ante finitam cauſæ ſuæ examinationem à Synodo abire præſumpſit. Nunc qualiter contra eũ procedendum eſt, oſtendamus. Et quidem cauſa alia eſt criminalis, alia eſt ciuilis, alia eſt ſpiritualis, alia mixta, ut xvj. q. j. c. frater noſter Hadrianus. uerſ. ſi qua cauſa. & xiiij. q. ij. c. ſuper prudentiam. & extrà de procuratoribus. c. tuæ fraternitatis. Si quis criminaliter fuerit accuſatus, & contumax fuerit lite nondum finita, ſecundum leges omnia bona ſua annotantur & conſcribuntur, etſi intra annum uenerit, & pareat iuri, recuperat omnia bona ſua, & auditur de crimine. Poſt annũ uerò omnia bona ſua cõfiſcantur. & licet poſtea uenerit iuri parẽs, quamuis audiatur, tamen bona ſua non recuperat, ut ff. de requirendis reis. l. finali. Ad idem C. eodem. l. quicunque. Secus eſt ſecundum canones, quia excommunicatur, ut iiij. q. v. c. quiſquis. in principio. ſuprà eodem titu. de citationibus. §. j. & v. q. ij. c. præſenti.

Contumaces qui.

Qualiter contra contumacem proceda-tur.

In cauſa criminali.

ſenti.ubi dicitur, Omni expectatione ueluti iã deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur: & ſi intra annum uenerit, & innocentiam ſuam oſtenderit, abſoluatur ſuper illo crimine. Poſt annum uerò nequaquam, ut xj.q.iij.c.rurſus.in fine, ubi dicitur, Si forte cauſæ ſuæ tractandæ uoluerit adeſſe, & ſuam innocentiam adſerere, intra annum excommunicationis hoc faciat. Si uerò infra annum excommunicationis ſuæ cauſam peragere contempſerint, nulla eorum uox penitus audiatur. Ad idem c.ſequenti, in principio, ubi dicitur, Quicunq; infra anni ſpatiũ ciuiliter ſeu publice cauſam ſuã corã ſuis excõmunicatoribus non peregerint, ipſi auditũ adiendi ſibi clauſiſſe uidentur. Si uerò lis conteſtata ſit, poſſunt recipi teſtes cõtra eũ, & ſententia diffinitiua ferri, ut iij.q.ix.§.decreuimus. Ad idem extrà de dol. & contu. c.prout. Si autem cauſa ciuilis ſit, puta de aliqua pecunia, & reus contumax litem nõ cõteſtetur, mittendus eſt actor in poſſeſsionem rei petitę, cũ agitur actione reali: uel ſi agatur perſonali, mitti debet in bonorũ poſſeſſionem, iuxta menſuram declarati debiti, primo mobiliũ, ſi ea habet: uel ſi ea nõ habet, mittẽdus eſt in poſſeſsionem rerum immobilium, & miſsio hæc fit cauſa rei ſeruandæ, ut reus tædio affectus, ueniat reſpondere, & ſi intra annũ à die miſsionis in poſſeſsionem ueniat, ex quo ſciuit, præſtita cautione iudicio ſiſti, reſtitutis expenſis actori, recuperat poſſeſsionem, & tractabitur cauſa poſtea, ut prius. Sed ſi infra annum nõ uenerit, non recuperat poſſeſsionem, ut dictum eſt, ſed fit actor uerus poſſeſſor, & reus auditur ſuper proprietate tãtũ. Et hæc diſtinctio tota probatur, extrà, ut lite nõ cõteſtata & c.c.quoniã frequenter. & C.quomodo & quãdo iudex & c.l.conſentaneũ.ubi dicitur, Conſentaneũ iuri fuit, temporibus ad pręſentiã partis aduerſę præſcriptis, Præſidem prouincię (impleta iuris ſolennitate, & aduerſario tuo ternis literis, uel uno pro omnibus peremptorio edicto, ut præſentiã ſui faceret, commonefacto) ſi eadẽ contumacia perſeuerauerit, præſentis allegationes audire, quod uel ſucceſſor eius facere curabit. A' quo ter citatus, ſi cõtumaciter ꝓſentiã ſui facere neglexerit: nõ abs re erit, uel ad cogendũ eũ, ut ſeſe repræſentet, poſſeſsionẽ bonorũ, cui incumbit, ad te transferre, & aduerſarium petitorẽ conſtituere: uel auditis defenſionibus tuis, id quod iuris ratio exegerit, iudicare. Ad idem C.de iudi.l.ſancimus. Et extrà de dol. & contum. c.prout nobis. Ad idem & melius facit Decretalis noua, extrà de eo, qui mit.in poſſeſſ.cauſa rei ſer.c.ult. ubi di

Si ſit ciuilis & realis.

Perſonalis.

bi dicitur, Si aduerſarius tuus poſt citationis edictū, ad remota loca ſe transferens, procuratorem idoneum non dimiſit, & denunciatione publicè facta, domi nō appareat qui defendat eundem, iure poteris petere, ut in poſſeſsionem terrarum, de quibus quæſtio uertitur, cuſtodiæ cauſa inducaris. Et nota, quòd quinq; ſunt auxilia prodita contra illos, qui non admittunt miſſum à iudice in poſſeſsionem, primo quòd puniuntur in expenſis, ut extrà, ut lit. non cont. & c. c. quoniam frequēter. Et de ſequeſt. poſſeſſ. c. ad hoc. Secundo, quòd poteſt uti beneficio illius cōſtitutionis, extrà de dol. & contum. c. contingit. Tertium, quòd excommunicari poteſt, ut extrà, ut lit. non cōteſt. c. tuæ. & c. quoniam frequenter. Si autem per annum in excommnicatione perſtiterit, perdit cauſam, ut xj. q. iij. c. rurſus. & c. ſequenti. Quartum, quoniam poteſt aduerſarium conuenire, quanti ſua intereſt poſſeſsionem nō habere, ut ff. uti poſſidetis. l. ſi duo. §. ul. & ff. ne uis fiat ei, qui in poſſeſſ. & c. l. j. in principio, ubi dicitur, Ait Prætor, Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permiſſu meo, eiúsne, cuius ea de re iuriſdictio erit, in poſſeſsione bonorum ſit, in eum in factum iudicium, quanti ea res fuerit, ob quam in poſſeſsionem miſſus non eſt, dabo. Quintum, quòd manu militari poteſt eiici, ut ff. ne uis fiat ei & c. l. ſi quis miſſus. ubi dicitur, Si quis miſſus fuerit in poſſeſsionem fideicommiſsi ſeruandi cauſa, & non admittatur, poteſtate eius inducendus eſt, qui eum miſit. Aut ſi quis uelit uti interdicto, conſequens erit dicere hoc edictū locū habere: ſed melius erit dicere, prætores, extra ordinem, ipſo iure ſuæ poteſtatis exequi, quod decretum fuit, nonnunquam etiam per manum militarem. Conſtitutum eſt ab Antonio, ut etiam in bona hæredis quis mittatur certis modis. Hactenus textus legis. Item nota, quòd ſi miſſus in poſſeſsionem propter dolum, uel potentiam rei non poſsit nāciſci poſſeſsionem, uel acquiſitam perdit. Poſt annū nihilominus de æquitate Canonica cōſtituendus eſt uerus poſſeſſor, ut extrà de dol. & contum. c. contingit. ubi dicitur, Contingit interdū, quòd cum actori ob contumaciam partis aduerſæ, adiudicatur cauſa rei ſeruandæ poſſeſsio, propter potentiam uel dolum partis aduerſæ, actor rem cuſtodiendam nanciſci non poteſt, uel nactam amittit, & ſic ſecūdum aſſertionē multorum uerus nō efficitur poſſeſſor, & poſt lapſum anni reportat commodum ex malitia ſua reus. Ne igitur cōtumax melioris cōditionis quàm obediēs exiſtat, de Canonica æqtate ſancimus in caſu pręmiſſo, quòd

Quinq; auxilia contra contumacem prodita.

Si quis dolo uel ob uim aduerſarij miſſus, nō poſsideat.

ſo, quòd actor uerus conſtituatur poſſeſſor poſt anni lapſum.

Si reuspoſt litis conteſta. ſit contumax.

Si uerò poſt litem conteſtatã, reus fuerit cõtumax, & liqueat uel liquere poſsit de cauſa, iudex proferre debet ſententiã diffinitiuã, ſecundũ cauſæ merita, ita quòd ſiue ſententia ſit pro abſente, ſiue contra eũ, cõdemnet abſentẽ præſenti in expenſas. Sed ſi nõ liquet de cauſæ meritis, iudex transferre debebit poſſeſsionẽ à reo in actorẽ, & facere eũ uerũ poſſeſſorẽ. Poſtea reus ueniens auditur de proprietate tantũ, ut C. de iudi. l. properandũ. §. ſin autem reus abfuerit. & extrà de dol. & contu. c. prout. & C. quomodo & quando iudex. l. conſentaneum. & C. ubi in rem act. exerc. deb. l. ij. ubi dicitur, Si quis alterius nomine quolibet modo poſsidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionẽ ſuſtincat: debet ſtatim in iudicio dominũ nominare, ut ſiue in eadem ciuitate degat, ſiue in agro, ſiue in alia prouincia ſit, certo dierum ſpatio à iudice definiẽdo, eoq́; ad notionem eius perducendo, uel ipſe in loca, in quibus prædium ſitum eſt, perueniẽs, uel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat. Si uerò poſt huiuſmodi indultũ tempus minime hoc, quod diſpoſitum eſt, facere maluerit, tã quã lite quæ ei ingeritur, ex eo die, quo poſſeſſor ad iudiciũ uocatus eſt, ad interrumpendũ longi tẽporis præſcriptionem cõteſtata: iudex, utpote domino poſſeſsionis, nec poſt huiuſmodi humanitatẽ ſui præſentiã faciente, edictis legitimis proponendis eum citare curabit: & tunc in eadẽ uoluntate eo permanente, negotium ſummatim diſcutiens, in poſſeſsionem rerum actorem mittere non differat, omni allegatione, abſenti de principali quæſtione ſeruata.

Si cauſa ſit ſpiritualis, mixta uel cohærẽs, & reus contu.

Sed ſi cauſa ſpiritualis eſt, uel mixta, ſiue cohærens, ſi talis ſit cauſa, quòd actor mitti poſsit in poſſeſsionẽ, fiat miſsio, & recuperatio ſecundũ præmiſſam definitionẽ: & ſi hoc fieri non poſsit, excõmunicetur reus cõtumax, uſq; ad ſatisfactionem, quod fieri poteſt in omni cauſa, ut extrà ut lite nõ cõteſt. c. tuę fraternitatis. ubi dicitur, Cõſuluiſti præterea, utrũ ſi quis citatus legitimis perẽptoriis, cõparere nõ uoluerit, iudex lite non conteſtata contra ipſum debeat ſententiã promulgare, ut idẽ affectus tędio, ſe iudicis aſpectui repræſentet, ad quod fraternitati tuę duximus reſpondẽdũ, ſi cõtumaciter reus ſe fecit abſentari, & talis ſit cauſa, quòd actor poſsit in poſſeſsionẽ rerũ petitarũ induci, erit in eãdem rei cuſtodiæ cauſa inducendus. Quòd ſi talis exiſtat, quòd idem in poſſeſsionem nequeat admitti, ut iuri pareat is, qui ſe contumaciter abſentauerit, per cenſuram Eccleſiaſticam eſt

com

compellendus. Ad idem extrà ut lit.non conteſt. c. quoniam frequenter.in fine, ubi dicitur, Si autem ſuper perſonali actio ne conueniatur, uel mittendus eſt actor in poſſeſsionem mobilium ipſius, uel immobilium, ſi forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, uel in contumacem eſt Eccleſiaſtica ſententia proferenda: ita uidelicet, quòd alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio ſit contentus: ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis, qui ueniens infra annum, uel poſt annum, etiam audietur iuxta diſtinctionē, in alio caſu ſuperius annotatam. Sed pone ipſum, qui terram alienam poſsidet nomine alieno, ſuper ipſa re ad iudicium uocari, ac ſi ſua eſſet, quid tunc ſit faciendum? Reſpon. Statim debet nominare dominum in iudicio, & infra certum terminum ſibi à iudice ſtatuendum, quo dominus ſuus ad cauſam ueniat, uel idoneū pro ſe mittat reſponſalem, laborare. Quod ſi non fecerit, auferenda eſt ei poſ ſeſsio, ſicut ſuprà dictum eſt, C. ubi in rem actio & c.l.ij. Cum uerò actor contumax eſt, & reus præſens eſt, ſi cauſa eſt criminalis, excommunicatur actor, & poſtea non auditur, niſi probet ſe iuſto impedimēto detentum fuiſſe, quo minus uenerit, ut iiij.q.v.c. quiſquis. ubi dicitur in fine, Accuſator tamē eius, ſi nunquam cauſæ ſuæ dicēdæ defuerit, ſubtrahens ſe, à communione non ſeparetur. Si uerò aliquādo defuerit ſubtrahens ſe, reſtituto in communione Epiſcopo, remoueatur à communione accuſator: ita tamen, quòd nec ipſi adimatur facultas cauſæ peragendę, ſi ſe ad diem ſtatutum uoluiſſe, ſed non potuiſſe occurrere, probauerit. Sed ſi cauſa eſt ciuilis, uel ſpiritualis, uel mixta, uel cohærens, & lis eſt conteſtata, citandus eſt actor ad petitionem rei tribus edictis, quorum quodlibet ſit decem dierum: & ſi liqueat, uel liquere poteſt, ſententiabit ſecundum merita cauſæ: & ſi non liqueat plene de cauſa, abſoluat reum præſentem ab obſeruatione iudicij, nullo regreſſu reſeruato actori ad cauſam, & condemnet abſentem in expenſis in omni euentu cauſæ, ut plene traditur extrà de pœnis.c.calūniam. & C. de iudi.l.properandū. §. & ſi quidem pars actoris. ubi dicitur, Et ſi quidem pars actoris ceſſauerit, quatenus multiplici dilatione reus fatigetur, & triennij metæ poſt litē conteſtatā iā prope finē ueniāt, ut ſemeſtre tēpus tātū ei ſuperſit: licētia erit iudici p executores negotij actorē reqrere, parte fugiēte ex una parte actoris abſentiā incuſante, & iudicibꝰ omnimodo ſuas aures huiuſmodi queſtionibus reſerātibus: & ſi per

Rem alienam poſsidens, ſi ad iudicium uocetur.

De actore contumace.

Lite cōteſtata.

tres uices hoc fuerit ſubſecutum, decem dierũ ſpatio per unũquenq; introitum deſtinato, & nec ita pars actoris fuerit inuenta, & neq; per ſe, neq; per procuratorẽ inſtructũ peruenerit: tunc iudicem negotij acta apud ſe confecta cõſpicere cenſemus: & ſi quidem nihil ſufficiens actitatũ eſt, ex quo poſsit termino cauſæ certa fieri cõiectura, uolumus non ſolum partem fugientem ab obſeruatione iudicij relaxare, ſed etiam in omnes expenſas, quæ conſueto modo circa lites expendũtur, actorẽ condemnare, uera quantitate earũ ſacramento fugientis manifeſtanda: & omni cautela, quam ſuper lite reus expoſuit, reddenda, quæ etſi remanſerit, uiribus euacuabitur. Veruntamen dicit hodie Decretalis noua, ꝙ per decurſum triennij non perit inſtantia iudicij, maxime, quando per cauillationes rei, & ſubterfugia, proceſſus negotij fuerit prorogatus, ut extrà de iudi. c. uenerabilis frater noſter. ubi ponitur talis caſus: Cauſa uertebatur inter Archiepiſcopum Raphenatem, & cõmune cuiuſdam ciuitatis, ſuper iuriſdictione illius ciuitatis: commiſſa fuit cauſa magiſtro Tancreto, Canonico Bononienſi. prorogata fuit cauſa per cauillationes, & per ſubterfugia illorũ ciuiũ per trienniũ. Poſtea excipiebãt, ꝙ nõ tenebãtur reſpondere corã magiſtro Tancreto, quia perierat inſtantia iudicij per decurſum triennij. Dominus Papa reprobat illam exceptionem, & mandat quatenus ea non obſtante magiſter Tancretus procedat. Si autem lis non eſt conteſtata, & actor eſt cõtumax, uocãdus eſt per interualla triginta dierum tribus edictis, & ſi ſic non uenerit, indulgetur ei annus, intra quẽ ſi uenerit, auditur reſtitutis prius expenſis. Si non uenerit infra annũ, ipſe iudex audiat teſtes, & allegationes rei præſentis, & quæſita rei ueritate, ſententiã ferat ſuper principali, ſicut hoc totum traditur C. quomodo & quãdo iudex. Autent. qui ſemel. Et nota, quòd generaliter uerum eſt, quòd lite non conteſtata teſtes non ſunt producendi, uel recipiendi, nec ſententia diffinitiua ferenda: quòd ſi contrà factũ fuerit, nihil ualet ipſo iure, ut extrà, ut lite non conteſt. c. j. & ij. & c. tuæ. Quibuſdam caſibus exceptis, quos notabimus infra, quãdo teſtes ſint recipiendi.

Per triennij curſum nõ perit inſtantia.

Lite non conteſtata.

Lite non conteſt. nõ recipiũtur teſtes. Reg.

De exceptionibus.

QVIA reis ad iudiciũ uenientibus ope exceptionũ ſubuenitur, quæ interdum ad iudiciũ declinandum, interdum ad elidendam actoris intentionem, reo cõpetunt, ideo de exceptionib•

ptionibus uideamus. Exceptionum aliæ dilatoriæ ſunt, aliæ peremptoriæ. Dilatoriarum aliæ declinatoriæ iudicij, aliæ de clinatoriæ ſolutionis. Earum quæ ad declinationẽ iudicij faciunt, quædam competunt ex iuriſdictione, quædam ex perſona iudicis, quædam ex perſona actoris, uel eius Procuratoris, & quædam ex ipſius rei, qui conuenitur, perſona. Et generali tertene, quòd omnes exceptiones, quæ ad declinandum iudicium faciunt, in principio inter ipſa litis auſpicia ſunt proponendæ, & probandæ, & qui tunc eas dimiſerint, ad eas poſtmodum redire nõ poterunt, ut C. de except. l. finali, & penul. & extrà de ſentent. & re iud. c. inter monaſterium. ubi dicitur, Cauſa uertebatur inter duo monaſteria ſuper quadam electione: commiſſa fuit cauſa quibuſdam iudicib. delegatis primo: ſecundo commiſſa fuit alijs. Altera pars reſpondit ad cauſam, poſtea uoluit declinare iudiciũ per ſecũdam commiſſionem, & recuſare eos, replicatum fuit, quòd hoc nõ poterat facere, cum iam reſpondiſſet. Cõſultus fuit dominus Papa ſuper hoc quid iuris: Reſpondit Papa, quòd cum ante litis ingreſſum nõ oppoſuiſſent exceptiones has, quæ dilatoriæ erant, uidebantur eis renuntiaſſe. Vnde uõ poterant habere recurſum ad eas poſt litis conteſtationem. Et hoc expreſſe dicit Decretalis noua, quòd exceptiones dilatoriæ ante litis conteſtationem proponendæ ſunt, ut extrà de appel. c. cũ cauſam. In iis autẽ proponendis aduocatus prouidus hunc ordinẽ ſeruabit, ut ſi qua reo competat exceptio ex ipſa iuriſdictione, puta quòd Clericus uocatur ad iudicem non ſuũ, uel quia literæ ſunt impetratæ per falſi ſuggeſtionem, uel per ueri ſuppreſsionẽ, uel ſi quã ſimilem habeat, obiiciat illam & probet. Nam ſi eã dimittat, & accedat ad aliã, in iuriſdictionẽ iudicis conſentire uidetur, unde ad eam poſtea aſpirare non poteſt, ut probatur per iura proxime poſita, & ff. de iudi. l. j. & ij. ubi dicitur, Si ſe ſubiiciãt aliqui iuriſdictioni alicuius, & in ipſum conſentiant, qui tribunali præeſt, uel aliam habeat iuriſdictionẽ &c. Si uerò deſtituitur his exceptionibus, ſi qua ex perſona iudicis reo competat, illã proponat, puta quòd eſt ſeruus, uel infamis, uel excommunicatus, quoniam talis iudex eſſe non poteſt, ut extrà de reſcri. c. ſciſcitatus. ubi dicitur, quòd perſonæ prædictæ nõ poſſunt eſſe iudices. Itẽ is, qui reo eſt iuſta ratione ſuſpectus, utpote inimicus ſuus, uel aduerſarij cõſanguineus, uel multũ amicus &c. hi omnes recuſari poſſunt, quod qualiter fiat in titulo de recuſationibus, infrà dicemus. Si autem reus non habet

Diuiſio exceptionum.

Declinatoriæ in exordio litis ſunt proponendæ.

Practica aduocati in except. declinandis.

bet exceptionem,quam contra iudicem uel iuriſdictionē proponat, opponat exceptionem, ſi qua ei competat ex perſona actoris,uel eius procuratoris,puta quòd aliquis eorum eſt excommunicatus,ut extrà de off.deleg.c.pudētiam. §.ſextā. & de probationibus.c.poſt ceſsionem.Talis eſt illa,cum ſpoliator obiicit exceptionem ſpoliationis ſpoliato,poſcenti reſtitutionem, ut extrà de ord.cog. c.cum dilectus. ubi dicitur, uerſiculo finali,quòd ſpoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem non cogatur aliquatenus reſpondere.Et hodie dicit Decretalis noua,quòd ſpoliationis cauſa in hoc ſit priuilegiata, ꝙ petenti reſtitutionem nō obſtet exceptio, niſi ſpoliationis,qua propoſita non reſtituitur ſpoliatus,ut extrà de ord.cog.c.finali. Item inter dilatorias exceptiones proponat illam, quæ cōpetit ex propria perſona,puta, quia eſt legatus, nec poteſt conueniri,ut ff.de iud.l.ij. §.legatis.ubi dicitur,Legatis in eo, quod ante legationem contraxerunt,item iis, qui teſtimonij cauſa euocati ſunt,uel accerſiti iudicandi cauſa,uel in prouinciā deſtinati,reuocandi domū ſuā ius datur.Ei quoq; qui prouocauit,non imponitur neceſsitas intra tēpora prouocationis exercendæ,Romæ,uel alio loco,ubi prouocatio exercetur,aliis pulſantibus reſpondere. Nam Celſus huic licentiam domum reuocandi dandam,ait:quoniam ob aliam cauſam uenerit.Et hæc ſententia uera, & rationabilis eſt. Nam & diuus Pius Plocio Celſiano reſcripſit, eū qui tutelæ reddendæ cauſa Romam erat ad ſe euocatus:alterius tutelæ, cuius cauſa nō erat euocatus,non debere compelli iudicium ſuſcipere. Idem Claudio Flauiano reſcripſit minorem xxv.annis, qui deſiderarat in integrum reſtitui aduerſus Aſianum, qui alterius negotij cauſa uenerat,non eſſe Romæ audiendum.Omnes autē iſti domum reuocant,ſi non ibi contraxerint,ubi cōueniunt. Cæterum ſi ibi contraxerint,reuocandi ius nō habent: exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint (dummodo ante legationē contraxerint) non compelluntur ſe Romæ defendere, quādiu legationis cauſa ibi demorātur,quod & Iulianus ſcripſit,& Diuus Pius reſcripſit.Planè ſi perfecta legatione ſubſiſtant,conueniendos eos Diuus Pius reſcripſit. Itē ſi extra prouinciā ſuam cōtraxerint,licet non in Italia,quæſtionis eſt,an Romæ cōueniri poſsint.& Marcellus ait,in eo ſolo loco priuilegio eos uti domū reuocādi,quòd in ciuitate ſua,uel certè intra Prouinciā ſuā cōtraxerint, quod eſt uerū. Sed etſi agār, cōpelluntur ſe aduerſus omnes defendere,non tamen ſi iniuriam

In dilatorijs.

Textus l.ij.ff. de iudicijs.

riam ſuam perſequantur, uel furtum, uel damnum, quod nunc paſsi ſunt: alioquin (ut & Iulianus elegãter ait) aut impune cõtumeliis & damnis afficiẽtur: aut erit in poteſtate cuiuſq;, pulſando eos, ſubiicere ipſos iuriſdictioni, dum ſe uindicãt. Sed etſi dubitetur, utrũ in ea quis cauſa ſit, ut domũ reuocare poſſit, nec ne, ipſe Prętor debet cauſa cognita intueri. quòd ſi cõſtiterit in ea eum eſſe cauſa, ut domum reuocet, debebit cauere iudicio ſiſti, ſtatuẽte Prætore in quem diem promittat. Sed utrum nuda cautione, an ſatiſdatione, Marcellus dubitat: mihi uidetur ſola promiſsione, quod & Mela ſcribit: alioquin magis compelletur iudiciũ accipere, quàm inuenire eos, qui ſatis pro eo dent. In omnibus autem cauſis, in quibus protelatur admonitio, hoc procedere ſine temporali damno creditoris oportet. Et quod ius reuocandi domũ habeat, quid alia de cauſa uenit ad iudicium, dummodo allegauerit cauſam illam, dicit Decretalis noua, extrà de for. competenti. quæ incipit, Licet. Item ſi dicat reus, quòd uenire non poteſt, utputa infirmitate detentus, uel ad maius tribunal uocatus, ut extrà de Procur. c. querelã. ubi talis ponitur caſus: Quidam fuit citatus à quibuſdam iudicib. delegatis, ut corã eis ſuo aduerſario reſponderet. Iſte citatus infirmitate detentus, nõ potuit uenire, ſed per nuntios ſe excuſauit: tamẽ cõdemnatus fuit in expenſis, & cõqueſtus fuit domino Papæ ſuper hoc. dicit Papa, quòd ſi ita eſt, ſententia reuocetur. Ad idem v. q. iij. c. ſi ægrotans. Hunc credo rectum ordinem proponendi except. dilat. Quidam tamen hunc ordinem non obſeruant, ſed dum unam proteſtantur, ſaluum ſibi dicunt beneficium cæterarum, ut ſi in propoſita defecerint, poſsint ad alias habere recurſum: ſed cautius eſt quod primo diximus. Item nota quòd huiuſmodi excep. in principio litis ſemper ſunt opponendæ, ut dictũ eſt, tamen quæ de nouo incipiunt competere, poſt litis conteſta. proponi poſſunt, ut extrà de off. dele. c. inſinuãte. ubi ponitur talis caſus: Quidã impetrauerũt literas ad quẽdam Epiſcopũ, & alios duos, poſt litis conteſta. factus fuit aduerſarius, familiaris Epiſcopi, ſine quo alij non poterant procedere, & alter coniudicũ fuit factus officialis Epiſcopi illius, unde poterant eſſe ſuſpecti parti aduerſæ, & oppoſuit iſtam except. poſt litis conteſt. & cõmiſſa fuit aliis cauſa. dicit Papa quòd alij cognoſcant de ea (niſi ſcienter reſpõderit pars aduerſa, poſtquã ſciuit familiaritatem interueniſſe) & ita ualuit exceptio poſt litis cõteſt. Pręterea nota ſimiliter, quòd iudex poteſt pręfigere termi-

Proteſtatio ſaluis excep. &c. ad quid.

termi

terminum ad teſtes producendos, & ſi ad terminum illum nõ introducũtur; poterit procedere, ut extrà de prob.c.licet cau ſam.§.j.& hoc idẽ dicit noua Decretalis, extrà de in integ.reſti.c.coram.ubi dicitur, Cauſa uertebatur inter Archiepiſcopum Bracharenſem, & Toletanẽſem Archiepiſcopũ ſuper pri matia. Similiter poteſt præfigere terminũ, cum aliquis impeti tur ſuper ſtatu, ut C.de ingenuis manumiſ.l.diffamari. Similiter poteſt præfigere terminũ ad accuſandum, ut C.qui accuſare nõ poſſunt.l.ſi ea. Similiter poteſt præfigere terminũ, ſi inſtrumentum falſum accuſatur, ut extrà de fide inſtru.c.accepimus. Præterea nota quòd iudex poteſt ſtatuere terminũ, infra quem omnes dilatoriæ excep.proponãtur, ultra quem neutra pars ulterius audietur, ſi quam allegare uoluerit, niſi eam fuerit proteſtata, uel poſtea exorta fuerit, uel iuret ſe poſtea didiciſſe, ut extrà de excep.c.paſtoralis.ubi dicitur, Quoniam autem per dilat.excep.malitioſe nõnunquam cauſæ terminatio prorogatur: reſpõdemus inquiſitioni tuæ, ut infra certũ terminum à iudice ſtatuendum, omnes dilatoriæ excep.proponãtur, ita, quòd ſi partes aliquas extunc uoluerint proponere, quas nõ fuerint proteſtatæ, nullatenus audiãtur, niſi de nouo aliqua fuerit exorta, uel is, qui eam opponere uoluerit, fidem faciat iuramẽto, ſe poſtmodum ad illius notitiam perueniſſe. Notandum eſt, quòd tres ſunt ſpecies dilatoriarum exceptionũm, quæ ante litis conteſt.proponẽdæ ſunt, ut ſuprà dictum eſt, & poſt ſententiam opponi poſſunt, ſcilicet exceptio falſi Procuratoris, & Iudicis non ſui, & falſi inſtrumenti, ut extrà de procur.c.in noſtra præſentia.ubi dicitur, quòd falſi Procuratoris exceptio, non ſolum ante ſententiam, ſed & poſt ſententiã poteſt obiici, iuxta Canonicas ſanctiones, utpote qua probata iudicium nullum, controuerſiæ nullæ reputentur. Ad idem C.de Procur.l.licet.& extrà de crimine falſi.c.ſuper eo. ubi dicitur, quòd illud, quod eſt actum autoritate falſarũ literarum, in irritũ reuocetur, quòd ſcilicet nõ dãt iuriſdictionẽ, ut extrà de cri.falſi.c.quàm graui. C.ſi à non compe.iudice.l. j. Et hæc de exceptionibus declinatoriis iudicij ſufficiant.

Iudex præfigit terminum.

Vt omnes exceptiones producantur.

Tres ſunt dilatoriarum ſpecies, quæ poſt litis conteſt. opponuntur.

De dilatorijs ſolutionis.

NVNC autem de dilatoriis ſolutionis uideamus. Dilatoriarum ſolutionis alia eſt ex pacto temporali, puta quia feciſti mecum pactum de non petendo uſq; ad quinquẽnium. alia ex lege, puta, qui condemnatus in perſonali actione, non tenetur

Dila. ſolu. alia ex lege, alia ex pacto.

netur ſoluere iudicatũ uſq; ad quatuor mẽſes, ut extrà de off. deleg.c.quærenti.ubi dicitur, quòd quadrimeſtre tempus ad ſoluendum debitum reo à lege conceditur. Item dicitur extrà de ſent.& re iudi.c.quod ad conſultationẽ. ꝙ licet ad executiones ſententiæ regulariter tempus quadrimeſtre indulgetur, tamen à ſedẽte in medio arctari poteſt,& prorogari. Ad idem ff.de re iud.l.ij. Similiter à lege conceditur illa exceptio, quòd maritus non tenetur reddere dotem uxori, uel hæredi eius ante annum à die ſoluti matrimonij, ut C.de rei uxor.ac.l.unica. ubi dicitur, Exactio autem dotis nõ celebratur annua, bima, trima die, ſed omnino intra annum de rebus mobilibus, uel ſe mouẽtibus, uel incorporalibus, cæteris ſcilicet rebus, quæ ſolo continentur, ilico reſtituendis. Has exceptiones dilatorias debet reus ante litis cõteſt. proteſtari: ſed nõ tenetur eas probare, niſi actoris intentione fundata, ut C.de probat.l.exceptionem. ubi dicitur, Exceptionem dilatoriã opponi in initio, probari uerò poſtquam Actor probauerit, quod aſſeuerat, oportet. Ad idem C.de excep.l.ſiquidẽ intentionẽ actoris in probatione deficere confidis, nulla tibi defenſio eſt neceſſaria. Si autem de hac confitendo, exceptione te munitum aſſeueras, de hac tantum agi conuenit. Nam ſi de intentione dubitas habita exceptionis conteſtatione, demum cum intentionem ſecundum aſſeuerationem ſuam petitor probauerit, huic locum monſtrari conſueuit. Talis eſt & illa exceptio ff. de ſen.& re iudic.l.ſunt qui.ubi dicitur, In id quod facere poſſunt, cõueniuntur, id eſt, nõ deducto ære alieno: & ſunt quidem hi, qui actione pro ſocio cõueniuntur. Socium autem bonorum omnium accipiendum eſt. Idem in donatore, qui non conuenitur, niſi inquantum facere poteſt, ut ff.de donatio.l. qui ex donatione ſe obligauit ex reſcripto Diui Pij, inquantũ facere poteſt, conuenitur. Secundum enim quod creditoribus debetur, erit detrahendum.

Reſtitu.dotis.

Proteſtatio ſaluandarum dilatoriarum.

De exceptionibus peremptorijs.

SVNT præterea exceptiones perẽptoriæ, quæ cauſam & intentionem actoris perimunt, puta tu petis à me decem quæ tibi debebam. Sed mecũ feceras pactum de non petẽdo, uel petebas à me fundũ qui erat patris tui,& ego habeo præſcriptionis exceptionem, uel rei iudi. uel aliam ſimilem, hanc ſufficit proteſtari ante litis conteſt. Sed probari poterit antequam actor ſuam intentionem fundauerit,& ſi dimiſſa fuerit, iterum poſſum

Peremptoriæ.

poſſum eam proponere,& probare, quando uoluero, dūmodo ante ſententiā, ut C.ſen.reſ.non poſ.l.peremptorias.& extrà de in integr.reſtitu.c.auditis.& iij.q.vj.c.ſi quis epiſcoporum. §.exceptio fori.& C.de excep.l.præſcriptionem peremptoriā, priuſquàm lis cōteſtetur, proteſtari ſufficit: omiſſam, priuſquàm ſententia feratur, obiicere quandocunq; licet. Ad idem C.eo.tit.l.ſi quis aduocatus intra primordia litis prætermiſſam dilatoriā præſcriptionem poſtea uoluerit proponere, & ab huiuſmodi opitulatione ſubmotus, nihilominus perſeueret,atq; præpoſteræ defenſioni inſtiterit, unius libræ auri condemnatione mulctetur.Ad idem C.ſen.reſc.nō poſ.l.peremptorias.ubi dicitur, Peremptorias exceptiones omiſſas in initio,antequàm ſententia proferatur,opponi poſſe,ſæpe reſcriptum eſt.quòd ſi aliter iudicatum fuerit,in integrū reſtitutio permittitur.Nam iudicatum cōtra maiorem xxv.annis nō oppoſitæ præſcriptionis uelamento,citra remedium appellationis reſcindi non poteſt.Ex quibus patet,quòd exceptio fori dilatoria eſt, quæ in principio litis debet opponi & probari.Peremptorias autē exceptiones,ut ſunt præſcriptiones longi temporis, in initio litis proteſtari ſufficit. Sed poſt ſententiam opponi nō poſſunt, niſi ſententia beneficio appellationis,uel in integrum reſtitutionis,ſuſpēſa fuerit, uel alio quoquo modo nō teneat.Exceptio dicta eſt, quaſi quædam excluſio, quæ interponitur actioni cuiuſlibet, ad excludendum id, quod in intentionem deductum eſt.Ad hoc extrà de fide inſtr. c.cum Ioannes Eremita. Quòd autem dixi peremptorias opponi non poſſe poſt ſententiā, fallit in ſeptem caſibus, in quibus poſt ſententiam, quæ trāſit in rem iudica. poteſt opponi, puta in filiofamiliàs, qui habet exceptionem ſenatuſconſ.Macedo.Si non oppoſita fuerit exceptio ante ſententiā, opponi poteſt poſt, ut ff.ad ſe.conſul.Macedo.l.tamen.ubi dicitur, Si non oppoſita exceptione, condemnati ſunt filijfamiliàs, utantur ſe.conſul.Macedo.exceptione.Ita Iulianus ſcripſit in ipſo filiofamiliàs, exempli mulieris intercedentis. Idem eſt in muliere, ut ff.ad ſen.conſult.Velleianum.l.quamuis. §.ſi mulier. ubi dicitur, Si mulier apud primum pro ſecūdo interuenerit, pro primo mox apud creditorem eius: duas factas interceſsiones Iulianus ſcribit: unā pro ſecundo apud primum, aliā pro primo apud eius creditorē. Ideo & primo reſtitui obligationem, & aduerſus eum ſuo creditori. Marcellus autē notat aliquam eſſe differentiam, utrum hoc agatur, ut ab initio mulier in alt

Except. unde.

Septē caſus in quibus poſt ſententiam opponitur exceptio.

in alterius locũ ſubdatur, & onus debitoris, à quo obligationem transferre creditor uoluit, ſuſcipiat: an uerò quaſi debitrix delegetur, ſcilicet, ut ſi quaſi debitrix eſt delegata, una ſit interceſsio. Proinde ſecundũ hanc ſuam diſtinctionem, in prima fideiuſsione, cum quaſi debitrix delegata eſt, exceptioné ei ſenatuſconſulti Marcellus non daret: ſed cõdemnata, uel ante condemnationem, cõdicere utiq; ei, à quo delegata eſt, poterit, uel quod ei abeſt, uel ſi nondũ abeſt, liberationem. Item miles poteſt opponere exceptionem peremptoriam poſt ſententiam, ut C. de iur. & fac. igno. l. j. ubi dicitur, Quamuis cauſam tuam agens, ignorantia iuris propter ſimplicitatem armatæ militiæ, allegationes competentes omiſeris, tamen ſi nõdum ſatisfeciſti ſoluendo iudicatum, permitto tibi, ſi cœperis ex ſententia conueniri, tuis exceptionibus uti. Idem eſt in donatore, qui conueniendus eſt inquantum facere poteſt, & nõ ultrà: ſed habita ratione eius ne egeat, ut ff. de re iudi. l. Neſennius. §. finali. ubi dicitur, In ſolidum condemnatus donator, actione iudicati, niſi inquãtum facere poteſt, non tenetur beneficio conſtitutionis. Idem in marito, qui conuenitur de dote, & condemnatur in plus, quàm ſoluere poteſt, ut ff. ſol. ma. l. maritum. & l. alia. ibidem. Item C. de rei uxor. actione. l. unica. §. cum autem. & hoc intelligitur, niſi uir dolo malo diminuerit dotem, ut habetur in eadem lege. Idem in fideiuſſore, qui habet priuilegium de edẽda ſibi actione à creditore, ut ff. de fideiuſſ. l. ſi fideiuſſores. §. idem reſpondit. Si inſolidũ condemnatus eſt unus ex mandatoribus, cum iudicati cœperit cõueniri, poſſe eum deſiderare, ut aduerſus eos, qui id ei mandauerunt, ſibi actiones mandentur. Item in tutore, qui per ignorantiam omittit exceptionem recompenſationis, ut ff. de contra. ac. tute. l. j. ubi dicitur, Si tutelæ iudicio quis conuenitur, computare poterit, quod in rem pupilli impẽdit, & ſic erit in arbitrio eius utrum cõpenſare, an petere uelit ſumptus. Quid igitur, ſi iudex rationẽ cõpenſationis eius nõ habuerit, an cõtrario iudicio experiri poſsit? & utiq; poteſt. Sed ſi reprobata eſt hæc replicatio, & acquieuit, nõ debet iudex cõtrario iudicio reſarcire. Et in ſumma notabis, ꝙ nemo ꝓhibetur uti pluribus exceptionibus, licet diuerſæ ſint, ut ff. de excep. l. nemo prohibetur. ubi dicitur hoc idem. Ad idem extrà de regula. & trãſeun. ad reli. c. ſicut. Itẽ nota, quòd ferè omnes exceptiones perpetuæ ſint, licet deſcendant à temporalibus actionibus, ut C. de exceptio. l. licet. unde ui interdictũ, intra annum

Donator.

Maritus de dote ultrà quàm facere põt conuentus.

Fideiuſſor, ut creditor actiones cedat.

Tutor in recõpenſatione.

Etiam diuerſis excep. uti licet.

Ratio eſt: quia actor ſemp in ſua poteſtate habeat, quando utatur ſuo iure: is autem cum quo agitur, non habeat poteſtatem, quando conueniatur.

locum

locum habeat, ſcilicet cum pœna, tamen exceptione perpetua ei ſuccurri, qui per uim expulſus eſt, ſi poſtea retinuerit poſſeſsionem, autoritate iuris probatur. Ad idem ff. de dol. exceptio. l. pure. §. ultimo. Ferè dixi, Propter exceptionem doli, quæ aliquãdo non perpetuo opponitur, ut C. de exceptio. l. ſi pactũ intercesſit in exceptione ſine temporis præfinitione, de dolo replicari poteſt. Alioquin uerò non perpetuo obiicitur, ut ſic in ea ratio temporis habeatur: quando ſcilicet à maleficio ſuam trahit originem. ut ff. de peculio. l quæſitũ. ubi dicitur in fine, In hæredem autem doli clauſula in id, quod ad eũ peruenerit, fieri debet, ultrà non. Sed & ſi dolum fecit, ſolidũ præſtet. Item nota, quòd reus excipiens probare debet exceptionem, quia reus excipiendo fit actor, ut ff. de excep. l. j. ubi dicitur, Agere uidetur, qui exceptione utitur. Nam reus in exceptione actor eſt. Ad idem ff. de probatio. l. in exceptione dicendum eſt reum actoris partibus fungi oportere, ipſumq; exceptionẽ ueluti intentionẽ implere: utputa, ſi pacti conuenti exceptione utatur, docere debet pactũ conuentum factũ eſſe. Eſt tamen unus caſus, in quo reus excipiens non probat ſuam exceptionem, ſcilicet, cum dicit debitor ſolutam nõ fuiſſe pecuniam, ut C. de non nu. pecu l. ſi ex cautione tua. ubi d. Licet hypotheca data, cœperis conueniri exceptione oppoſita, ſeu doli mali, ſeu non numeratæ pecuniæ, cõpellitur petitor probare pecuniam tibi eſſe numeratã: quo nõ impleto, abſolutio ſequitur. Preterea dicit dominus Pilius, ꝙ reus poteſt ita excipere, quòd actor ſemper fatigabitur ſuper probatione, & ipſe reus ad exceptionis probationem interim admittitur, utpote non negando, uel inficiando præciſe intẽtionem actoris, ſcilicet dicendo & reſpondendo in hunc modum, Non credo uerum eſſe, quod tu dicis, uel inde dubito. Et ſic poſtmodum poterit uti exceptionibus, quæ actionibus inſtitutis obiciũtur, & eas probare. Et ſi præciſe reus negaret intentionẽ aduerſarij ſui, & ille actor poſſet ſuam intentionem probare, poſtea reus uti exceptione nõ poſſet. Quod colligitur ex illa Autentica C. de nõ nu. pec. Autentica cõtra, qui propriã ſcripturam abnegat, qua cõuenitur, uel numerationẽ inficiatur, cõuictus in duplum cõdemnatur: niſi illato ſacramẽto cõfiteatur: tunc enim nõ punitur, niſi in expenſis circa probationẽ factis, actoris ſacramẽto declarandis. Et ſi poſt numerationis inficiationẽ prætendit ſolutionem, omnino in ſolidum exigitur, nec prodeſt iam ei facta ſolutio. Et contrà, ſi actor literas ſuas à reo

Reus excipiendo ſit actor.

Caſus ubi reus non probat ſuam except.

Nota hæc ad diſputationem litis cõteſtationis. Et facit in contrarium l. cũ de indebito. ff. de probat.

pro

prolatas abneget, eadem ſit pœna & iuriſiurandi forma. Hæc pœna curatori infligenda eſt, ſi de literis ſuis quæſtionem referat in cauſa eius, quem curat. Dicit enim Pillius generale eſſe in omnibus exceptionibus quod hic dicitur.

De replicationibus.

SVPRA diximus de exceptionibus: ſed quoniã replicatio exceptionem elidit, ideo de replicationib⁹, duplicationibus, & triplicationibus uideamus, dicẽtes, quid ſit Replicatio, Duplicatio, Triplicatio: & quibus huiuſmodi exceptiones competant. Replicatio eſt exceptio, quæ competit Actori contra exceptionem rei, & iſtam ſemper opponit actor. Et contra replicationem datur duplicatio reo, & actori triplicatio, ut ff. de except. & præſcri. l. ij. §. replicationes, ubi dicitur, Replicationes nihil aliud ſunt, quàm exceptiones, & à parte actoris ueniunt, quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt, ut exceptiones rei excludant: ſemper enim replicatio obiicitur ideo, ut expugnemus exceptionem. Ad idem C. de except. l. non exceptionibus actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex cauſis, ſed replicationibus ſuam intentionem, ſi quam habent, muniãt. Ad idem C. de except. aduerſus fratrem tuum quondam tutorem legitimum tutelæ iudicio, ſi expertus non es, propoſita actione conſiſte, nec timueris exceptionem pacti: ſi fraudem dolumq; admiſſum probare potes. Nã replicatio doli oppoſita, bonæ fidei iudicium facit, & conuenti pacti fraudem repellit. Et contra replicationem ſolet dari duplicatio, contra duplicationem rurſus triplicatio, & deinceps multiplicantur nomina. Ad idem Inſtitut. de repli. §. rurſus. Iſtæ autem replicationes poſt fundatam rei intentionem, & proponẽdę ſunt & probandæ, ut C. de except. l. aduerſus. ſuprà eſt eo. tit.

Replicatio quid.

Replicæ quando proponẽdæ.

De recuſationibus Iudicum.

QVIA periculoſum eſt ſub iudice ſuſpecto litigare, & interdum triſtiſsimum cauſa ſortitur effectum: ideo poſt tractatũ exceptionum conſequitur, ut uideamus de recuſationibus. Expedit enim ſępiſsime reo, iudicẽ recuſare. Videamus igitur quid ſit recuſatio, Quis poteſt recuſare, Quando facienda ſit recuſatio, Intra quod tempus, Qualiter, Quibus de cauſis, Quis ſit effectus recuſationis. Recuſatio eſt à iuriſdictione iudicis declinatio, per exceptionem ſuſpicionis oppoſitam. Re-

Partitio huius materiæ.

Recuſatio quid.

Quis poßit recuſari. cuſari poteſt quilibet iudex ſecundum Canones, tam ordinarius quàm delegatus. de ordinario habetur extrà de foro cõp. c. licet. in fine, ubi dicitur, Si conſules iuſtitiæ tanquam ſuſpecti recuſantur, coram arbitris communiter electis de cauſa ſuſpicionis agatur. Ad idem de utroq; iij. q. v. ubi dicitur, quòd ſuſpecti & inimici iudices eſſe nõ debent, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Delegatus tamen poteſt recuſari, licet cauſa appellatione remota ſit ei cõmiſſa, ut extrà de appell. c. poſtremo. ubi dicitur, Vobis intimamus, quòd ſi cauſa fuerit alicui delegata, qui conſanguineus ſit illius, qui litteras impetrauit, uel in eodẽ negotio, Aduocati officio functus eſt, uel alia huiuſmodi de cauſa ſuſpectus: Delegatus huiuſmodi poteſt recuſari, quãuis ei app. remota negotiũ fuerit delegatum. Ad idem extrà de appell. c. ij. requiris. §. iij. poſtulas edoceri. infrà eſt eo. tit. Tamẽ ille, qui electus eſt alio recuſato, recuſari non poteſt ab eo, qui eum elegit, ut iij. q. iij. c. offeratur.

Quando facienda ſit recuſatio Quando debet recuſatio fieri? Reſpon. ante litis conteſtationem duntaxat, ut extrà de ſen. & re iud. c. inter monaſterium. ſuprà eſt caſus tit. de excep. Ad idem C. de iudi. l. apertiſsimi. & C. de iuriſdict. om. iud. l. nemo. ubi dicitur, Nemo poſt litis conteſt. ordinariæ ſedis declinet examen, nec Præfecti Prætorio, nec Comitis Orientis, nec alterius ſpectabilis iudicis imploret auxiliũ, ſed appellatione poſt ſentẽtiam facta legitime, ad ſacrum auditorium ueniat: tamen ex cauſa ſuperueniente poſt litem conteſt. poteſt recuſari, ut extrà de offi. deleg. c. inſinuante. ſuprà eſt eo. tit. prox. Et hoc ſi poſtea didicerit exceptionem, id eſt récuſationem, uel cauſam recuſationis, ut extrà de exce. c. paſtoralis. ſuprà eſt de exce. §. j. Recuſari poteſt

Vſque ad xx. dies recuſatur ſecundum ll. iudex ſecundum leges uſq; ad xx. dies, ut C. de ſen. & interlo. om. iud. in Aut. & conſequenter. ubi dicitur, Et conſequenter ego conuentus ab aliquo, ſi uiciſsim ipſum pulſare uelim, ſtatim quidem hoc non licebit, niſi apud iudicem eundem, qui ſi mihi diſplicet, intrà xx. dies recuſari poteſt, aliuſq; mereri, apud quẽ rurſus negotium uentiletur utriuſq;. Alioquin cõtra me prius terminata lite mota, tunc demũ & ego admittar. Sed

Secundum Canones. ſecũdum Canones, recuſari poteſt quãdocunq; uoluerit litigans, ante lit. cont. dũmodo nõ ſubierit recuſans iudiciũ eius, uel intra certũ tempus à iudice ſtatuendum, ultra quod nõ auditur, ſi iudicẽ recuſare uelit, uel aliquam dilatoriã exceptionem opponere, niſi de nouo ſibi cõpetere incipiat, uel fidem fecerit iuramẽto illam exceptionẽ poſtmodũ ad eius notitiã

peruę

peruenisse, ut extrà de exec.c.pastoralis. Hoc modo autẽ recuſatio eſt facienda: cauſa ſuſpicionis eſt allegauda corã eo qui dicitur ſuſpectus, & corã arbitris à partibus electis eſt probanda, ad quos eligendos iudex qui recuſatur, partes compellere debet, ut extrà de app.c.ſecundo requiris. §.iij. poſtulas edoceri. & extrà eodẽ ti. ubi dicitur, Cũ ſpeciali prohibitione ſit prohibitũ, ne quis in aliquem excõmunicationis ſententiam promulgare præſumat, niſi cõpetẽti admonitione præmiſſa: uolẽtes prouideri, ne forte cõmonitus, fruſtratoriæ recuſationis, uel appellationis obiectu, monentis poſsit declinare iudicis examen: ſtatuimus, ut ſi quis allegauerit ſe iudicem habere ſuſpectũ, corã eodẽ iudice cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſsignet, & ipſe cũ aduerſario, uel ſi forte aduerſariũ nõ habet, cũ iudice arbitros cõmuniter eligat, aut ſi cõmuniter nõ poſsint eligere, eligat ipſe abſq; malitia unũ, & ille aliũ, q de ſuſpicionis cauſa cognoſcãt: & ſi nequiuerint in unã cõcordare ſẽtẽtiã, aduocent tertiũ, & quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis, & ſtatim ſciat ſe ad id fideliter exequendũ, ex iniuncta à nobis uirtute obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij diſtricto præcepto teneri. Cauſa uerò ſuſpicionis legitima, ſi corã ipſis intra competentem terminũ probata nõ fuerit, ſua iuriſdictione iudex utatur. Cauſa autẽ probata legitime, de recuſantis partis aſſenſu, perſonæ idoneæ cõmittat negotiũ recuſat⁹, uel ad ſuperiorẽ iudicẽ trãſmittat, ut in ea ipſe procedat, ſecundũ quod fuerit procedendũ. Et hoc eſt uerũ ſi ue recuſetur ordinarius, ſiue delegatus, niſi recuſetur ſubdelegat⁹ à delegato domini Papę, quia tũc cauſa ſuſpicionis corã primo delegato debet ꝓbari, ut extrà de off. & po. iud. deleg. c. ſuper queſtionũ. §. porro, uerſ. cũ uero. Tamẽ dicit Decretalis noua, quòd qlibet iudex poteſt cõpellere partes, ut eligant arbitros, nõ tamẽ poteſt ſtatuere terminũ ad hoc: & eſt ratio, ne prouocatus iudex obeſſe uellet, & terminum nimis arctum ſtatuere, ut extrà de off. deleg. c. ſuſpicionis cauſa. in prin. Quidam tamen dicunt, quòd cum recuſatur ordin. non eſt neceſſe cauſam probare ſuſpicionis, & hoc per illud c.iij.q.v. quòd ſuſpecti. quod nunquam mihi placuit approbare, quia expreſſe facit contra eos, extrà de forp com.c. licet. & extrà de app.c. cũ ſpeciali. Et nota, quòd ſi uolueris iudicem recuſare, præmittas in libello recuſationis uerba, quæ poſuimus in principio huius tituli, qa periculoſum eſt &c. Deinde cauſas inferas. Cauſa uero recuſationis unica eſt, ſcilicet, ſuſpicio, quæ conſurgit

Quomodo facienda ſit Recuſatio.

Si recuſetur ſubdelegatus.

Recuſatus nõ poteſt ſtatuere terminum, infra quem cauſa ſuſpicionis examinetur.

Initium literarum recuſatoriarum.

Recuſa. cauſa unica, ſcilicet ſuſpicio.

ex multis cauſis, puta, quòd iudex eſt cõſanguineus illius, qui literas impetrauit, uel fuit aduocatus eius in eodem negotio, ut extrà de ap.c.poſtremo.ſuprà.e.ti. §.ij. Itẽ recuſatur iudex ſi

Affinis. eſt affinis eius, ut iij.q.ix.c.abſens per alium accuſari non poteſt, nec affinis teſtis admittitur. Ad idẽ ff.de procur. l. Aut affinitate aliqua aduerſario coniungatur, aut ei hæres exiſtat.

Familiaris. Item ſi familiaris & cõmenſalis eius eſt, ut extrà de off.deleg. c.inſinuante.ſuprà e.tit.de exce. §.j. Ad idem ff.de officio Pręſi.l. ſenatuſconſulto.infrà eſt de litis conteſt. §. niſi facienda eſt. Ad idẽ ff.de iuriſdictione om.iud.l.qui iuriſdictioni pręeſt neq; ſibi ius dicere debet, neq; uxori, uel liberis ſuis, neq; liberis, quos ſecum habet.

Vaſallus. Item ſi iudex eſt uaſallus, uel ſubditus ęius actoris, qui literas impetrauit, ut extrà, ut lite nõcõteſt.c. accedẽs.ubi dicitur, ꝙ quidã literas impetrauit, in quibus quidã Epiſcopus, & quidã Archidiaconus, & quidã alius, quo cabatur Magiſter P, dati fuerint iudices Vicecomiti & eius uxori, ad petitionem Comitis Britanniæ. Vicecomes recuſauit Epiſcopũ, quòd erat cõſanguineus illius Comitis: & recuſauit Archidiaconum, quòd erat cler.cõmenſalis illius Comitis, & rẹcuſauit Magiſtrũ P. quòd erat oriundus de terra uxoris eius: & omnes iudices erãt ſub diſtrictu Comitis, unde fuerũt recuſati, & bene, & inſuper non aſsignabant locum tutum reo.

Si litẽ habeat cũ recuſante. Itẽ recuſatur iudex, ſi cum parte aduerſa habeat cauſam, ſcilicet cũ eo, qui recuſat eum, quia iſta cauſa eſt iuſta tutelam recuſandi, ut ff.de recu.tuto.l. Propter litem, quam cũ pupillo habet, tutor ſe excuſare à tutela nõ poteſt, niſi forte de omnibus bonis, uel plurima parte eorũ controuerſia ſit. Et erit hæc iuſta quoq; cauſa recuſandi teſtem. Habetur etiã caſus extrà de purga.ca.c.cum in iuuẽtute.

Inimicus. Et eſt inimicitiarum iuſta cauſa repellendi accuſatorem, ut extrà de reſtit.ſpo.c.item cũ quis.ubi dicitur in fine, Quoniam criminaliter aduerſus eum ante reſtitutionem agere non poteſt, cũ præſumitur eius eſſe inimicus,

Quæ inimicitiæ repellant iudicem. tamen non ſemper tales inimicitiæ repellunt iudicem, ſed arbiter æſtimabit an nõ obſtante eo admitti poſsit, ut ff.de quæſt. l.j. §. Præterea inimicorum fides quæſtioni adhiberi non debet, quia facilime mentiuntur, Non tamen omnino ſub prætextu inimicitiarum detrahenda fides erit quæſtioni: ſed cauſa cognita aut habenda fides, aut non habenda.

Si habeat conſimilem cauſ. Item recuſari poteſt iudex, ſi habet cauſam conſimilem, ut extrà de iud.c.cauſam. Item ſi iudex eſt concanonicus actoris, ut extrà de off. deleg.c.cum R.canonicus. Item recuſatur iudex, ſi habet aliquã famil

familiaritatem, uel amicitiam cum aduerſario, ut iij.iiij.v.c.accuſatores.& xj.quęſt.iij.c.quatuor.ubi dicitur, Quatuor modis humanum iudicium peruertitur: Timore, dum metu alicuius poteſtatis ueritatem loqui pertimeſcimus. Cupiditate, dũ præmio alterius animum corrumpimus. Odio, dũ contra quẽlibet aduerſarium molimur. Amore, dũ amico, uel propinquo auxilium parare contendimus. Item recuſatur iudex, cũ ſit aduerſarij dominus, ut extrà de off.deleg.c.cauſam, Item recuſatur iudex, ſi aduocatus aduerſæ partis ſit commenſalis ei, ut extrà de app.c.ex inſinuatione. Illud tamen hodie corrigitur, per Decretalẽ nouã, extrà de off.iudi.c. ex literis. ubi dicitur, quòd quidam Archiepiſcopus dedit quendam clericum ſuum aduocatum parti non habenti aduocatum, propter quod aduerſa pars appellauit. dominus Papa reprobat appellationem, & remittit appellantem ad Archiepiſcopum, mandans, ut hoc non obſtante procedat in negotio. Ita quoq; modica cauſa nõ repellit aliquem à teſtimonio, quia facilius inueniuntur mille iudices, quàm unus teſtis. Et amicitia intelligitur iuxta dictũ ff.de uerb.ſig.l.latæ culpæ.ubi dicitur, Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerunt iura cũ patrefamiliis, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Sic nec quælibet inimicitiæ repellunt teſtem, ut in Auten.de teſtibus.coll.vij.§.ſi uerò. Item recuſatur iudex, ſi ſit ſuffraganeus aduerſarij, ut extrà ut lite non conteſt.c.accedens. Item repellitur aliquis à iudicio, propter defectum teſtis, ut extrà de teſti.c.dilecto. Item recuſari poteſt iudex, ſi fuerit appellatũ ab eo, & in illa cauſa, & in alia, ut extrà de appel.c.ad hoc.j.ubi dicitur, quòd ſi ſuper aliquo negotio fuerit à iudice appellatũ, & pen.appel. appellans de delicto conueniatur, idem iudex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus. Item ſi inimicus eſt illius, qui conuenitur, ut iij.q.v.c quia ſuſpecti.ſuprà e.tit.§.ij.Ad idem ff.de Procur.l.ex illo.ſi latitet, uel inimicus poſtea fiat. Et nota quòd de qualibet cauſa poteſt iudex recuſari, quæ contra eum ſuſpicionem inducit, ut dicitur in prædicta Decret.extrà de app.poſtremo.ſuprà.e.prope. Generaliter autem quæcunq; cauſa ſufficeret ad recuſandum procuratorem, uel arbitrum, illam credo ſufficere ad recuſandum iudicem, tam ordinariũ, quàm delegatum.

Amicus aduerſarij.

Verba ſunt Gregorij.

Decret. noua.

Suffraganeus aduerſarij.

Regula.

De effectu recuſationis.

EFFECTVS recuſationis eſt, ut iuſta cauſa recuſationis

uel ſuſpicionis probata, iudex in cauſa procedere nõ debeat, ſed ſuperſedere, cum hoc tamen temperamẽto, quòd ſi iudex ordinarius recuſetur, poſsit cogere partes ad eligendos arbitros, quibus uices ſuas committat, ac deleget, & qui uice eius de principali cauſa cognoſcant, tanquam delegati, & non ſicut arbitri, ut extrà de foro com. c. ſi quis contra clericum cauſam habet, Epiſcopum eius adeat, qui ſi ut ſuſpectus fuerit recuſatus, executor ab ipſo deputetur, aut ſi hoc actor refugerit, ab Epiſcopo eſt deputandus, qui partes ſibi mutuo cõſenſu iudices compellet eligere, à quibus quicquid fuerit diffinitum, Epiſcopi ſollicitudine, ſeruata lege, modis omnibus cõpleatur. Ad idẽ xj. q. j. c. peruenit. ſuprà eſt de arbitris. §. ultra. & ij. q. vj. placuit. ſuprà. c. de aſſeſ. §. ij. C. de iud. l. apertiſsimi. ubi dicitur, Apertiſsimi iuris eſt licere litigatoribus, iudices, antequam lis inchoëtur, recuſare. Cum ex generalibus formulis ſublimiſsimę tuę ſedis ſtatutũ eſt, neceſsitatẽ imponi à iudice recuſato partibus, ad eligẽdos arbitros cõuenire, & ſub audientia eorum ſua iura proponere, licet ex imperiali culmine, iudex delegatus eſt, tamen quia omnes lites ſine ſuſpicione procedere nobis cordi eſt, liceat ei, qui ſuſpectum iudicẽ putat, antequam lis inchoëtur, eum recuſare, ut ad alium recurratur, libello recuſationis ei porrecto, cum poſt litis cont. nec appellari poſſe ante diffinitiuam ſententiam, iam ſtatuimus: nec recuſari, ne lites in infinitum extendantur, eodẽ. ſ. executore, neceſsitatem partibus per ordinarium iudicem, & omne ciuile auxilium imponente, & arbitros eligere, & ad eos uenire, & ſic litem appetere, quaſi arbitri fuerunt ab imperiali culmine delegati, quod & ſi ab imperiali maieſtate iudex delegatus non ſit, ſed ab alio culmine, idem obtinere cenſemus. Ad idem extrà de appell. c. cum ſpeciali. ſuprà eſt eo. ti. §. hoc modo. Ad idem C. de iud. l. fin. ubi dicitur, Cum ſpecialis iudex ſiue auguſta fortuna, ſiue à iudiciali culmine in aliqua prouincia, in qua incuſatus degit, datus eſt, & una pars ſuſpectum eũ ſibi eſſe dicit, ne forte abſente perſona iudicis, & in alia ciuitate eiuſdẽ prouinciæ cõmorãte, cõpellatur lõgo itinere emẽſo recuſationis libellũ ei incuſatus offerre: ſancimus, quòd ſi qdẽ præſto eſt Præſes prouincię in illa ciuitate, ubi de ea re dubitatur, licere ei, qui ſuſpectũ iudicẽ ſibi eſſe dicit, ipſum Præſidẽ adire, & hoc facere in actis manifeſtũ. Si autẽ moderator prouinciæ nõ eſt in præfato loco, hęc eadẽ apud defenſorũ locorũ, uel duumuiros municipales, geſtis apud eos habitis, celebrare,

Ordinarius cõpellit partes ad eligendũ arbitros.

Cognoſcens ſuper cauſa ſuſpicionis pro delegato habetur.

Textus l. apertiſsimi iuris. C. de iud.

brare,& iudicẽ quidem cũ recuſare:ilico autẽ, id eſt,intra triduũ proximũ,ſine ulla dilatatione compelli arbitrũ,uel arbitros eligere,&apud eos litigare : ne & datus iudex remoueatur,& alter nõ eligatur:electione uidelicet arbitri, ſi uariatũ inter partes fuerit,ſimili modo uel Præſidis prouinciæ,ſi adeſt,uel defenſoris locorũ,uel Magiſtratuũ municipij arbitrio dirimenda,& executore negotij,cui mandata eſt huius cauſæ examinatio,imminente,& ſtatuta ab arbitris effectui mãcipãte,niſi fuerit prouocatum. Tunc enim ipſe,qui antea iudicem dedit, qui ſuſpectus uiſus eſt,appellatione trutinata,formam cauſæ imponat legitimã.Si uerò delegatus ſit, qui recuſatur, non poteſt cogere partes,ut arbitros eligant,qui de principali cognoſcant, ſed ſuperſedebit à cauſæ cognitione,ut extrà de appel.c.ſecundo requiris. §.tertio poſtulas.ubi dicitur,Tertio poſtulas edoceri,cũ quis iudicẽ tãquã ſuſpectũ recuſat,an cauſam ſuſpicionis debeat allegare, & manifeſtatã corã eodẽ iudice probare:& utrũ etiã ipſe iudex in ipſo poſsit iudicio & negotio procedere,ſi ille,qui ſuſpicionẽ obiicit, cauſam eius nõ uelit uel nõ poſsit in iure probare?Ad hoc conſulti tale damus reſponſum,quòd cũ aliquis ſuſpectũ iudicem habere proponit,ſuſpicionis cauſam coram eodem iudice allegare tenetur,ne poſsit alius quilibet pro ſuæ uoluntatis arbitrio,quodlibet iudiciũ fraſtratorie declinare.Sed partes,ut in aliquẽ iudicem,uel in aliquos non ualde remotos,conueniant,per eundem iudicem,qui nominatus eſt ſuſpectus,debent cogi, corã quo uel quibus,ſi cauſa ſuſpicionis infra terminum competentẽ probata non fuerit,tunc demũ autoritate ſua utetur iudex. quòd ſi coram ipſis,in quos conuenitur,eadem cauſa ſuſpicionis probata fuerit,iudex reprobatus cauſæ cognitioni ſuperſedere tenebitur:ipſa nanq; natura & ratio dictat,& plurimis probatur exemplis,quòd ſuſpecti & inimici iudices eſſe nõ debent:cum in Decretis ſit,quòd nihil gratius uel amabilius dare ualeat quis inimico, quàm ſi ad impetendum ei commiſerit,quem lædere & damnificare intendit.Ratio uerò diuerſitatis eſt,quòd ordinarius ſuſpectus poteſt cogere partes ad eligendum arbitros,quibus committat uices ſuas,tanquã delegatus,qui cognoſcat de tota cauſa,quia ſit cũ imperio,& delegatus nõ poteſt,quia cũ delegatus nullã habeat iuriſdictione,cauſam ullã nõ poteſt delegare:& nemo inuit⁹ cogitur ire ad arbitrum, ut ff.de arbitris.l.iij. §. tamẽ.ſuprà eodẽ.de arbi. §. differt. Sed iudicium redditur in inuitum, ut ff.de uerbor.

Delegatus non cogit partes ad eligendum arbitros.

Ratio diuerſitatis.

ob.l.inter ſtipulantem.§.Stichum.in fine,ubi dicitur, ꝙ iudicium redditur in inuitū.ſuprà c.de aſſeſſ.§.ij.& ita obſeruatur de conſuetudine Bononiæ,& per totā Italiam.Quidam tamē dicūt,quòd delegatus,qui recuſatur, poteſt cogere partes,ut arbitros eligant,qui de principali cauſa cognoſcāt, per illam l.C.de iud.apertiſsimi.ſuprà eod.titu.§. Ad hoc dicas ꝙ aliud eſt ſecundum leges,& aliud ſecundum Canones. Cum ſecundum leges non ſit neceſſe probare cauſam ſuſpicionis, oportet tamen,ꝙ coram arbitris probetur cauſa principalis, quod mihi non placet ratione præmiſſa.

Conſuetudo Bononiæ & Italiæ.

Qualiter contra criminoſos agatur.

REVS ad iudiciū citatus,ſi non poteſt iudiciū declinare, reſpondere tenetur:ſed antea certificādus eſt, ſuper quo impetitur,& qualiter.Cum autē criminalia iudicia ciuilibus ſint grauiora,de iudiciis criminum primo loco tractemus,breuiter determinantes,quot modis de criminalibus agi oporteat, qualiter agendum ſit,quis agere poſsit,& qua pœna puniendi ſint criminoſi.Item in criminalibus, qualiter ſit formādus libellus recuſationis. Quatuor autē modis,ut interim de notoriis taceatur,de criminibus agi poteſt, ſcilicet in modū Denuntiationis,Inquiſitionis,Exceptionis,& Accuſationis, ut extrà de accuſ.c.ſuper his.in prin.& de ſimon.c.licet Heli. De notoriis uerò tacendū ideo dixi,quoniam in eis nec teſtibus, nec accuſatione opus eſt:ſine ipſis enim poſſunt notoria puniri,ut ij.q.j.c. manifeſta. ubi dicitur, Manifeſta accuſatione nō indigent.Ad idem extrà de accuſ.c.euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſationis,uel accuſatoris.& extrà de coha.cleri.& mu. c.tua nos.ubi dicitur,quòd ſi crimen eſt ita publicū,ut meritò debeat appellari notorium, in eo caſu nec accuſator,nec teſtis eſt neceſſarius,cum huiuſmodi crimina nulla poſsint tergiuerſatione celari. Veruntamen quidam ordo iudiciarius eſt in notoriis criminib.obſeruādus, ut arg. extrà de iureiur.c.ad noſtram. quia reus debet citari,& interrogari,& eo præſente,uel per contumaciā abſente,debet ſententiari,ut iij.q.ix.ubi dicitur, Abſente aduerſario nō audiatur accuſator, nec abſente parte altera ſentētia lata obtineat firmitatē.Ad idem c.ſequēti.ubi dicitur,Reuera iuſtus mediator non eſt, qui uno litigante & alio abſente, amborū emergentes lites decidere nō formidat:& hoc uerum eſt,niſi fuerit abſens per cōtumaciā,ut iij.q.ix.ubi dicitur,Abſens nemo iudicetur

Quatuor modi cauſarū criminalium.

Notoria crimina.

Ordo in notoriis.

dicetur, quoniã diuinæ & humanæ leges hoc prohibent,niſi fuerit abſens per cõtumaciam:tunc enim pro præſenti eũ con tumacia haberi facit. Ad idẽ ij.q.j.c.de manifeſta. ubi dicitur, Iudicis non eſt ſine accuſatione damnare,quia dominus Iudã cum eſſet fur,quòd nõ erat accuſatus,minime abiecit. Et ſi nõ citaretur,quòd ſententia non teneret,dicitur ff.quæ ſen. ſine app.reſcin.l.j. §.Interim tamẽ,ſi ex edicto peremptorio,quod nõ publice propoſitum eſt, nec ad notitiã peruenit abſentis, fit condemnatio,nullius momenti eſſe ſententiã,conſtitutiones declarant. Et nota, quòd dupliciter dicitur crimen notoriũ,ſcilicet notoriũ facti,& notoriũ iuris. Notoriũ iuris eſt illud crimen, de quo quis canonice condemnatur,uel quod nõ diffitetur, ut extrà de coha. cleri.& mu.c.ueſtra duxit.ubi dicitur,ꝙ notoriũ iuris eſt illud crimen, de quo quis canonice cõdemnatur,uel quod non diffitetur. Ad idem ff.de reg.iur.l.res iudicata pro ueritate accipitur. Notoriũ facti,aliud eſt prҫſumpti,aliud manifeſti. Notoriũ facti præſumpti eſt, ut paternitas, filiatio,&c.ff.de in ius.uo.l. quod ſemper. ubi dicitur, ꝙ ſemper mater certa eſt, etſi uulgò conceperit: pater uerò eſt, quẽ nuptiæ demonſtrant. Ad idem extrà de filiis presb.c. conquerente.ubi dicitur,quòd ſi publicum eſt,& notoriũ patrem in Eccleſia perſonatum habuiſſe,filius eius ibidem miniſtrare, aut perſonatum eiuſdem Eccleſiæ habere nõ patiatur. Et conſanguinitas dicitur notoria,præſumptiuè, ut extrà de diuort. c.porro. Notoriũ facti manifeſti, eſt crimẽ de quo fama publica ſuum prҫſtat adminiculum,& ipſa rei euidẽtia proteſtatur, nec poteſt aliqua cauſa tergiuerſationis celari,ut extrà de coha. cle.& mul.c.tua nos.ſuprà eo.tit. §.ultimo. Et quocunque modorũ iſtorũ crimen notoriũ ſit,poteſt iudex ex officio ſuo punire criminoſum,quãuis corã eo nõ accuſetur,nec teſtibus cõuincatur. Si uerò crimẽ nõ ſit notoriũ,licet ſit publicũ, ſeruandus eſt ordo iuris, ut xj.q.iij.c.corũ.ubi dicitur, Eorũ qui accuſantur,diſcutere cauſas nõ licet prinſquã canonice uocati,ad Synodum ueniant,& præſens præſentẽ ueraciter cognoſcat,& intelligat quæ ei obiiciuntur:quod & per ſapientiã Salomonis dicitur, Antequã ſcias,nõ repræhendas:intellige præſens,& tunc increpa. Sed quæri poteſt, Quomodo ſciet iudex crimen alicuius eſſe notoriũ? Reſpondeo, ꝙ per facti euidentiã,ſi ſit illius loci habitator,uel ſi fuerit ei probatũ per duos legitimos teſtes,quòd crimẽ ſit notoriũ,uel quòd omnes pro clamãt cõmiſſum fuiſſe crimen, ut iij.q.j.c.ſcelus.ubi dicitur,

Notorium duplex.

Iuris.

Facti præſumpti.

Facti manifeſti.

Notoriũ quomodo agnoſci, uel dici debeat.

f ſ quòd

quòd crimen Lotharij Regis erat manifeſtum, quod publice tenebat Galgadram & Geldrudam. Et nota, quòd qualitercũq; agatur de crimine, ſi certa pœna inueniatur ſuper hoc in iure ſtatuta, illa eſt delinquentibus imponenda, alioquin puniri debent iudicis officio, uel arbitrio, ut extrà de off. deleg. c. de cauſis. §. ij. ubi dicitur, uerſus finem, quòd illi, qui nolunt uenire ad citationem iudicis, ſi fuerit tale negotiũ, quod certa ex inde pœna Canonib. exprimatur, uel infligatur, illa debet infligi. Alioquin iuxta qualitatem delicti & cauſæ, ſecundum arbitriũ iudicis, debet puniri cõtumax. Ad idem ff. de iure delib. l. j. §. Ait Prætor, ſi petet dabo tempus. Cum dicit tẽpus, nec adiicit diem, ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicẽtis poteſtate, quem diem præſtituat. Cum uerò in modum denũtiationis agitur de crimine alicuius, tunc non eſt inſcriptio neceſſaria, ſed charitatiua debet præcedere admonitio, ut pœniteat & à malo recedat, & monendus eſt ſecũdum regulã Euangelicã, quam habes ij. q. j. ſi peccauerit. Vnde ſi te denũtiator non præmonuerit, repellitur à denuntiatione, ut extrà de accuſ. c. cũ dilectus. ubi ponitur talis caſus: Quidam Clerici denunciabãt quædam crimina de quodam Epiſcopo, Epiſcopus repellebat eos de denunciatione, quòd erãt excommunicati, propter concubinas, quas habebant, & quòd nõ præmonuerunt eum ſuper criminibus obiectis, & ꝙ erãt cõſpiratores in eum. dicit Papa, quòd ſi uerum eſt, alterũ illorum non debere admitti ad denunciationem, & etiam ab accuſatione repelluntur, quòd non præmonuerunt &c. ut extrà de accuſat. c. ſi quis Epiſcopus. Et nota quòd criminoſi & infames, & inimici poſſunt à denunciatione repelli per illud Euangelicum, Hypocrita, eiice primo trabem ex oculo. Et facit ad idem iij. q. vij. c. qui ſine. ubi dicitur, Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quidẽ peccata punienda ibant, & ſua relinquebant impunita: reuocentur itaq; ad cõſcientiam intus, ut prius peccata propria corrigant, & ſic aliena repræhendãt. Idem dictum eſt de eo, qui proſequitur inquiſitionẽ, ut extrà de accuſat. c. cum oporteat. uerſus finem, ubi dicitur, quòd ſi fuerit ad inquiſitionẽ procedendum, ipſos, quos eius eſſe cõſtiterit inimicos, nec ad proſequendam inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimonium aduerſus ipſum admittatis. Pœna huius proceſſus eſt talis, quòd debet pœnitentia ſibi imponi pro illo crimine, & credo propter hoc eum non eſſe deponendum à dignitate uel ordine, niſi delicti quantitas cogeret iudicem

Si procedatur in modum denuntiationis.

Qui repellantur à denũtiatione.

Pœna quæ ex denuntiatione infligitur.

dicem aliter procedere: puta quòd conuictus eſt de ſimonia, de qua non poteſt pœnitere, retento eo, quod ſimoniacè acquiſiuit: uel niſi infamatio inde, uel ſcandalum oriatur, ut ij. q.iij.c.ſi mala fama.& extrà de accuſat.c.inquiſitionis.§.ulti. ubi dicitur, quòd propter malam famam, & deponentium credulitatem duntaxat, non erit ad depoſitionem procedẽdum, ſed infamato poterit Canonica indici purgatio, ſecundum arbitrium iudicantis: quoniam propter dicta duorum, uel paucorum, non eſt ad depoſitionem procedendum, & eum infamatum reputare non debet, cum apud bonos & graues eius læſa opinio non exiſtat. Si uerò agatur in modum inquiſitionis, ſimiliter inſcriptio non eſt neceſſaria, & iudex procedere debet in cauſa cum executore inquiſitionis, & etiam ſine illo. Veruntamen fama præcedere debet inquiſitionẽ, non ſemel, ſed ſæpe, & apud bonos & graues procedere debet, aliter nõ debet fieri inquiſitio: ſicut expreſſe habetur extrà de accuſ.c. qualiter & quando. ubi dicitur, quòd non ſolum cum ſubditus, uerumetiam cum Prælatus excedit, ſi per clamorem & famam eius exceſſus ad aures peruenerit ſuperioris, nõ quidem à maleuolis & ſuſpectis, ſed à prouidis & honeſtis, nec ſemel, ſed ſæpe, quia clamor innuat, & diffamatio manifeſtet, debet iudex coram Eccleſiæ ſenioribus ueritatem diligentius perſcrutari: ut ſi rei popoſcerit qualitas, Canonica diſtinctio culpam feriat delinquentis. Non tamen, ut idem accuſator ſit & iudex, ſed quòd denuntiante fama, & deferente clamore, officij ſui debitum exequatur. Et poſtea in fine c. dicitur, Sicut accuſationem legitimam debet præcedere inſcriptio, ſic & denuntiationem charitatiua admonitio, & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio debet præuenire. Ad idem extrà de ſimon.c.licet Heli.in princip. ſuprà eodem ti.§.j.Citari autem debet is, qui infamatus dicitur, ut audiatur eius exceptio, ſi quam habet, ut in præallegata Decret. & c.prædicto, qualiter & quando. circa medium, ubi dicitur, quòd præſens debet is eſſe, cõtra quem facienda eſt inquiſitio, niſi per contumaciam ſe abſentet: & exponenda ſunt illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum, & non ſolum dicta, ſed & nomina teſtium ſunt ei, ut quid, & à quo ſit dictum, appareat, publicanda: nec non exceptiones, & replicationes legitimæ ſunt admittendæ, ne per ſuppreſsionem nominum infamandi, & per exceptionum excluſionem deponendi falſum, audacia præbea

Si agatur in modum inquiſitionis.

Citãdus eſt de quo inquiritur.

præbeatur. Ad idem extrà eo.c.inquiſitionis.in prin.ubi dicitur, quòd eius exceptio debet audiri. Pœna huius proceſſus talis eſt, quòd Prælati debent ab adminiſtatione amoueri. Minores uerò debent ab officio & beneficio deponi, uel priuari, ut habetur expreſſe in illo c.qualiter & quãdo. circa mediũ, ubi dicitur, ſi facta fuerit inquiſitio, & grauis fuit exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamẽ amoueatur, ut melius poteſt fieri, ſcilicet ad arbitrium iudicis cõſiderata quãtitate criminis & perſonæ, & aliarum circũſtantiarũ, ut extrà de ac.c.inquiſitionis. §.ſecũdo quæſiuiſti.in fine, ubi dicitur, quòd ſecũdum perſonæ merita, & qualitatẽ exceſſus, pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari. Et nota, quòd ſi fiat inquiſitio contra aliquem, & probetur contra eũ per dicta teſtium aliud crimẽ, de quo non eſt infamatus, nõ eſt propter hoc puniendus, ut expreſſe traditur extrà de ac.c.inquiſitionis. §.tertiæ dubitationis.ubi dicitur, Nullũ eſſe pro crimine ſuper quo nõ laborat aliqua infamia, ſeu clamoſa inſinuatio præceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendũ: quinimo ſuper hoc depoſitiones cõtra eum recipi non debere, cum inquiſitio ſuper illis ſolummodo fieri debeat, de quibus clamores aliqui præceſſerũt, nec ad petitiones eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendũ eſt ad inquiſitionem, ſuper contentis ibidẽ criminibus. Si autem in modũ exceptionis obiicitur crimen alicui, ſimiliter nõ eſt inſcriptio facienda, nec admittitur ad accuſandum, niſi cuius intereſt, ut extrà de teſtibus.c.ueniens. Veruntamen diſtinguitur, utrum obiiciatur crimẽ in modum exceptionis teſti uel accuſatori, ut à teſtimonio, uel ab agendo repellatur, aut proponẽdo, ut non confirmetur, uel non ordinetur. Et in duobus primis caſibus probato crimine, repellitur teſtis à teſtimonio, & accuſator ab accuſatione. Sed nõ debẽt aliqua pœna puniri, ut extrà de ord.cog.c.cũ dilectus. ubi dicitur uerſus finem, quòd cum aliquod crimen teſti obiicitur in modum exceptionis, ut ſic à teſtimonio repellatur, & ſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo pœna ſibi infligetur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur: quod ea ratione contingit, quoniã accuſatio in ipſum non proceſſit. Teſtes autẽ, quorum teſtimonium reprobatur, inter infames, quaſi ex falſo teſtimonio, non habentur. Ad idem extrà de excep.c.j.infrà de accuſat. Ad idem ff.de his qui notãtur infamia.l.Lucius Titius. Et nota, ꝙ aliquis punitur in eo, in quo nõ directè cõtra eum

Pœna in inquiſitione.

Probans de alio crimine, quàm quod ab initio intendebat, non eſt audiendus.

Cũ agitur de crimine in modum exceptionis.

Diſtinctio.

Indirecte quis etiam non accuſatus punitur.

eum eſt actum, ſcilicet, cũ teſtis confiteatur crimẽ, uel conuincatur ſuper crimine, quod contingit principale negotium, ut probatur extrà de excep.c.deniq; in fi. ubi inuenitur, ꝙ ſi crimen teſti obiiciatur, quod cauſam cõtingit principalẽ, probato crimine punitur & repellitur. Ad idẽ extrà de cõfeſ.c.cũ ſuper. infrà eod.tit. §.ulti.& extrà de elec.c.per inquiſitionẽ. Similiter ſi teſtis arguatur de falſo, & hoc probetur, punitur teſtis, ut extrà de crimine falſ.c.j. ubi dicitur, Falſus teſtis, prout crimẽ eſt, puniatur.& iiij.q.iij.c.ſi teſtes.uerſi.vj. Item qui falſo uel uariẽ. infrà eo.tit. quibus teſtibus ſit fides adhibẽda. Similiter punitur maritus, qui agit de adulterio, & excipiatur de lenocinio, ut probatur ff.ad l. Iul.de adulter.l.j.§.ſi publico iudicio maritus uelit uxorem ſuam ream facere, an lenocinij allegatio repellat maritum ab accuſatione? & puto nõ repellere, lenocinium igitur maritũ onerat, nec mulierem excuſat. Vnde quæri poteſt, an is, qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere in maritum ob lenocinium poſsit. & puto poſſe. Nã Claudius Gorgonius uir clariſsimus, uxorẽ accuſans, cũ detectus eſſet uxorẽ in adulterio dephræhenſam retinuiſſe, etiã ſine accuſatore damnatus eſt à Diuo Seuero. Idem dico, ſi confiteatur crimen, principale negotium cõtingens, ut in prællegata Decret.per inquiſitionem. & in illa, cũ ſuper. Teſtis uero qui in ferendo teſtimonio uariat, aut uacillat, in uinculis mancipatur, ut de accuſ.c. ſuper*ijs. Et ita patet, ꝙ ſi crimẽ obiiciatur teſti uel accuſatori, & probetur, nõ ſolũ remouetur ab accuſatione, ſed etiam punitur, cũ ſcilicet crimen quod obiecit, tangit principale negotiũ: quod eſt contra illud generale ſuprà, quòd nullus debeat ſine accuſatore damnari, ut ij.q.ij.c. de manifeſta.& xxiij.q.iiij.ſi quis poteſtatem, ſuprà eo.tit. Fallit tamẽ in ijs caſibus. Cũ ſuſpecta ſcriptura in iudicio profertur. tunc enim qui eã profert, niſi fidẽ aſtrinxerit, quaſi falſarius cõdemnatur, ut C.de probat.l.iubemus omnes, qui ſuſpectas ſcripturas cõminiſcũtur, cum quid in iudicio promũt, ut ſi etiã & ipſi aſtruxerint ueritatẽ, ut nefariæ ſcripturæ reos, & quaſi falſarios eſſe detinendos. Alius caſus eſt, ſi teſtis procax fuerit in ferendo teſtimonio, uel uerba ſuſpecta dixerit, ut C.de teſtibus.l.nullũ penitus. infrà tit.de iuramento teſtium, Tertius, ſi ſuſpectus fuerit tutor, ut ff.de ſuſpect.tuto.l.tutor, §.tutores qui repertorium non fecerunt, uel pecuniam, neq; ad prædictorum emptionem conferre, neq; deponere pertinaciter perſtant, quo ad emptionis occaſio inueniatur, uinculis

Maritus agens de adulterio, uxor excipiens de lenocinio.

Mitius noſtri iudices

**Impertinens eſt quod hoc c. dicitur, ſed facit huc l.iubemus. in fi.C.de probat.*

In modum except.de crimine cõuictus punitur, ſi tangit negotium principale.

Caſus ubi ſine accuſatione quis dãnatur.

lis publicis iubentur cõtineri, & inſuper pro ſuſpectis haberi. Quartus eſt, ſi quis corrupit teſtes aduerſarij, ut ij.q.vij.§.iij. uerſic. Si quis autẽ ex litigatoribus. Et alius caſus eſt, ſi maritus accuſet uxorem ſuam de adulterio, & ipſa excipiat de lenocinio, ut ſuprà eod. Et hoc eſt, quando huiuſmodi crimina contingũt, principale negotium. Plures autem alij caſus ſunt, in quibus condemnatur quis ſine accuſatore, aut ſine inquiſitione uel denuntiatione, ut in notorijs. Et nota quòd ſi aliquis delinquat in iudicem, punitur à iudice nulla exceptione obſtante, ſcilicet quòd non competens iudex ſit eius, qui delinquit, ut C. de teſtibus. l. nullum penitus. infrà eod. de iuramento teſtium. Sed ſi obiicitur promouendo, ne confirmetur uel ordinetur, hic ſimiliter diſtinguitur, aut obiicitur ante cõfirmationẽ uel poſt: ſi ante confirmationem obiicitur & probatur, impedit promouẽdum, ſed nõ deiicit iam promotum, etſi perdat ius, quod ſibi fuerat Canonice acquiſitum. Si uerò obiicitur crimen electo poſt confirmationem, ut à conſecratione repellatur, licet ille qui obiicit non teneatur inſcribere, tamen ad aliquam pœnam extraordinariam, ad arbitrium iudicis ſe obligare debet, quod cum hoc modo crimen probatur, perdit quod per cõfirmationem & electionẽ ei fuerat acquiſitum, ſed prius habitum non amittit, ut extrà de accuſa. c. ſuper ijs. Et nota, quòd in hoc caſu, & alijs duobus caſibus præcedentibus, laici bonę famæ contra clericos admittuntur ad agendum & teſtificandum, ut extrà de teſtibus. c. tam literis. ubi dicitur, quòd quidam electus fuit accuſatus ſuper matrimonio, quod ille dicebatur cõtraxiſſe cum quadam uidua: & cum ille inficiaretur, quæſitum fuit utrum laici uel fœminæ poſſent admitti ad teſtimonium perhibendũ contra eũ: & dicitur quòd ſic. ratio Decretalis talis eſt, quòd ciuiliter agebatur. Item quæritur utrum laicus poſsit accuſare Prælatũ de crimine non excepto ciuiliter, ut ſcilicet remoueatur ab adminiſtratione, & poteſt dici, quòd ſic, ut probatur extrà de teſtibus. c. ex parte. & eſt ratio, quòd Laicorum intereſt, ut bonũ habeant Prælatum: quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, ut xlvj. diſt. c. ecce. §. ſolicite. & iij. q. vij. in grauibus. Cum igitur eius interſit, poteſt agere. Ad hoc ij. q. vij. non ſolent. ubi dicitur, Non ſolent audiri appellantes, niſi quorum intereſt. Ad idem extrà de elec. c. cũ inter R. & infrà eod. de app. §. ij. nec tenetur inſcribere, cum ciuiliter agatur, licet ad pœnã teneatur, ſi defecerit

Delinquens in iudicem, corà quo agit, indiſtincte punitur.

Si promouendo, uel electo crimen obijciatur.

Punitur quis, etiamſi non inſcribat pro motu iudicis.

Laicus ciuiliter poteſt præ latum ſuũ accuſare.

Iũge cum hoc loco c. fin. di. lj. & c. qui epiſ. diſtin. xxiij. Et uidebis quales hodie Silenos pro epiſcopis habeat Eccleſia.

fecerit, ut extrà de accuſatio.c.ſuper ijs. Præterea nota, quòd unus ſolus Epiſcopus in quolibet prædictorum modorum de criminibus ſubditorum cognoſcere & iudicare poteſt, unde licet de criminibus agatur, non tamen illæ cauſæ ſunt criminales: ſed quaſi ciuiles, & ciuiliter agitur, ut extrà de ſimo.c.per tuas. ubi dicitur, quòd cõtra Abbatem quendãde ſimonia, & periurio, & dilapidatione agebatur ciuiliter, ut remoueretur ab adminiſtratione, non criminaliter, ut degradaretur ab ordine, de quo Abbate loquitur plene c. extrà de ſimo. licet Heli. Cum igitur in modũ accuſationis obiicitur crimen Clerico uel Laico, in hoc caſu, ſi criminaliter agitur, eſt inſcriptio neceſſaria, & accuſator tenetur ſe obligare ad pœnã talionis, ſicut legitur extrà de ſimo.c.licet Heli.ij.q.viij.quiſquis.ubi dicitur, Quiſquis ille eſt, qui crimẽ intendit, in iudicium ueniat, nomen rei indicet, uinculum inſcriptionis accipiat, & cuſtodiæ ſimilitudinẽ, habita dignitatis æſtimatione, patiatur: nec impunitã ſibi fore nouerit licentiã mentiendi, cũ calumniantes ad iudicium poſcat ſimilitudo ſupplicij. Et qui non probauerit quod obiecerit, pœnã, quam intuliſſet, pati debet, ut ij. q.iij. per totum: & maxime in illo capitulo, qui uero. ubi idem de uerbo ad uerbum dicitur. & c. Calumniator ſi in accuſatione defecerit, talionem recipiat. Et hoc quidem generaliter uerum eſt, quòd nullus auditur accuſans ſine libelli inſcriptione, in quo obliget ſe ad pœnã talionis, exceptis quibuſdã caſibus. Primus eſt in crimine abigeatus, in quo etiã auditur ſine libelli inſcriptione, ut C. de abigeis. l. unica. ubi dicitur, Abacti animalis accuſatio, non ſolũ cum inſcriptionibus, ſed etiã ſine ea obſeruatione proponitur. & ff. eod. l. abigeatus. & l.j. §. ult. eo. Et qui ſint abigei? dic, qui decẽ oues, porcos quatuor, equũ unum, bouem unũ frequenter abegerunt, ut ff. eo. l. oues. & in Auten. de nupt. §. mitiores. Secũdus eſt in leuibus & paruis criminibus, ut ff. de accuſat. l. leuia. ubi dicitur, Leuia crimina audire & diſcutere de plano, id eſt, ſine inſcriptione, Procõſulem oportet, & uel liberare eos, quibus obiiciuntur, uel fuſtibus caſtigare, uel flagellis cæſos dimittere. Tertius eſt in ijs, quæ ab officialibus, Præſidibus referuntur, ut C. de ac. l. ea quidem, quæ per officium, id eſt, per officiales (erant enim quidam, qui ad hoc deputabantur. ff. de off. Præfect. urb. l.j. §. & ſane) denunciantur Præſidibus, etiam citra ſolennia accuſationum poſſe perpendi, incognitum non eſt. Verum falſis néne notorijs inſimulatus ſit, perpẽſo iudicio diſpici debet. Nam

Si agatur in modum accuſationis.

Pœna talionis.

Caſus in quibus non eſt neceſſaria inſcriptio.

In leuibus criminibus.

Si deferant cõductitij Præſidibus.

Nam tunc non crimen, ſed notorium eſſe ſufficeret probare.

In crimine Apoſtaſiæ.

Quartus eſt in crimine Apoſtaſiæ, ut C.de apoſta.l.apoſtatarum ſacrilegum nomen ſingulorũ uox continua accuſatione infeſtet, uel inceſſet, & nullis finita tẽporibus (niſi intra quinquennium poſt mortem, ut C.eo.tit.l.ij.) huiuſmodi criminis arceatur indago, quibus quãuis præterita interdicta ſufficiãt, tamen etiam id iteramus, ne poſtquam à fide deuiauerint, teſtandi aut donandi quicquam facultatẽ habeant. Sed nec uenditionis ſpecie legi fraudem facere ſinantur, totumq; ab inteſtato Chriſtianitatem ſectãtibus propinquis potiſsimũ deferatur. Intantum autem cõtra huiuſmodi crimina (cum alia crimina uſq; ad xx. annũ regulariter porrigantur, ut C.ad l.Cor. de fal.l.querela.) perpetuari uolumus actionẽ, ut uniuerſis ab inteſtato uenientibus, etiam poſt mortem peccantis abſolutã uocem inſimulationis cõgruæ nõ negemus. Nec id patiemur obſtare, ſi nihil in conteſtatione dicatur uiuente prophano productũ. Sed ne huius interpretatio criminis, latius in incertó uagetur errore, eos præſentibus inſectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis induti, ſacrificia ſacrilega uel fecerint, uel facienda mãdauerint. Quorũ etiam poſt mortem cõprobata perfidia, hac ratione plectenda eſt, ut donationibus teſtamẽtisq; reſciſsis, ij, quibus hoc deferret legitima ſucceſſio, huiuſmodi perſonarum hęreditate potiantur.

Praſcriptio criminũ regulariter xx. annos requirit.

Si contrahat Chriſtianus cum Iudæa.

Quintus eſt cum accuſatur Chriſtianus, quòd contraxerit cum Iudæa, uel ecõtra. C.de Iudęis.l.ne quis Chriſtianã mulierem Iudęus accipiat in matrimoniũ, nec Chriſtianus Iudææ matrimonium, uel coniugiũ ſortiatur. Nã ſi quis aliquod crimen huiuſmodi fecerit, adulterij uicem cõmiſsi, huiuſmodi crimẽ obtinebit, libertate accuſandi publicis quoque uocibus relaxata.

Maritus accuſans de adult.

**Huius capituli ſenſus eſt, ꝙ in Eccleſiaſtico foro citra inſcriptionem: in ciuili autem cũ inſcriptione procedẽdũ ſit. Cui contrariũ eſt, quod dicitur ĩ l.quãuis. ij.C.de adult.*

Sextus caſus, ſcilicet cũ maritus accuſat uxorẽ ſuam de adulterio iure mariti. Sed hunc caſum non excipio per Decret. extrà de Procur.c.tuæ * fraterni. ubi dicitur, Quòd ſi uir accuſat uxorem ſuam de adulterio coram iudice Eccleſiaſtico, ad thori ſeparationem, etſi debeat inſcribere, ut deſignet in ſcriptis crimen, locum, & tẽpus, & alia, quæ cõpræhenduntur in iure Ciuili, non tamen debet ſe ad pœnam talionis inſcribere, quia ſic haberet intentionem ſuam, etſi deficeret in probatione.

Quis poſsit accuſare.

Delicta priuata.

SEQVITVR uidere quis poſsit accuſare. Ad quod ſciendum eſt, quòd crimina quædã ſunt priuata, ut crimẽ furti, iniuriarum, abigeatus, & ſimilia: ad horum accuſationem non admit

admittitur,niſi cuius intereſt, ut ff.de priua.delict.l.j. & per totum tit.Quædam uero ſunt publica,ſicut homicidiū,adulterium,crimen læſæ maieſtatis,& ſimilia:ad quorum accuſationem contra Laicos admittitur quilibet de populo, & non contra clericos,dummodo ſint integræ famæ,ut inſtit.de publicis iud.in prin.Publica autē dicta ſunt,quòd cuiuis ex populo exequutio eorū plerunq; datur. Infames autem & crimi noſi ab accuſatione ſecundum Canones repelluntur, ut ij.q. vij.ubi dicitur, Quærendum eſt in iudicio, cuius ſit conuerſationis & fidei,qui accuſat,& is qui accuſatur:quoniam hi qui non ſunt bonæ fidei uel conuerſationis,& quorū uita eſt accuſabilis,quorumq; fides & libertas neſcitur,non permittūtur maiores natu accuſare,neq; uiles perſonæ in eorum accuſatione recipiuntur.Ad idem eodem c.ſi qui ſunt.ubi dicitur, Si qui ſunt uituperatores, uel accuſatores Epiſcoporum, aut reliquorum ſacerdotum, non oportet eos à iudicibus Eccleſiæ audiri,antequā eorum diſcutiatur æſtimationis ſuſpicio, uel oppoſitio,& qua intentione,qua fide,qua uita,qua conſcientia, quo merito,ſiue pro Deo, aut pro uana gloria, aut pro inimicitia,uel odio,uel cupiditate iſta præſumpſerint.Ad idem vj.q.j.ubi dicitur, Infames perſonas eas credimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia,& omnes qui Chriſtianæ religionis normam ſponte abiiciunt,& ſtatuta Eccleſiæ contemnūt.Similiter fures,ſacrilegos,& omnes criminibus capitalibus irretitos,ſepulchrorūq; uiolatores,& omnes qui aduerſus patrem calumnioſe armantur, qui in omni mundo infamia notātur. Similiter & inceſtuoſos,homicidas, periuros, raptores,maleficos,ueneficos,adulteros,de bellis publicis fugiētes,& qui indigna ſibi petūt loca teneri,aut facultates iniuſte auferūt Eccleſiæ, aut qui fratres calumniātur,aut accuſant & nō probāt, aut qui cōtra innocentes Principū animū ad iracūdiam prouocāt,& omnes anathematizatos,uel prorſus ſceleribus ab Eccleſia repulſos, & omnes quos Eccleſiæ, uel ſeculi leges infames pronuntiāt.Hi nimirū omnes,nec ſerui ante legitimam libertatē,nec pœnitentes,nec bigami, nec illi qui curiæ deſeruiunt,uel qui nō ſunt integri corpore,aut ſanā non habent mentem,aut intellectū,aut ſanctorū patrum decretis inobedientes exiſtunt, aut qui furioſi manifeſtātur: hi omnes inquā,nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec ad accuſationē uel atteſtationem ullatenus admitti.Nota tamen q; infamis infamē accuſare nō poteſt,aut criminoſos crimino

Publica.

Infames accuſare nō poſſūt.

Perſonarum quæ ad accuſandum nō admittuntur catalogus.

Neque infamis infamē accuſare poteſt.

ſus,ut xxxij.q.vj.nihil iniquius, q̃ cauſa fornicationis uirũ di mittere uxorẽ, ſi & ipſe cõuincitur fornicari.occurrit enim il lud, In quo aliũ iudicas,teipſum condẽnas.etenim eadẽ agis, quæ tu iudicas.Quapropter ſi qs fornicationis cauſa uult abiicere uxorẽ ſuam, prius debet à fornicatione purgatus eſſe, quod ſimiliter de fœmina dixerimus. Ad idẽ iij.q.vij.c.iudicet.ubi dicitur, Iudicet ille de alterius errore, qui nõ habet in ſeipſo quod cõdẽnet. Iudicet ille, qui nõ agit eadẽ, quę in alio putauerit eſſe puniẽda, ne cũ de alio iudicet, in ſeipſum ferat ſententiã.ſuprà eo.tit.de off.aduo.in ſi. Ad idem C.ad l.Iul.de adul.l.quoniã Alexandrũ.Sed ſit argumẽtum à cõtrario ſenſu. iij.q.vij.c.alieni uel alicui.ubi dicitur, quòd infames non permittuntur impetere recte credẽtes, & ſanctorũ patrũ ſanctionibus obtẽperantes,ergo è diuerſo infames & hæreticos poſſunt impetere.ſed dici poteſt, ꝙ ſpeciale ſit, infames poſſe accuſare hæreticos, & hoc ꝓpter criminũ magnitudinẽ. Itẽ ſpeciale eſt in Epiſcopo, qui Clericos ſuos familiares non poteſt repellere, obiectu criminis, ſi ab eis fuerit accuſatus, ut extrà de accuſ.c.nullus.& hæc ratio eſt, ꝙ non debet prauos homines habere familiares, ut ij.q.vij.ubi dicitur, Cum paſtoris uita exemplo debeat eſſe diſcipulis, plerũq; Clerici, qualis in ſecreto ſit uita ſui Pontificis, minus q̃ ſeculares pueri ſciunt. De qua re præſenti decreto ſtatuimus, ut quidam ex Clericis uel etiã ex Monachis electi miniſterio cubiculi Põtificalis obſequãtur, ut is, qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui uerã eius in ſecreto uideãt cõuerſationẽ, & ex ſedula uiſione, exemplũ profectus aſſumãt. Et ſic patet, ꝙ criminoſus poteſt repelli obiectu criminis. Sed obſtat adhuc extrà de except.c.à nobis.ubi dicitur, Excõmunicatus maiori excõmunicatione, nõ poteſt repellere excõmunicatum minori excõmunicatione, à ſua accuſatione, ſed ibi ſupple (maxime.) Item ar.contrà iij.q.finali.c.neganda eſt accuſanti licentia criminandi, niſi ſuas, ſuorũq; iniurias proſequatur, in pari uel minori crimine, prius quàm ſe crimine, quo premitur, exuerit: & ita patet, ꝙ ſi de maiori crimine accuſatorẽ accuſare uoluerit accuſatus, bene poteſt. Verbi gratia, ſi accuſatus de fornicatione, uoluerit de periurio, uel homicidio, uel ſimonia, uel ſimili crimine accuſatorem impetere, bene poteſt, ut iij.q.fina.c.nõ eſt. §.hoc autem.ubi dicitur idem. Ad hoc reſpondetur, quòd aliud eſt in accuſatione, aliud in exceptione: quoniam obſtat crimen in accuſatione, ut in præallega. proxi.c. In exception. uerò

Epiſcoporum contubernia.

Accuſatus de minori crimine poteſt accuſantẽ de maiori recõuenire.

non ob

non obſtat, ut vj.q.j.qui crimen intendit.& infrà de ordi. cog. uerſus finem. Nota tamen quòd in criminibus exceptis admit tuntur infames, ſi ſuam ſuorũq; iniuriam proſequantur, ff.de adulter.l.maritus. §.lex Iulia. ubi dicitur, Nec enim præſcriptio obiicitur ſuã iniuriã uendicanti. Ad idem iiij.q.vj.ubi dicitur, Omnibus enim quib^9accuſatio denegatur, in cauſis propriis, accuſandi licentia non eſt deneganda. Crimina excepta ſunt hæc, crimen læſæ maieſtatis, perduellionis, crimen hæreſeos, ſimoniæ, ſacrilegij, & ſecundum quoſdam, crimen fraudati cenſus. In his quidem criminibus, Clerici contra Laicos, & econtra, indifferenter admittũtur, tam ad accuſandũ, quàm ad teſtificandũ, nec repelluntur ratione criminis, uel infamiæ, niſi ſint conſpiratores, uel inimici capitales, quoniam tales in nullo caſu audiuntur, nec cõtra Laicos, nec contra Clericos, ut extrà de ſen.& re iud.c.cum I.& A.in fine.ubi dicitur, quòd conſpiratores non debent admitti contra Abbatem quẽdam, qui accuſabatur ſuper ſimonia, & dilapidatione, & periurio. Ad idẽ extrà de ſimo.c.licet Heli.& c.per tuas.uerſ. ſi utriuſq;. in quibus idem dicitur. Circa Clericorum uero accuſationes, excluſis quorundam magiſtrorum opinionibus, ita tenendũ eſt, quòd nullus admittatur, niſi ſit Clericus, uel eſſe poſsit illius ordinis, cui^9eſt, q accuſatur: unde crimonoſi & infames, & cæteri irregulares, qui ſacerdotes eſſe nõ poſsũt, eos accuſare non ualent, ut ij.q.vij.c.nullus.ubi dicitur, Nullus Laicus audeat Clerico crimen inferre. quaſi diceret, Laico non licet quẽlibet Clericum accuſare.& vj.q.j.c.qui crimen intendit. Laici uerò nullo modo poſſunt Clericos accuſare, niſi ſuã, uel ſuorum iniuriam proſequantur, ut extrà de teſtibus. c.de cætero Laicos contra Clericos, & maxime in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum Canonum manifeſtius edocet, niſi forte ſuam, ſuorumq; iniuriam proſequãtur: nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem admittuntur tãtum. Et hoc niſi criminibus exceptis ſuperius nominatis: modo Laici fuerint bonæ famæ & uitæ, aliter non eſſent crimina excepta. Si uero Laici ſunt criminoſi irregulares, uel infames, non admittuntur ad Clericorũ accuſationem, niſi mala fama reſperſi ſint ipſi Clerici. Hæc omnia habes extrà de ſimo. ubi dicitur, Tanta eſt labes huiuſmodi criminis, quòd etiam ſeruus aduerſus dominum, & etiam quilibet criminoſi admittũtur ad accuſationẽ huiuſmodi criminis. Ad idẽ ij.q.j.c.in primis, uerſ. quod autẽ dicitur de ſeruis.& extrà de ſimonia.c.

Crimina excepta, q̃ & quot.

In nullo penitus caſu audiuntur inimici.

Vera autoris ſententia circa clericorum accuſationes.

Simoniæ crimen.

per tuas.eo ſemper ſaluo, quòd capitales inimici, ſeu conſpiratores in nullo caſu cõtra Clericos admittuntur, ſicut ſuprà

Extenſio. dictũ eſt. Et omnia quæ dicta ſunt de accuſatione Clericorũ, intelligas de accuſatione Monachorũ & Monacharũ locũ habere, ut extrà de accuſ.c.meminimus.ubi dicitur, quòd quædã monacha accuſata fuit de ſimonia inſtituta accuſatione corã legitimo numero Epiſcoporũ, qui numerus habetur ſuprà de off.deleg.in fine. Si uerò reus nõ uenerit ad iudiciũ, procedendum eſt contra eũ, ſicut notauimus in ti.de contum.& nõ ueni.ad iudiciũ. Si autem datis legitimis induciis uenerit, & lit. conteſt. facta fuerit conuictus uel confeſſus, pœna legitima feriatur, ut iij.q.ix.ubi dicitur, Decernimus intra noſtrã prouinciã debere eſſe iudiciũ, & congregare ſynodum ante diem Calendarum Nouembrium, ut ſi uoluerit accuſatus adeſſe præſens, confidenter ad obiecta reſpondeat. Si uerò adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de ſua abſentia non lucretur. Ad idem extrà de confeſsis.c.cum ſuper accuſatione.ubi dicitur, quòd quidã confeſſus eſt ſe cõmiſiſſe ſimoniã, quòd acceperit obligationẽ L.Saracenorum, ut cõſentiret electioni cuiuſdã:

Si certa pœna non ſit à lege expreſſa. unde fuit ſuſpenſus ab officio &c. Si autem certa pœna non inuenitur expreſſa à lege de crimine, iudicis arbitrio ſtatuitur, ut dictũ eſt ſuprà e.tit. Et in ſumma notabis, quòd in cauſa criminali claræ debent eſſe probationes, ut ij.q.iij.c.j.ubi dicitur, Si quis contra huiuſmodi perſonas de crimine accuſatus, non probãdas detulerit querelas, accuſator autoritate huius

Probationes in criminalib. debent eſſe luce clariores. ſanctionis intelligat ſe iacturã ſuſtinere infamiæ. Ad idem iij. q.iij.c. penult.& C.de probat.l.fin.ubi dicitur: Sciãt cuncti accuſatores, eã tẽ debere in publicã notionẽ ſe deferre, quæ munita ſit teſtibus idoneis, uel inſtructa apertiſsimis documentis, uel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita. Item nota, quòd qualitercũq; agatur de crimine

Purgatio quãdo indicenda. cõtra aliquẽ, ſi fuerit mala fama reſperſus, licet conuictus non ſit, uel confeſſus, ad purgationẽm tamen eſt cogendus Canonicam, ut extrà de accuſat.c.cum p. & extrà de teſtibus.c.tam literis, ubi dicitur, quòd contra quendam Clericum obiectum fuit, quòd contraxerat cum quadã uidua, & non potuerat talis irregularitas probari, nihilominus indicitur ei purgatio, ut extrà de purgat.can.c.accedens.& c.cum dilectis. Imò ex ſola ſuſpicione uidetur purg.canonica indicenda. extrà de off.iud. ord.c.ex parte.in fine, ubi dicitur, De iis, qui ſunt Romipetæ, & adeunt Romã ad petendum abſolutionẽ, quòd ſi non cõſtiterit

terit Epiſcopo utrũ ueritaté confeſsi ſint Domino, propterea ipſos debet Epiſcopus cõpellere ad purgationé, quòd ueritaté cõfeſsi ſint. Ité nota, quòd ſi tales in purgatione defecerint tanquã cõuicti de illo crimine, debent puniri, ut in illo c. cũ p. ubi dicitur, quòd ſi purgans ſe, in purgatione defecerit, omni beneficio & officio eccleſiaſtico priuatur, ut extrà de ſimo. c. de hoc. & extrà e. ti. c. inſinuatũ. ſed ſi infamatus nõ eſt, nullo modo pellendus eſt ad purgationé, ut vj. q. ſi. c. ſi. ubi dicitur, Hoc auté ſeruãdum eſt, quando reũ publica fama non uexat, tunc enim autoritate Gregorij Papæ propter ſcandalum remouendum, famam ſuam reum purgare oportet. In crimine uero notorio purgatio non eſt indicenda, nec oblata ſuſcipienda, quoniam abſq; probatione poteſt condemnari, ut extrà de purgat. ca. c. cum dilectus. & extrà de accuſ. c. euidentia. ſuprà e. tit. in illo uerſiculo, Reus &c.

In purgatione deficiẽs pro cõuicto habetur.

Infamatio debet purgationẽ præcedere.

De libellorum formatione, & primum de libello accuſationis.

QVONIAM reo uocato ad iudiciũ, debet libellus offerri, in quo certificãdus eſt reus, quid ei obiiciatur, uel quid ab eo petatur, ut tũc habitis induciis deliberet, utrũ uelit cedere, uel cõtendere. iij. q. iij. c. induciç. §. offeratur. ubi dicitur, Offeratur ei libellus, qui ad iudicium uocatur, & exinde ſportulis præbitis, uel data fideiuſsione, ſi natura negotij ſit, quòd fideiuſſor dari debeat, xx. dierũ gaudeat induciis, in quibus delibe ret, an cedat, uel cõtendat, an alium iudici petat aſſociari, uel recuſet eũ, niſi ſit ipſe, qué iam alio recuſato petiit &c. De libellorũ formatione in hoc loco tractemus, & primo de libello accuſationis: qui ita formandus eſt, quòd dies, & mẽſis, & annus dati libelli, & nomé iudicũ, quibus cõqueritur, & principis tunc reſidentis, & nomen perſonæ, quæ accuſatur, crimé ité ipſum, & annus, & locus, in quo illud crimé dicitur ppetratũ, ponatur. Dié auté aut horã cõmiſsi criminis, nemo accuſator cogitur in libello accuſationis ponere. Erit ergo forma huius libelli talis, Anno ab incarnatione Domini M. C C. XXVII. tẽporibus domini Papæ Honorij tertij, Pontificatus anno ſexto, mẽſe Ianuarij. Ego Petrus Diaconus accuſo preſbyterum A. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Capellanum, apud uos domine pater Epiſcope, quòd dico eum cõmiſiſſe adulteriũ cum Berta uxore Titij, in ciuitate Pariſienſi, & domo Max. menſe Decẽbri proxime præterito, unde peto dictũ presbyterum à

Contenta in lib. accuſator.

Ecce autoris ætatem.

Pulchra libelli accuſationis formula.

ſacerdotali ordine deponẽdũ:& ſi calumnioſe hãc inſtituo accuſatione᷑,ad pœnã talionis me obligo,& hanc accuſationem me legitime probaturũ promitto. Et quòd ita formandus ſit libellus accuſationis,probatur per multa iura, ut ij.q.ultima.c. per ſcripta. §.libellorum inſcriptionis . id eſt,accuſationis cõceptio talis eſt apud illũ Prętorem,uel conſulẽ: Lucius Titius profeſſus eſt ſe Mæuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quòd dicit eã cũ Gaio Seio in ciuitate Pariſiẽſi,in domo Martini,menſe Nouẽbri, Conſulibus talibus cõmiſiſſe adulteriũ: utiq;enim & locus deſignãdus eſt,& perſona cũ qua cõmiſsũ dicitur. Hoc enim l. Iul. publicorũ iudiciorũ cauetur,& generaliter præcipitur omnibus,qui reũ deferunt, ne aut diem uel horã inuiti cõpræhendãt. Quòd ſi autẽ libelli inſcriptionum nõ fuerint legitime ordinati,rei nomẽ aboletur,& ex integro repetendi,id eſt,accuſandi reũ poteſtas fiat. Itẽ inſcribere debet is,qui dat libellum,ſe profeſſum eſſe,uel alius pro eo,ſi literas neſciat,profiteatur ſe uelle proſequi accuſationẽ. Sed & ſi aliud crimen obiiciat,ueluti quòd domum ſuam prębuit,ut ſtuprum materfamiliàs pateretur , uel quòd adulterum depræhenſum dimiſerit , uel quòd pretium pro comperto ſtupro receperit, uel ſi quid ſimile, id ipſum in libello cõpræhẽdendũ eſt. Si autẽ accuſator deceſſerit,aliáue cauſa eũ impedierit,quo minus accuſare poſsit,& ſi quid ſimile,nomen rei aboletur, poſtulante reo, quod & lege Iulia, & ſenatuſconſulto cautum eſt. Hoc totum habes ff. de accuſat. l. iij. & extrà de procur. c. tuæ fraternitatis. ubi dicitur, quòd accuſans debet inſcribere ſe ad pœnam talionis. Et ſi de pluribus criminibus uoluerit accuſator accuſare,ſingula,ſicut dictum eſt,in libello deſignet,ut accuſatum certum reddere poſsit,ſuper quibus accuſetur. Et quòd in uno libello poſsit de pluribus criminibus accuſari, habes extrà de ſimon. c. licet Heli . & c. per tuas. Et de ſent. & re iud. c. cũ I. & A. Et nota quòd unus debet eſſe tantũ,qui accuſat,& ſi plures ad accuſandũ ſe offerant, iudex magis idoneum eligat,ut ff. de accuſationibus. l. ſi plures. ubi dicitur, Si plures exiſtant, qui unũ uel eũdem in publicis iudiciis accuſare uelint,iudex debet eligere eũ, q accuſet , cauſa ſcilic. cognita, æſtimatis accuſatorũ pſonis,uel dignitate,uel cuius intereſt, ſi ſit propiuquus, uel conſanguineus illius,uel ætate,uel moribus,uel alia iuſta de cauſa. Item nota quòd nemo debet admitti ad accuſationem, niſi det fideiuſſorem de lite perſequenda,ut C. qui accuſa. non poſsũt. l. qui crimen publi-

Plures accuſationes in codẽ libello cumulari poſſunt.

Si plures eundem accuſare uelint.

Accuſans canet de lite proſequenda.

blicum inſtituere præſumnnt, non aliter ad hoc admittantur, niſi prius inſcriptionum pagina præceſſerit, & fideiuſſor de exercenda lite adhibitus fuerit.

De libello recuperandæ poſſeſſionis.

LIBELLVS alius eſt accuſationis, de quo tractatũ eſt ſupra ti. proximo, qui datur in criminalibus cauſis. Alius cõuẽtionalis, qui datur in ciuilibus cauſis, tã ſpiritualibus, quàm pecuniariis, de quo in ſequentibus titulis tractabimus. Sed quia in cauſis ciuilibus interdũ agitur petitorio, interdũ poſſeſſorio, & eſt ordinarium, ut cauſa poſſeſsionis prius tractetur, quàm proprietatis, ut C. de rei uend. l. ordinarij iuris eſt, ut mãcipiorum orta quæſtione prius exhibitis mancipiis, de poſſeſsione iudicetur, ac tunc demum proprietatis cauſa ab eodem iudice decidatur. Quia ad hoc agitur cauſa poſſeſsionis, ut ordinetur cauſa proprietatis, & hoc ideo, quòd iuriſconſultus, qui rem petere deſtinauit, uidere debet an aliquo interdicto poſsit nãciſci poſſeſsionem, quoniam commodius eſt rem poſſidere, quàm poſſeſsionẽ petere, ut ff. de rei uend. l. is qui deſtinauerit rẽ petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto poſsit nãciſci poſſeſsionem, quoniã lõge cõmodius eſt poſsidere, & aduerſariũ ſuum ad onera petitoris compellere, quàm ab alio poſsidente rẽ petere. Ideo de libello recuperandæ, adipiſcẽdę & retinendę, uel defendendę poſſeſsionis, primo loco decidatur. Prius autẽ notandum eſt, quòd generaliter obtinet, quòd in omni libello debet contineri perſona iudicis, accuſatoris, & rei, & id quod petitur, cum certis indiciis, ut ff. de rei uend. l. ſi in rem aliquis agat, debet deſignare rẽ, & utrum totum aut partem, uel quotam partem petat. appellatio enim rei, non genus, ſed ſpeciem ſignat. Octauenus ita definiuit, quòd infectæ quidem materiæ pondus, ſignatę uero numerũ, factæ autẽ ſpeciẽ dici oportet: ſed & menſura dicenda erit, cum res menſura cõtinebitur. Et ſi ueſtimẽta noſtra eſſe, uel dari oportere nobis petamus, utrum numerũ eorum dicere debebimus an colorẽ? & magis eſt, ut utrunq;. Nã illud inhumanum eſt, cogi nos dicere trita ſint, an noua: licet & in uaſis occurrat difficultas, utrũ lancẽ duntaxat dici oporteat, an etiã quadrata ſit, uel rotũda, pura, uel cælata: quę omnia in petitionibus adiicere difficile eſt: nec ita res eſt coarctãda, licet in homine petẽdo nomẽ dici debeat, & utrum puer ſit, an adoleſcens, utiq; ſi plures ſint.

Poſſeſſoriũ præcedit petitoriũ.

Cõmodius eſt poſsidere, q̃ petere.

L. ſi in rem. ff. de rei uend.

Sed ſi nomen eius ignoremus demonſtratione tali, quæ uice proprij nominis fungitur, utendũ erit, ueluti ſeruus, qui ex il la hæreditate, uel qui ex illa ancilla natus eſt. Item fundũ petiturus, & nomen eius, & quo loco ſit, dicere debebit, ut extrà de libelli oblat. c. ſignificantibus. ubi dicitur, Quidam cum ſuis ſororibus petiit à duobus fratribus quaſdã uineas, & terras arabiles, & prata quædam, coram iudice deleg. & cũ plures haberẽt terras, uineas, & prata, petierunt ea ſibi ſpecialiter oſtendi: noluerunt iudices ſententiare, utrũ deberent habere inſpectionẽ, uel non. propter hoc fratres duo à manifeſto grauamine appellarunt: Papa approbat appellationem talem. Sed utrũ cauſa in libello ſit exprimenda? & ſecũdum Pilliũ cauſa petendi debet aſsignari, ut ff. de excep. rei iudi. l. & an eadem. §. Actiones in perſonam ab Actionib. in rem, in hoc differũt, quià cum eadem ab eodem mihi debeãtur, ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ ſequentur, nec ulla carũ cauſarũ adiectione alterius uitiatur. attamen cum in rem ago, nõ expreſſa cauſa, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſæ in una petitione cõpræhenduntur. non enim amplius quàm ſemel, res mea eſſe poteſt: ſæpius autem deberi poteſt. Ad idem extrà de libelli ob. c. dilecti filij. ubi ponitur talis caſus, Fratres Eccleſiæ ſanctæ Genoueſæ petebant quandam ſummã pecuniæ à fratrib. ſancti Victoris, nulla cauſa adiecta. Reſponderũt fratres ſancti Victoris excipiendo, quod non tenebãtur reſpõdere, ex quo fratres ſanctæ Genoueſæ non expreſſerãt cauſam. Iudices exceptionem nõ admiſerunt: fratres ſancti Victoris appellauerunt. Dominus Papa approbat appellationem: & ita patet, quod debeat quis exprimere cauſam in perſonali actione. Ad idem C. de petit. hær. l. hæreditas. ubi dicitur, Et ſi accuſans, ab una cauſa in teſtamẽto patris ſuccubuerit, nihilominus agere poterit & ex alia cauſa. Cautus tamẽ debet eſſe reus, ut ſi actor in reali actione nõ exprimat cauſam, ne petat exprimi: ſi enim nõ expreſſerit, intelligitur totũ ius ſuũ in iudiciũ deduxiſſe. Licet ſecus ſit in actione perſonali: tunc enim reus debet petere cauſam exprimi, qua petit rem actor. Non enim omnino intelligitur àctor ius ſuũ in iudiciũ deduxiſſe totũ, ut ff. de excep. rei iudi. l. & an eadẽ. ſuprà eo. §. actiones. Ad idẽ extrà de prob. c. licet. ubi reprehenduntur teſtes Fauentinorũ, quod non aſsignauerunt titulum ſuæ poſſeſsionis, de diſtrictu & honore, quòd cõmune Fauentin. uolebãt probare ad ſe tantũ pertinere, contra Eccleſiã Rauennatẽ. Contrariũ dicitur C. de anna.

Cauſa petendi quãdo ſit in libel. exprimenda.

Cautela rei.

na.except.l.ult.circa mediũ,ubi dicitur,Si quis generaliter dixerit, obnoxiũ aliquẽ ſibi cõſtitutũ:aliæ dubitationes emergebant,ſi omnes actiones cõpetentes credebãtur huius narratione cõtineri: an uero quia ſilentio circa eas habito, tẽpore expirare,nullo ex incerta libelli cõfectione adminiculo ei acquiſito? Sancimus itaq;,nullum in iudiciis in poſterũ locũ habere talem confuſionẽ, ſed qui obnoxiũ in iudicio proclamauerit,& libellum cõuentionis ei tranſmiſerit, licet generaliter nullius cauſæ mentionẽ habentẽ,uel unius quidẽ ſpecialiter, tantũmodo autẽ perſonales actiones aut hypothecarias cõtinentẽ, nihilominus uideri ius ſuũ omne in iudiciũ deduxiſſe,& eſſe interrupta temporũ curricula: cum cõtra deſides homines,ac ſui iuris contẽptores,odioſæ exceptiones oppoſitæ ſunt.Sed iſta lex loquitur quoad recuperandas actiones, & ideo præualet opinio domini Pillij, aſſerentis,quòd cauſa petitionis debet inſeri. Formatur igitur libellus recuperandæ poſſeſsionis hoc modo: Vobis Domine Parienſis Epiſcope, Ego Titius conqueror de Seio, qui me ſpoliauit poſſeſsione rerũ talium mearũ, uel ui deiecit: unde poſſeſsionẽ rerũ taliũ mearũ, cũ fructibus inde perceptis,uel qui percipi potuerũt, mihi reſtitui peto.uel ſic, Vnde tam de poſſeſsione, uel quaſi poſſeſsione, quàm de fructib.à tali tempore inde perceptis,& quæ percipi potuerũt,iuſtitiã peto, cũ pœna legali. De quaſi poſſeſsione in libello ita dixi propter iura incorporalia, quæ nõ poſsidentur, ſed quaſi poſsidentur,ut ext.de cauſa poſſ.& prop.c.cũ eccleſia.ubi dominus Papa reſtituit quoſdã in quaſi poſſeſsionẽ,in qua fuerãt olim, ut intereſſent electioni Epiſcopi in eccleſia Sutrina.Ad idem ff.de ſer.urb.præd.l.ſi ædes. §.ſi libertas.ubi d.ꝙ natura ſeruitutis eſt,ut poſsideri nõ poſſit,ſed quaſi poſsideri intelligatur.ff.de uſucap.l.iiij.§.ſi uiã. Et nota ꝙ ſi prælatus uel ſyndicus, uel actor, petierit rem eccleſiæ aliquã ſibi reſtitui,uel adiudicari, debet formare libellũ nomine ipſius eccleſiæ,& nõ nomine ſuo, & id debet ſyndicus facere & actor uniuerſitatis.ut C.de epiſ.& cler. Auten. ſed hodie.ubi dicitur,Sed hodie nulla perſona in iudicio eccleſiaſtico cõſtituta,in qualibet cauſa criminali uel pecuniaria,cuiuſcũq; qualitatis uel conditionis ſit, ut Diaconiſſa, uel Monachus, uel Monacha, omnes nomine ſuo petere nõ poſſunt,cum nullam habeant actionem neq; utilem,neq; directã, & ff.de rei uen.l.in rem actio.ubi dicitur,Item loca ſacra uel religioſa,in rem actione peti non poſſunt.Dic igitur ſic, Vobis

Quod ſine cauſa adiectione libellus ſubſiſtat.

Forma libelli recuperandæ poſſeſsionis.

Syndicus quo modo formet libellum.

talibus iudicib.cõqueror ego ſyndicus talis eccleſiæ,de Seio, qui ſpoliauit ipſam eccleſiam poſſeſsione talis uineæ, unde ipſam uineam cum fructibus inde perceptis,mihi nomine eccleſiæ peto reſtitui.Et ſic de cæteris.

De libello adipiſcendæ poſſeſsionis.

INTERDVM uult quis nãciſci poſſeſsionem illius rei, quã nunquam habuit, puta ꝙ dicit ſe electũ talis eccleſiæ:ſed nunquam fuit in poſſeſsione,quãuis fuerit cõfirmatus, uel dicit ſe legitimũ hæredem ſcriptũ alicuius, cũ hæreditatẽ deti- *Forma libelli.* neat alter:tunc debet formare libellum,Vobis Parienſis Epiſcope,conqueror ego Robertus Diaconus, electus in Archipresbyterũ plebis ſancti Martini,de N.presbytero,qui iniuſte detinet eccleſiã illã,uel prelationẽ eccleſiæ illius:unde peto per uos illũ amoueri, & me in poſſeſs. uel quaſi poſſeſſ.induci:& inductũ tueri.uel ſic,Ego talis clericus in canonicũ talis eccleſiæ electus,peto induci in poſs.uel quaſi poſs.canonicæ cuiuſdã eccleſiæ,& inductus tueri,per uos domine Pariſienſis Epiſcope:petoq́; mihi in d.Eccleſia locũ aſsignari in Capitulo,& ſtallũ in choro, & cætera quæ alij canonici in eadẽ eccleſia percipere uel habere cõſueuerũt. Eodẽ modo formatur libellus,ſi poſſeſsionẽ hęreditatis uel alterius rei pertinentis ad ſe uelit acquirere:& ad hoc pertinent omnia interdicta de acquirẽda uel adipiſcenda poſſeſsione.Et nota ꝙ cum quis agit ut poſſeſsionẽ alicuius rei adipiſcatur,docere debet de iure ſuo,per quod probet ad ſe rẽ pertinere.Alioquin ſuccũbet, quãuis ad detentorẽ res illa nõ pertineat, ut C. de eden.l.qui accuſare.& C.de rei uen.l.ultima.ubi dicitur,ꝙ actore nõ probãte,& ſi reus nõ præſtiterit, obtinebit.& in alia l.res alienas poſsidens,licet iuſtam cauſam nullã habeat retinendi,nõ niſi intentionem ſuã replenti,reſtituere cogitur.Ad idem inſti.de interdic.§.retinendæ poſſeſsionis.uerſ.commodum.Ad idem ext.de cauſa poſſ.& propric.c.cum eccleſia.uerſus finem, ubi dicitur, Actore non probante, reus qui conuenitur, & ſi nihil præſtiterit,obtinebit.

Nõ ſatis eſt probare rem eſſe alienam, ſed oportet probare quòd ſit eius qui petit.

De libello tuendæ uel defendendæ poſſeſsionis.

CONTINGIT interdũ, ꝙ is,qui poſsidet,nõ finitur rẽ, quam detinet, poſsidere pacifice:nec uult poſſeſsionẽ reddere,quia forte dominiũ probare nõ poteſt:quòd,ut ſuprà dictũ eſt in ti.proximo,cõmodius eſt poſsidere q̃ petere.Inſti.de in

terdi

terdictis. §. cõmode. In hac igitur cauſa libellus in hũc modũ erit inſtituẽdus. Vobis Domine Epiſcope cõqueror ego T. C. qui me inqetat, uel perturbat in poſſeſsiõe talis uineæ, uel qui non permittit aut deſinit me pacifice poſsidere rẽ talem: unde peto ipſum à tali inquietatione cõpeſci, uel, inquietationẽ illam, ſiue turbationem prohiberi. Et nota ꝙ in hoc caſu habet locũ interdictũ Vti poſsidetis, quod datur de rebus immobilibus tantũ. Si uerò pro retinẽda poſſeſsione rei mobilis uelit quis agere, ꝙ forte turbatur poſſeſsio ſibi tradita ab alio, eodem modo cõcipiet libellum, ſicut dictum eſt, & tũc habebit locum interdictũ Vtrobi, ut Inſtit. de interdictis. ubi dicitur, Interdicto Vti poſsidetis cõtenditur, de fundi uel ædiũ poſſeſsione. In interdicto uero Vtrobi, contenditur de rerũ mobilium poſſeſsione. Sed hæc interdicta locum habẽt, quando quilibet dicit ſe poſsidere, & uterq; intelligitur actor, uterq; reus, & quilibet iurabit de calumnia ſicut actor & reus. Natura horũ hodie interdictorũ eſt, ut obtineat & uincat qui poſſeſsionẽ neq; ui, neq; clam, neq; precario ab aduerſario lit. cõteſtatæ tẽpore poſsidet, ut inſtitu. de interdictis. §. Sed hodie aliter obſeruatur. nam utriuſq; interdicti poteſtas, quantũ ad poſſeſsionẽ pertinet, adæquata eſt, ut ille uincat in re ſoli immobili, qui poſſeſsionem non ui, non clam, non precario ab aduerſario lit. conteſt. tempore detinet. Ad idem ff. de itinere actuq; priuato. l. j. in fine ext. de probat. c. licet cauſam, prope fi. & ideo hæc à partibus ſunt ſollicitè probanda.

Libellus tuẽdæ poſſeſsionis.

Res immobiles.

Mobiles.

Interdictum Vtrobi & Vti poſsid. quando locũ habeant.

De libello cõuentionali in perſonali actione.

QVONIAM in alijs ciuilib. cauſis interdum agitur petitorio, interdum poſſeſſorio, explicato tractatu de libello poſſeſſionis, ad libelli formationẽ ſuper petitorio procedamus. Verum quia aliquãdo perſonali, aliquando reali agitur actione: Primũ quando perſonali actione agitur, quomodo formemus libellum uideamus. Huius forma ſit talis: Vobis talibus iudicibus cõqueror ego de T. qui mihi debet x. libras talis monetę, quas ei mutuaui, uel apud eũ depoſui: de qb. iudiciũ peto. Vel ſic: Ego cõqueror de Seio, qui cũ mihi debuiſſet facere tale opus, uſq; ad talem diẽ, nõ fecit: unde peto ad pœnã xx. librarũ eum mihi cõdemnari, ſecũdum ſtipulationẽ mihi factã: uel peto eũ mihi cõdemnari ad intereſſe meum, quod æſtimo xl. lib. Et nota, ꝙ cum aliquis petat rem aliquã ſibi dari, utiq; certum debet petere, & dicere materiã, & pondus, & colorem, ſi poteſt,

Forma in actione perſonali.

Vide ad hanc formulam, l. ſtipulationes non diuiduntur. de uerb. ob. ff.

Certa rerũ petitarũ indicia deſignanda in lib.

teſt, ut ff. depoſiti. l. j. ubi dicitur, Si quis argentũ uel aurũ depoſitum petit, utrum ſpeciem uel pondus cõplecti debeat? & magis eſt ut utrunq; cõplectatur, ſcyphum forte, uel lancem, uel paterã dicendo, & materiã, & pondus addendo: uel ſi pur pura ſit infecta, uel lana, ſimiliter pondus adiiciendũ eſt, ſaluo eo, ut ſi de quantitate ponderis incertũ eſt, iuramento ſuc curratur, ut ff. de furtis. l. in actione. ubi dicitur, Plane ſi quis iuret pro certo ſe colorẽ dicere non poſſe, remitti ei huius rei neceſsitas debet. Et ſic materiæ infectæ debet dicere pondus, ſignatæ numerũ, factæ ſpeciẽ, ſcilicet ſcyphũ. & ſcutellã argẽ team. Itẽ menſura dicẽda eſt, ubi res ſit mẽſurabilis, puta x. mo dios frumenti, tot corbes uini, x. metretas olei. In ueſtimentis autẽ debet dicere, & numerũ & colorem, ut ff. de rei uend. l. ſi rem. ſuprà eo. ſed ſi actor iurauit ſe non poſſe dicere colorem, huius rei neceſsitas remittetur ei, ut ff. de furt. l. in actione. §. j. idem erit ſi iuret ſe neſcire põdus rei, quã petit, & idẽ credo in numero & in mẽſura, ut ff. depoſiti. l. j. §. ſi quis argentũ. ſu prà eo. Sed quid proderit tale iuramentũ cum iudex certã debeat ferre ſententiã? Reſpondeo, Proderit ei quantũ ad hoc, ut lis conteſtetur: quoniam reus ſine libello non cogitur reſpondere, ut iij. q. iij. c. offeratur. & c. ſignificantibus.

Iuramenti q̃ de quantitate uel colore non conſtet actori, effectus.

De libello rei uendicationis in reali actione.

CVM autẽ aliquis in reali actione uelit agere, ſic cõcipiet libellũ: Vobis talibus iudicibus cõqueror ego T. de Seio, qui detinet, & poſsidet fundum meum, ſitum in tali loco. ſ. intra hos fines, ab oriẽte tali, à meridie tali, &c. Vnde peto fundum ipſum ſitum in tali loco, & fructus ex eo, xx. annis præceptos. uel ſic, Vnde tam de fundo illo, quàm de fructibus peto rationem. Sed quoniã difficulter poteſt ꝓbari, dominiũ, & rẽ actoris eſſe, tutius eſt, ſi dicat in libello, Peto talẽ fundũ ad me pertinentẽ, &c. Quidã tamen talẽ libellũ non admittunt propter latiſsimas ſignificationes huius uerbi Pertinere, ut ff. de uerb. ſignifi. l. uerbũ illud. §. pertinere. ubi dicitur, Pertinere etiam ad nos dicũtur, quę in nulla eorũ cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt, ut ff. de rei uen. l. idem Põponius. §. ulti. ubi dicitur, Quòd ſi aliquis petit ſeruũ ſuũ, qui uocatur Elotes, & multi uocantur hoc nomine, nihil petit, quia nõ facit iudicem certũ. Item nota quòd accuſator debet deſignare fundũ proprio nomine, ſi propriũ nomẽ habet, puta fundũ Cornelianum: uel ea demõſtratione

Formula.

Verbum Pertinere.

ſtratione oſtēdere, quæ fungitur uice proprij nominis, ut extrà de teſtibus.c.licet ex quadā neceſsitate.circa fi.ubi dicitur, Nō refert enim utrū proprio nomine, aut demōſtratione, aut circūlocutione demōſtrētur res. Ad idē ff.ſi cert.pe.l.certum. ff.de cōd.& demon.l.nominatim.ubi dicitur, Nominatim ita legatur Lucio T.aut per demōſtrationē corporis, aut officij, aut artificij, aut neceſsitudinis, uel affinitatis.nā demonſtratio uice proprij nominis fungitur, nec intereſt uera aut falſa ſit, ſi certum eſt ꝗ teſtator demonſtrauit, ut ff.de rei uen.l.Pōponius. §.cum in rem agitur, ſi cōueniat de corpore, error autem ſit in uocabulo, actum recte eſſe uidetur:& ſi plures eiuſdem ſunt nominis ſerui, nec apparet de quo actum eſt, Pōponius nullā fieri cōdemnationē ait. Ad idē C.de teſta.l.ſi in nomine, prænomine uel cognomine teſtator errauerit, non tamen de quo ſenſerit incertum eſt, error huiuſmodi nil officit ueritati. Sed nūquid debet exprimere cauſam, propter quam ſuum dicit eſſe fundū? puta quoniā emit eū à tali, uel quia donatus fuit ſibi fundus ille, & à Seio traditus. Quidā dicunt ꝗ ſic, ut ff.de excep.rei iud.l.ſi mater. §.deniq; & Celſus ſcribit, ſi hominem petiero, nulla cauſa expreſſa, & uictus fuero.ſ.ꝗ ob eam cauſam æſtimaui eſſe meū, quia mihi traditus ab alio eſt, cum hic ex hæreditaria cauſa meus eſſet, rurſus petēti mihi obſtiturā Celſus ait exceptionem. Si quis autē petat fundū, & dicat ſuum eſſe eò, quòd Titius tradidit ſibi eū, ſi poſtea cum ex alia cauſa petat, cauſa adiecta, non debet amoueri ab exceptione, ut ff.de except.rei iud.l.& an eadem. §.actiones.ſuprà eo. Deſignare aūt debet utrum totā uel partē, uel quotā partē petat, ut ff.de rei uend.l.ſi in rem. Et ſi dicat ſimpliciter, Peto rem meā, totam petiiſſe intelligitur: ſi autem partē, dimidiam: quia nomine partis medietas intelligitur, ut ff. de interroga. ac.l.de ætate.& ff.de uerb.ſig.l.nomē filiorū. §.portionis nomen non ſemper mediū ſignificat, ſed prout eſt adiectū. Alioquin reus non poſſet inſtrui utrum uelit cedere, uel contendere, quod fieri debet, ut iij.q.iij.c.offeratur.ff.de edendo.l.j.in prin.ubi dicitur, Qua quiſq; actione agere uult, eam prius edere debet. Nam æquiſsimum uidetur eum, qui eſt acturus, edere actionē, ut proinde ſciat reus, utrū agere uel cōtendere ultrà debeat: uel ſi cōtēdendū putauerit, ueniat inſtructus ad agēdum, cognita actione, qua cōuenitur. Ad idē uide Aut.de exhi.reis. §.ſancimus.coll.v.ueruntamē iuſta interueniente cauſa neceſsitas remittitur dicēdi quotā partē petat, quoniā quandoq;

Nomen propriū, & uicem ſuccedens idem.

Cauſa in reali actione exprimenda.

Deſignatio quantitatis in lib.

doq; admittitur uendicatio incertæ partis, ut ff. de rei uend. l. quæ de tota. ubi dicitur, Quæ de tota re uẽdicāda ſunt dicta, eadẽ & de parte intelligenda ſunt, officioq; iudicis cõtinetur pro modo partis, ea quoq; reſtitui iubere, quæ ſimiliter cum ipſa parte reſtitui debẽt. Incertæ tamẽ partis uẽdicatio datur, ſi iuſta cauſa interueniat. Iuſta autẽ cauſa eſſe dicitur, ſi forte legi Falcidiæ locus ſit in teſtamẽto, propter incertā detractionem ex legatis, quæ uix apud Iudicẽ examinatur. Iuſtā enim habet ignorantiā legatarius, cui homo legatus eſt, ſi hæſitet quotam partẽ uẽdicare debeat: itaq; talis dabitur actio: eadẽ & de cæteris rebus intelligimus. Similiter & incertus de iure ſuo, bene poteſt ſic dicere, Propono hāc uel illā actionẽ, quęcunq; mihi cõpetat, ut ff. quorū leg. l. j. §. quia autẽ. ubi dicitur, Nonnunquā duas actiones dictamus, proteſtati ex altera nos uelle conſequi, quod nos contingit, & ff. quod metus cauſ. §. cū qui metum fecit. & l. ſi cū exceptione. ff. de reg. iur. l. nemo. §. quotiens. Ad idẽ extrà de reſti. in integr. c. conſtitutus. ubi quidā pro ſe, ac pro fratre ſuo petebat reſtitui in integrum cõtra uenditionẽ quandā factā à patre ſuo de rebus maternis: uel reſcindi uenditionẽ, & ita alternatiue petebat, & fuit bene auditus. Ad idẽ extrà de teſta. c. Reinaldus. Et quod dictum eſt debere in libello cõpræhendi & exprimi id quod petitur, uel quota pars eius, uerū eſt in ſingularibus actionibus. In generalibus autẽ actionibus ſecus eſt, quia nõ eſt neceſſe, ꝙ ſingula exprimantur, ubi tam libellus, quàm ſentẽtia ſuper incerto formātur. Puta, ego peto talem eccleſiā cū pertinentiis ſuis, à quodā Epiſcopo: uel ego peto talem hæreditatem talis uiri, ut extrà de reſtit. ſpol. c. cum ad ſedẽ. ubi dicitur, quòd quidā hoſpitalarij petebant quandam eccleſiā cū pertinentiis ſuis, à quodā Epiſcopo. Ad idẽ extrà de fid. inſtr. c. inter dilectos. ubi dicitur, quòd quidā Abbas, nomine Monaſterij ſui, quaſdā uillas à quodā Epiſcopo cum honore & diſtrictu ac iuriſdictione præfati loci & caſtellaniæ, cum fructibus inde perceptis petebat, ſaluo in omnibus iure addẽdi uel minuendi. Et hoc caſu intelligunt quidā, quòd uenire poteſt in cõdemnationem, quod nõ fuerat in petitione cõpræhenſum, ſcilicet ſi aliquæ res non fuerint expreſſæ in libello, ut Inſtit. de act. §. ſi minus in petitione cõplexus fuerit actor, quàm ad eū ptinet; ueluti cū ei x. aurei deberẽtur, & is v. ſibi dari oportere intenderit: aut cum fundus totus eſſet eius, partem dimidiā eſſe ſuā petierit, ſine periculo aget in reliquū. Et iudex aduerſarium

De iure ſui tituli dubitans.

Petitio alternatiua.

In actione generali quæ exprimenda.

Plus interdum uenire in condemnationem quàm ſit petitum, quo intelligatur ſecundum quoſdā.

uerſariũ ſuũ in eodẽ iudicio ei condẽnet ex cõſtitutione diuę memoriæ Zenonis. Ad idẽ ff. de pet. hær. l. iij. ubi dicitur, Si pe tam hæreditatẽ, & uideã apud te partẽ hęreditatis meæ, ſuper qua tota cõtrouerſia erat inter me & te, poſtea aliæ res quoq; deueniãt ad te, tu condẽnaberis perinde in omnes res apud te exiſtẽtes, ut in prædicta l. ubi id uidetur innui. Sed hoc nõ pla cet Domino Pillio, ſicut in ei⁹ libello cõtinetur. Itẽ nemo ſi ne actione experitur, ut ff. de admi. tu. l. quotiẽs. §. item ſi tẽpo rali. Præterea notandũ eſt, ꝙ quidã Legiſtarũ dicunt actionẽ expreſſo nomine debere in libello cõtineri, uel cõpræhendi. Alij dicunt ꝙ nõ, ſed tantum in progreſſu iudicij debet expri mi. Nos autẽ ſecũdum canonicã intercedentes æquitatẽ, dici mus, ꝙ nec in libello nec in ꝓceſſu cauſæ, neceſſe eſt exprime re actionẽ, ut extrà de iud. c. dilecti filij. ubi dicitur, ꝙ nõ de bet inquiri cuiuſmodi actio intẽtetur, ſed ſimpliciter quod pe titur: & pure factũ ipſum, & rei ueritas ſecundũ formã & ſtatu ta Canonũ inueſtigẽtur. Verũ ſi proponatur inepta actio, ſuc cumbit etiã ſecundũ Canones, qui eã ꝓponit, caditq; à cauſa, ut extrà de iud. c. examinata. ubi quidam miles agebat contra quoſdam milites, ſuper iure patronatus, & dicitur quia actio quã idem nobilis intẽdebat, inepta fuerit, quod iudicatũ fuit nõ tenere, & extrà de reſtit. ſpol. c. cũ ad ſedẽ. in fi. ubi dicitur, quòd ille, qui propoſuit interdictũ unde ui, cum locũ nõ ha bueri t ibi, nõ obtinebit. Nota tamen ꝙ licet nõ ſit proponen da actio, ut dictũ eſt, tamẽ cauſa petẽdi ex qua poſsit oriri a ctio, in perſonali actione debet exprimi: aliter enim ad rei ue ritatẽ non peruenitur, ut xxiij. q. viij. c. occidit Phineas. ubi di citur, ꝙ nõ eſt reſpiciẽdũ ad opera, ſed ad tẽpus, & ad cauſam, & ad uoluntatẽ perſonarũ, & c. aliter enim nõ poſſumus ad ue ritatẽ peruenire. Itẽ nota, ꝙ licet libellus inepte formatus ſit ſiue cõfectus, bene põt actor ipſum emẽdare, & alio modo cõ cipere, uſq; ad lit. cõteſ. ſed nõ ultrà, ſiue ſit huius clauſulæ ſal uo iure angẽdi, uel minuẽdi, mutãdi, uel corrigẽdi, uel nõ. Ita probatur ij. q. ult. c. libellorũ. ſuprà eſt. & C. de eden. l. iij. ubi di citur, Actio edita ſpeciem futuræ litis demõſtrat, quã emẽdare uel mutare licet, prout edicti monet autoritas, uel ius reddẽtis decreuerit æquitas. Et quotiẽs de nouo cõcipitur libellus, to tiẽs re⁹ inducias deliberatorias ſi uoluerit habere, habebit, ut iij. q. iij. c. offeratur. Nã ea q̃ de nouo emergũt, nouo indigent auxilio, ut ff. de inter. act. l. de ætate. §. ex cauſa. & nouis mor bis noua cõuenit remedia ꝑparari, ut ext. de iura. calũ. c. cæte rum.

Nomen actionis num exprimendum ſit in libello.

Cauſa petendi loco actionis exprimitur.

Emendatio libelli.

Non facit ad rẽ hac alleg.

Cum de nouo concipitur libellus, dantur noua induciæ.

rum. Veruntamen propter correctionem, uel mutationē, uel declaratione libelli, non debet habere longiores inducias, ut extrà de dilat. c. literę. ubi dicitur, Quidā Archiepiſcopus egit contra quoſdā nobiles, nomine eccleſiæ ſuæ, & porrexit libellum, in quo cōtinebatur, ꝙ dicti nobiles penſionē de poſſeſſionibus debitā, non ſoluerāt tribus annis, & ultrà: dicti nobiles petierunt ꝙ declararet illud uerbū, Elapſis tribus annis & ultra, id eſt, quantū temporis uolebāt per id Vltrà ſignificare, & Archiepiſcopus dixit, ꝙ ſex annis dicti nobiles ceſſauerāt in dictæ penſionis ſolutione: propter illā uerò declarationē noluerūt nobiles lōgiores inducias habere ad deliberādū: & quia eis fuerunt denegatæ, appellauerūt. Papa reputat illā appellationem friuolam, & mandat iudicibus, quatenus ea non obſtāte, in negotio ratione præuia, procedāt, iuxta priorū cōtinentiā literarū. Et ita patet, quòd ꝑpter correctionē & declarationē libelli non debet quis habere longiores inducias.

Contrà ſi tantum emēdetur uel declaretur.

De ſatiſdatione actoris.

CVM aliquis in iudicio uult agere, libellum ſuæ petitionis debet porrigere iudici, & per iudicē, uel per eius apparitorem offerēdus eſt reo, ut C. quō & quan. iu. Aut. qui ſemel. Sed antequā actor libellum ſuū iudici porrigat, cum idoneo fideiuſſore caueat, quòd uſq; ad finē litis perſeuerabit in cauſa, quā per ſe, uel per procuratorē ſuū perficiet: & ſi apparuerit eum iniuſte mouiſſe litē, dabit reo decimā partem litis, in libello cōpræhenſæ. Si uerò cōſtiterit per eius ſacramētum, ꝙ fideiuſſorem dare nō poterit, remittitur ei cautio fideiuſſoria, ſed cogetur iuratoriā exponere cautionem, & in libello profiteri ſe facturum hæc omnia. hoc uerum eſt generaliter, ꝙ talis cautio pſtari debet, niſi cauſa moueatur apud arbitros de conſenſu utriuſq; partis, uel niſi cautio remiſſa ſit. Et hæc omnia colligere poteris ex illa Aut. C. de epiſ. & cle. Aut. generaliter. ubi dicitur, Prouideat iudex, pulſato libellū nō porrigi, niſi prius actor per ſe, uel per tabellarios, in actis cōſcribat, & fideiuſſorem ſub periculo competentis officij præſtet, ꝙ uſq; ad finem litis permaneat, cauſamq; per ſe, uel per procuratorē exerceat. Et ſi cōuictus fuerit, iniuſtę mouiſſe litē, expenſarum, ſumptuūq; nomine, decimā partē quantitatis in libello cōpręhenſæ, pulſato reſtituat. Aut ſi fideiuſſorē dare nō ualeat, ſuper eiſdē iuratoriā exponat cautionē, pœna iudici infligēda, uel eius officiali, ſi aliter uerſati fuerint, niſi mota cauſa fuerit ex cōſenſu utriuſq; partis. Ad idem C. de aſſertione tol. l. j. §. omnis.

Calumnioſe litigans cōdēnatur in decimā partem litis.

omnis.ubi dicitur, Omnis uerò qui pro libertate periclitatur, ſi quidé poſsit fideiuſſoré dare, eũ exigi ſancim⁹. Si uerò datio ſit impoſsibilis, hocq; manifeſte oſtẽdatur, iuratoriæ cautioni ſtare ſancimus. Hoc facto iudex libellũ recipit, & citat reũ, ut ueniat: & cũ uenerit, debet actor iterũ cautioné exponere in eũ, qué dicit obnoxiũ, & negotij executoré, quòd infra duos méſes litem conteſtabitur: uel ſi non fuerit litem conteſtatus, omne damnum in duplũ reo reſarciet: ita tamé, ut cautio illa non excedat ſummã xxxvj. aureorũ, ut vj.q.ult.c.libellorũ.C. de lit.cõteſt. Aut. Canonizata. ubi d. Libellũ nõ dirigat actor, niſi prius etiã in ipſum, qué dicit obnoxiũ, & in negotij executoré exponat actor iuratoriã cautioné, ſe uel infra duos méſes lité cõteſtaturũ, uel omne damnũ ei qui cõuenitur cõtingẽs, in duplũ reſtituturũ, cautione nõ trãſcẽdẽte xxxvj. aureos, ut in Aut. de litig. §. ad excludẽdos. coll. vij. Poteſt tamé dici, ꝙ ſtatim Iudex poteſt recipere libellũ, & actor ſimiliter, ſi uelit, præſtare utrãq; cautioné, antequàm reus libellũ recipiat, quòd nõ eſt abſonũ dicere. Sed licet iura cautiones has præcipiãt offerri, tẽporibus tamé uſu eas præſtari nõ uidim⁹. Et audiui Dominum Azonem dicere, quòd ſupradictæ cautiones locum non habent, cõſuetudine præualente. Et nota, quòd dicitur, Fideiuſſor detur locuples: dati iubetur non tantũ ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facultate. Ad hoc ff. de uerb. ſigni. l. quos nos. §. locuples eſt qui ſatis idoneè habet pro magnitudine negotij uel rei, quam actor reſtituendam eſſe petit. Ad idem ff. qui ſatiſd. cogantur. l. ij. §. in fideiuſſorem qui aliquem in iudicio ſiſti promiſerit, nec idem effecerit, tanti quanti ea res erit, actionem dat prætor, quod utrum ueritatem contineat, an uerò quantitatem, uideamus. Et melius eſt ut ad ueram quantitatem fideiuſſor teneatur: niſi pro certa quantitate fideiuſsit. Si autẽ ex cauſa detentus fuerit, quòd uenire nõ potuit, tunc non tenetur. ut ff. eo. l. qui iurato promiſit in iudicio ſiſti, non uidetur peierare, ſi ex cauſa legibus conceſſa, hoc deſeruerit. Ad idẽ ff. in ius uoc. ut caut. l. j. ubi dicitur, Edicto cauetur, ut fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa datus, pro rei pe titæ qualitate locuples detur, except. neceſſariis perſonis: ibi enim qualemcunq; accipi iubet prætor. ueluti pro parente, pro patrono. ff. de in ius uoc. l. j. hæc de ſatiſdat. actoris ſufficiant.

Cautio pecuniaria, quam præſtat actor, non excedit ſummam xxxvj. aureorum.

Vſus cautionũ prædictarum eſt ſublatus.

Fideiuſſor idoneus.

De ſatiſdatione rei Rubrica.

SEQVITVR de ſatiſdatione rei. Reus autem cũ libellũ

recipit, ſatiſdare debet, quòd uſq; ad finẽ litis permanebit, ut Inſti. de ſatiſda. §. ſed hodie. ubi dicitur, Sed hodie hoc aliter obſeruatur. ſiue enim in re actione quis cõuenitur, ſiue in pſonali ſuo nomine, (id eſt per ſe) nullã ſatiſdationẽ pro litis æſtimatione (ſ. iudicatũ ſolui) dare cõpellitur, ſed pro ſua tantum

Cautio iuratoria.

perſona cauebit. ſ. quòd in iudicio pmanebit uſq; ad terminũ cauſæ uel litis: uel ſtatut ſuæ promiſsioni cũ iureiurando, quã iuratoriã cautionem uocant uel nudã promiſsionẽ, uel ſatiſdationẽ pro qualitate pſonæ ſuę dare cõpelletur. Quãdoq; tamen ſufficit, ſi iuratoriã exponat cautionẽ, ubi ſcilicet poſsidet immobilia tantũ, ut ff. qui ſatiſd. cog. ubi dicitur. l. Sciẽdũ eſt poſſeſſorẽ immobiliũ rerum ſatiſdare nõ cõpelli. Poſſeſſor aũt is accipiẽdus eſt, qui in agro uel ciuitate, uel uilla rem ſoli poſsidet, ut ex aſſe uel pro parte. Sed & qui uectigalẽ uel emphyteoticum agrũ poſsidet, poſſeſſor intelligitur. Item qui ſolam ꝓprietatẽ habet. Eum uerò qui tãtum uſumfructũ habet,

Promiſſio cum hypotheca generali loco cautionis.

poſſeſſorẽ non eſſe, Vlpianus ſcripſit. Quandoq; ſola ſufficit promiſsio cũ hypotheca rerũ ſuarũ, ut in Aut. de Epiſ. & Cle. ultra mediũ. §. ſi quis. ubi dicitur, Si quis autẽ pro pecuniaria cauſa cõtra aliquã memoratarum perſonarũ actionẽ habuit, & Epiſcopus diſtulerit inter eas iudicare, licentiã habet actor ciuilem iudicem adire, ita tamẽ, ut accuſata perſona nullo modo cogatur fideiuſſorẽ dare, ſed ſolum cautionẽ iuriſiurandi cum hypotheca rerum ſuarũ exponere. Et de hac ſatiſdationũ diuerſitate loquitur Aut. canonizata. ut ſcilicet reus præſtitis ſportulis, uel data fideiuſsione .xx. dierum gaudeat induciis, in quibus deliberet an cedat uel contendat, uel petat aliũ ſibi aſſociari, quam habes iij. q. iij. c. offeratur. Sed qui ſuo nomine cõuenitur, ſatiſdare nõ debet iudic. ſol. ut Iuſtit. de ſatiſ. §. ſed

Conſuetudo cõtraria.

hodie. Veruntamẽ ſicut Dominus Pillius ait, hodie tenaciſsima eſt cõſuetudo hominum, quæ contrariũ tenet: quoniã iudices ſtatim libellum recipiunt ab actore. Nulla dictarũ ſatiſdationũ ab eo exacta uel præſtita, ſed ab utroq;. ſ. ab actore & reo, recipiunt uel pignora, uel fideiuſſores, ſi pignora dare nõ poſſunt, & hoc propter expẽſas, quæ fiunt in cauſis & in actis cauſarũ, & propter pecunias litis, quas iudices ſeculares ſecundum cõſuetudinẽ diuerſarũ terrarum accipere cõſueuerũt, ut extrà de uita & ho. cler. c. cum ab omni. Sed ſi iurabit reus ſe pignora uel fideiuſſores dare nõ poſſe, ſufficit: ſicut in ſatiſdatione actoris dictũ eſt. Et nota, ꝙ prælati huiuſmodi decimã uel aliã partẽ litis recipere nõ poſſunt, ut in tit. de uita & hon.

clerie.

cler.c.cũ ab omni.ubi dicitur,quòd uigorem iudiciorum debent iudices gratis litigãtibus impertiri,cũ uenales ſententiæ etiã in ipſis ſecularibus legib.reprobentur.Attamen expenſas moderatas ſuſcipere poſſunt, & pro eis pignora accipere:debentur enim ipſis iudicibus expenſæ ſicut teſtibus : ut ex eadem Decretali habetur,ubi Dominus Papa reprǽhẽdit quoſdam iudices dicens, Sane enim ad apoſtolatũ noſtrum peruenit,ꝙ cũ ex delegatione noſtra cauſas ſuſcipitis pertractãdas, more ſecularium iudicũ,ſuper decima parte litis, uel alia,pro terrarũ diuerſarũ cõſuetudine , præter expenſas uictualiũ,cũ litigantibus receptis pignoribus,pro ſalario conuentis, quæ poſtmodum uſq; ad ſolutionem pecuniæ nolentibus etiã partibus,cõtenditis retinere.Et ꝙ expenſæ debentur,legitur iiij. q.iij.c.ſi teſtes.§.uenturis ad iudiciũ,qui eſt prope finem.Nemo enim cogitur propriis ſtipendiis militare,ut ext.de ſimonia.c.cũ ſit Romana.ubi dicitur hoc. & xij.q.ij.c.charitatem. & x.q.ij.precariæ. quia nemo cõpellitur de ſuo facere beneficium. Aſſeſſor autẽ iuſte ſalariũ & pro eo à partibus pignora accipere poteſt: ſicut dictũ eſt ſuprà in tit.de aſſeſſ. Idem dico de iudice eccleſiaſtico,qui bonis eccleſiæ non ſuſtentatur.

Etiã eccleſiaſtici iudices expẽſas moderatas recipiũt licite.

Iudex Eccleſ. qui non ſuſtẽtatur de bonis Eccleſiæ.

De ſatiſdatione Procuratoris actoris.

VIDIMVS de ſatiſdatione principalium perſonarũ:nũc agendum eſt qualiter procuratores,uel cæteræ perſonæ, quæ nomine alterius agunt,uel defendunt,ſatiſdare debent.Et primo dicemus de ſatiſdatione procuratoris actoris. Et quidem ſi de mandato eius literis uel teſtibus conſtat, cauere non debet rem ratam dominum habiturum,ut ff.rem ra.ha.l.ne ſatiſdatio rem ratam do. habiturum exigatur in iis , quæ quis nomine eius agit qui eum ſe feciſſe procuratorem,in libello principi dato,profeſſus eſt,prodeſt.Quòd ſi iudicatum ſolui ſatiſdatio à procuratore poſtuletur , neceſſe eſt ut iuri manifeſto pareatur.C.de ſatiſdat.l.unica.ubi dicitur,Nõ eſt incerti iuris, cum quis apud acta , ſcilicet apud iudicẽ , factus eſt procurator agentis,nõ compelli eum Dominum rem rat.ha.ſatiſdare. In hac enim cauſa ueluti præſentis domini procuratorẽ interuenire intelligendum eſt. Ita etiam ſi mutata poſtea uoluntate procuratorẽ eũ eſſe noluerit, tamen iudiciũ,quo quaſi procurator expertus eſt,ratum habere debebit.Si autẽ ab aduerſario fuerit oppoſita in litis exordio defenſionis allegatio,etiã ipſe quaſi abſentis in hac parte procurator,ſatiſdationem ſu-

Non cauet de rato.

per lite expedienda præſtare cogitur, qua non præcedente lis, quæ eſt ei data ulterius à iudice procedere, non conceditur, nec poteſt. Rei autem procurator aut defenſor ſub geſtorũ teſtatione factus, in ipſo litis limine iudicatũ ſo. ſatiſdationẽ in omnibus cauſis præſtare cogitur. Et quòd ratũ debet eſſe quicquid fit cũ procuratore, antequã reuocatio mandati ad iudicẽ uel aduerſariũ perueniat, actũ dicit Dec. no. ext. de proc. c. mãdato. Si uerò de mãdato domini dubitatur, cogitur cauere de rato, ut Inſti. de ſatiſdat. §. Si autẽ per procuratorẽ lis infertur, uel ſuſcipitur in actoris perſona, ſi quidẽ nec mãdatũ actis inſinuatum eſt, uel præſens in iudicio dominus litis, procuratoris ſui perſonã non confirmauerit: rem ratã dominum habiturum, ſatiſdationẽ procurator dare cõpellitur. Eadẽ obſeruanda, ſi tutor, uel curator, uel aliæ perſonæ tales, quæ alienarum rerum gubernationẽ receperunt, litẽ principaliter quibuſdam inferunt. Si uerò aliquis conuenitur, ſiquidẽ præſens procuratorẽ dare paratus ſit, poteſt ipſe præſens in iudicium uenire, & ſui procuratoris perſonã per iudicatum ſolui ſatiſdationẽ ſolenni ſtipulatione firmare: uel extra iudicium ſatiſdationẽ exponere, per quam ipſe procuratoris ſui fideiuſſor exiſtat, pro omnibus iu. ſol. ſatiſdationis clauſulis. Hæc continet tres clauſulas de defendẽdo, dolum abeſſe, & abſuturum fore, & quod hoc uerbum ſonat, id eſt, quod euictum fuerit in iure, proferri. Et ideo de hypotheca rerum ſuarum conueniri poterit ſiue in iudicio promiſerit, ſiue extra iudicium cauerit, & tam ipſe quàm hæredes ſui obligantur. Aliàs non audirentur, niſi eſſent coniunctæ perſonæ, ſicut dictum eſt ti. de procur. Si autem de mãdato dubitatur, dicunt quidã eſſe in poteſtate rei, quam uelit cautionẽ ſuſcipere à procuratore actoris, ſcilicet quòd probet mãdatum, uel caueat de rato. Dominus Azo dicit eſſe in arbitrio procuratoris an probet mandatum, aut ſatiſdet: quoniã cum quis ad duo ſub alternatione tenetur, habet opinionẽ faciendi quod uelit, ut ff. de iureiurando. l. plerunq;. & ext. de reſcrip. c. inter cęteras. ubi dicitur, quòd quãdo alicui duo mãdata ſunt ad exequẽdã ſub diſtinctiõe, ſufficit adimpleri alterũ. Quis enim putaret procuratorem ſattiſdare, ſi ultrò mandatũ probaret? Item ſi nollet probare mandatum, ſed ſatiſdare, cur non admitteretur, quia ſine mãdato poteſt quilibet aliũ defendere, ut C. de procur. l. exigendi. Eſt & alia cautio, quã procurator actoris præſtare tenetur, quia debet cauere de defendendo, ſi reconueniatur dominus corã eodẽ iudice, & ſi conſtet

Antequam reuocatio procuratoris perueniat ad aduerſarium.

Iudicatũ ſolui ſtipul. tres clauſulas cotinet.

Procur. de cuius mãdato dubitatur an de rato caueat, uel probet mãdatum.

Cautio de defendendo.

ſtet eum habere mandatum,ut C.de ſatiſd. Ad idem ff.de procur.l.non ſolum.Sed ſi hanc cautionem præſtare nolit,nõ patitur aliã pœnã,niſi quòd ei actio denegatur,hoc eſt quòd nõ auditur:ut ff.de procur.l.mutuus.ubi d. Pœna enim nõ defendentis hæc eſt,ut ei denegetur actio. Ad idem C.e.ti.l.actiones.Et nota cautionẽ iſtã debere cõtinere hoc, quòd arbitrio boni uiri defendet: ut ff.de procur.l. ſeruum. §.ait prætor, Cuius nomine quis ſibi dari actionem poſtulauerit,is eũ arbitrio boni uiri defendat. Nota tamen, quòd cautiones iſtas debet procurator præſtare ante lit.cõteſt.& nõ poſtea,cũ interuenit ab initio:ut ff.de procur.l.Põponius. §.rati habitionis ſatiſdatio ante lit.cõteſt.à procuratore exigitur.Si autẽ lit.cõteſ.facta ſit cũ domino,& poſtea detur ꝓcurator,ſimiliter nõ cauebit. *Cautionesha quando præſtandæ.*

De ſatiſdatione Procuratoris rei.

NVNC de ſatiſdatione Procuratoris rei agamus.Procurator rei ſatiſdare debet iudicatũ ſolui,ut C.de ſatiſd.l.unica. in fi.Et ſi incertũ eſt eũ habere mãdatum,debet admitti præſtita cautione de rato,ut C.de procur.l.exigẽdi.Ad idẽ Inſti.de ſatiſd. §.Si uerò reus præſto ex quacũq; cauſa nõ fuerit,& alius defenſionẽ ſubire uelit,nulla differẽtia inter actionem in rem & perſonã introducẽda,hoc facere poteſt:ita tamen ut ſatiſdationẽ iud.ſol.pro lit.præſtat. nemo enim ſecundum ueteres leges,ſicut iã dictum eſt,alienæ rei ſine ſatiſdatione, defenſor idoneus intelligitur.Et nota quòd clauſula iud.ſolui tres clauſulas in unum collatas habet.ſ.de re iudicata ſoluenda, de defendẽda, & de dolo malo nõ adhibẽdo,ut ff.iud.ſol.l.iudicatũ.j.Et ubi reus præſens procuratorẽ ſuum coſtituit, ipſemet pro procuratore ſuo ſatiſdare debebit.Itẽ nõ tenetur procurator rei ſatiſdare in perſonali actione,cũ etiã ille Domino ratũ nõ habẽte,teneatur,ſed ne Dominus reuocare poſsit, uel retractare quod actũ eſt, debebit eius procurator ſatiſdare do. rẽ ra.habiturũ,hoc eſt ubi procurator conuenitur reali actione directe,ut ext. de iur. ca.c.cum cauſam.ubi ponitur talis caſus: Cauſa uertebatur inter Epiſcopum Rauennatẽ & cõmune Fauẽtinum ſuper quadã uilla,& rebus aliis: cõmiſſa fuit cauſa iudicibus del.qui cũ nõ proceſſerunt ut debuerunt,reuocauit Papa corã ſe ꝑſentibus procur.partiũ,cũ literis de rato. Similiter in præiudiciali actione debet ſatiſdare ꝓcur.rẽ ra.do.habi.Itẽ in familiç erciſcun.iudicio,uel cõmuni diuidũdo,uel fi. regund.officio iudicis implorato,per integrũ reſtitu.quia res

dicitur uédita à reo minore. In iis enim caſibus quia reus reuocare poſſet quod per eius procurat. actum eſſet, duplex cautio exigitur à procuratore rei. ſ. iud. ſol. & rē ra. hab. ut ff. de procur. l. nō ſolū autē in actionibus, & interdictis, & poſtulationibus defendere dominū debet procurator, uerūin interrogationibus quoq;: ut in iure interrogatus, ex omnibus cauſis reſpōdeat ex quibus dominus. An ergo hęres ſit abſens, reſpondere debebit: & ſi reſpondcrit uel tacuerit, tenebitur. Qui alieno nomine agit quacunq; actione: id ratū habiturum eū, ad quē res pertinebit, cauere debet. Sed interdum licet ſuo nomine procurator experiatur: tamē de rato debebit cauere, ut Pōponius libro xxiiij. ſcribit. Vtputa iuſiurandum procuratori retulit, iurauitq; abſenti dare oportere: agit hoc iudicio ſuo nomine propter iuſiurandum ſuum (nec enim hæc actio domino competere potuit) ſed debebit de rato cauere. Sed & ſi procuratori cōſtitutum eſt, & ex ea cauſa agat: dubitādum nō eſt, quin locus ſit de rato cautioni, idq; Pōponius ſcribit. Quęritur apud Iulianum, utrum dominū ſolum ratā rē habere debet ſatiſdare, an etiā cæteros creditores: & ait dūtaxat de domino cauendum, nec illis uerbis, ad quē ea res pertinet, creditores teneri: nā nec ipſi domino hæc incumbebat cautio. Si de dote agat pater, cauere debet ratā rē filiā habituram. Sed & defendere eam debet, ut & Marcellus ſcribit, ſi pater nomine filij iniuriarū agat: cū duæ ſint actiones, una patris, altera filij: ceſſat de rato cautio. Si ſtatus controuerſiā cui faciat procurator, ſiue ex ſeruitute in libertatem aduerſus eum quis litiget, ſiue ipſe ex libertate in ſeruitutem petat: debet cauere do. rem ra. hab. & ita edicto ſcriptū eſt, ut ex utroq; latere quaſi actor habeatur. Et eſt caſus, quo quis eiuſdem actionis nomine, & de rato caueat, & iud. ſolui: utputa poſtulata eſt cognitio de in integrum reſti. cum minor circumſcriptus in uenditione diceretur, qui alterius procurator exiſtit, debet cauere rem ra. do. hab. ne forte dominus reuerſus uelit quid petere. Itē iudicatū ſolui: ut ſi quid forte propter hanc reſtitutionem in integrum præſtari adoleſcenti debeat, hoc pręſtetur, & hæc ita Pomponius libro xxv. ad edictum ſcribit. Itē ait, Et ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorē eius oportere etiā de rato cauere: ne reuerſus ille uelit retractare quod actū eſt. Sed nō facile quis ſuſpectus per procuratorem accuſabitur, quoniam famæ cauſa eſt: niſi conſtet ei à tutore nominatim mandatum: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defenderetur, prætor erat cogniturus.

Textus l. non ſolum. ff. de procur.

rus. Ad idem ff. de procur. l. Pomponius. §. Sed & is, qui quaſi defenſor in rem actione conuenitur, præter ſolitã ſatiſdationem iud. ſol. etiam de rato debet cauere. quid enim ſi in hoc iudicio rē meã pronũtietur eſſe, & ille reuerſus cuius defenſor extiterat, uelit fundũ uēdicare? nónne ratũ nõ uidebitur habere quod iudicatũ eſt? deniq; ſi uerus procurator extitiſſet, uel ſi ipſe dominus cauſam ſuã egiſſet, & uictus eſſet: ſi à me uendicaret, excep. rei iud. ſubmoueretur, & ita Iulianus ſcribit. nam cum iudicatur rē meã eſſe, ſimul iudicatur illius non eſſe. Ad idem ff. de procur. l. ſi defunctus. §. qui ad communi diuidũdo iudicium datus eſt, ad agendũ & defendēdum eſſe uidebitur datus, duplici cautela ab eo interponenda. Idem eſt ſi tutor ſuſpectus poſtuletur, ut ff. rem ratam haberi. l. tutore: ubi d. tutore ſuſpecto poſtulato, defenſor ſi uoluerit reſpondere, rem ratam do. ha. cauere compellendus eſt. Nã iudicium familiæ erciſcundæ, communi diuid. & fin. regũ. tale eſt, ut in eo ſingulæ perſonę duplex ius habeant. ſ. agentis, & eius cum quo agitur: ut ff. fin. regund. per totum. & ff. de iud. in iis tribus.

De effectu ſatiſdationum.

NVNC autem de effectibus ſatiſdationum uideamus. Et quidē ſi procurator rei ſatiſdederit, ipſe tantum tuetur ex ipſa ſtipulatione, & non dominus: cum dominus actione in factũ, ex re iudicata cũ procuratore ſuo teneatur. Nã ſi per ſeipſum defendiſſet cauſam, non debuiſſet ſatiſdare iud. ſol. ut Inſtitu. de ſatiſdatio. §. ſed hodie. De Syndico autē uel actore uniuerſitatis, quęritur utrum ſatiſdare debeant. Et dicimus quòd nõ, ſiue agant ſiue defendant, niſi de mãdato dubitetur. tũc enim cauere debent de rato: ut ff. quod cuiuſq; uniuerſitatis. l. item eorum. §. actor uniuerſitatis. Idem intelligo in tutoribus pupillorum & curatoibus minorum, ut ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. §. tutores pupillorum.

De dilationibus quæ dantur ab homine.

QVONIAM recepto libello, & præſtitis ſatiſdationibus, reus dilationem petere conſueuit: conſequenter dicendum eſt de dilationib⁹, quę & quot ſint, & qualiter ſint cõcededæ. Dilationũ ſeu induciarũ alię ſunt citatorię, alię reſtitutorię, alię executoriæ, aliæ deliberatoriæ, aliæ ꝑparatoriæ, aliæ appellatoriæ. Citatoriæ ſunt q̃ dãtur citato ad iudiciũ, hoc eſt, quãto inte *Diuiſio dilationum.* *Citatoriæ.*

interuallo dierũ ſit aliquis ad iudiciũ uocandus, de quo plene

Reſtitutoriæ. dictum eſt in tit. de citationibus ad iudiciũ. Reſtitutoriæ, quæ dantur ſpoliato poſt reſtitutionẽ in integrum, quib. quieſcit, nec cogitur ſuis ſpoliatoribus reſpondere ſuper principali. Et ſunt ad minus vj. menſium: ad maius uero unius anni: ut iij. q. ij. c. deiectis Epiſcopis poſt in integrum reſti. anniuerſariæ in

Deliberatoriæ. duciæ, uel ſex menſium indulgendæ ſunt. Deliberatoriæ ſunt quæ dantur reo uel actori citato ad deliberandum, utrum uelit cedere, uel contendere, uel utrum recuſet iudicẽ, uel alium ſibi petat aſſociari, ut iij. q. iij. Auten. offeratur. ar. ext. de dilat. c. præterea. & hæ regulariter xx. dierũ ſunt, ut iij. q. iij. in Aut. ſ allegata. Iudex tamẽ ex officio ſuo poterit illas abbreuiare, uel prolongare, ſecundum quod uiderit expedire, ut inferius.

Præparatoriæ. Præparatoriæ ſunt, quæ dantur poſt lit. conteſ. ad teſtes quærẽdos, & producẽdos, & ad inſtrumenta præparãda, & aduocatos inueniendos, & ad cõſilia amicorum petẽda, & ſunt in cauſa criminali ad minus vj. menſium: ad maius uerò unius anni: ut iij. q. iij. c. de induciis. ubi dicitur, De induciis Epiſcoporum, ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas inuenimus cõſtitutas: quidã enim ad repellendum multorũ inimicorum machinamenta, & ſuas præparandas reſpõſiones, & teſtes cõfirmãdos, & cõſilia amicorum & Epiſcoporum quærenda, annũ & vj. menſes mãdauerũt cõcedi: quidã annum: in quo plurimi cõcordãt: minus uero quàm vj. mẽſes dari nõ inuenio: quæ ſi laicis indulta ſunt, quãto magis & Dei ſacerdotibus? In ciuili uerò cauſa ſi ſunt ex una prouincia, in qua cau-

Dilationes in cauſa ciuili. ſa tractatur, & teſtes, & inſtrumẽta, dabitur reo dilatio trium menſium. Si uerò ex cõtinentibus prouinciis, vj. menſes indulgentur. In tranſmarinis uerò ix. menſes, ut C. de dilat. l. j. & iij. q. iij. c. induciæ. § Spatium dilationũ hac ratione moderãdum eſt, ut ex ea prouincia, ubi lis agitur, uel perſona, uel inſtrumẽta poſcũtur, non amplius q̃ tres menſes indulgeas. Si uerò ex continẽtibus prouinciis, vj. mẽſes cuſtodiri iuſtitiæ eſt. In trãſ marina autẽ dilatione ix. menſes cuſtodiri oportet. Iudicãtes autẽ hac ratione nõ ſibi cõceſſum, intelligãt dandę dilationis arbitrium, ſed eãdem dilationẽ ſi rerum urgentiſsima ratio flagitauerit, & neceſsitas deſideratæ inſtructionis exegerit, non facile amplius q̃ ſemel, nec ullã protrahendi artẽ ſciãt eſſe tribuendã, & hoc ſuper eodẽ articulo. Secus ſi ſuper diuerſis, ut

Cõmunes ſunt iſtæ dilationes. ext. de teſtibus. c. fraternitatis. & c. in cauſa. Et dicit Azo, ꝙ iſtę dilationes dãtur actori & reo accuſatori & accuſato. In pecuniariis

niariis autẽ cauſis tãtum ſemel,& pro ſingulis cauſis & impe dimentis ſingulis,ut ff.de fer.& dilatio.l.ult.ubi dicitur, In pecuniariis autẽ cauſis omnib. dilatio pro ſingulis cauſis plus q̃ ſemel tribui nõ poteſt. In capitalibus autem cauſis dilationes reo tres,accuſatori duæ poſſunt dari. Sed utrũq; cauſa cognita. Et hoc fiat ſine grandi cauſæ cognitione:nã eo ipſo,ꝙ petuntur gratia teſtiũ & inſtrumẽtorum,uidetur ꝙ iuſte petantur,& dãdæ ſunt niſi euidens calumnia appareat. Item ſecundæ dilationes dãdæ ſunt, ſi probauerit ſe impeditũ iuſta aliqua de cauſa,quo minus produceret ſuos teſtes & inſtrumẽta, ut ff.de eden.l.ſi quis. §.ult.& penult.& l.ueluti.ff.de fer. l.oratione quidẽ diui Marci nõ amplius q̃ ſemel eſſe dandã inſtrumẽtorum dilationẽ expreſſum eſt. Sed utilitatis litigãtiũ gratia, cauſa cognita,& iterum tam ex eadẽ,quàm ex alia prouincia, ſecũdum moderamẽ locorũ,impertiri ſolet maximẽ,ſi aliqd inopinabile emergat. In criminalib. duæ ſunt dãdæ dilationes accuſatori,& tres reo,non exquiſita probatione impedimẽti,ut ſuprà proxime. Sed ſi plures petãt,nõ dabũtur abſque cauſę cognitione. Et quarta nõ dabitur,niſi iuret ꝙ teſtificata nõ didicerit, ut ext.de teſti.c.in cauſis.ubi dicitur,ꝙ in ciuilibus cauſis uel eccleſiaſticis nõ datur quarta productio,niſi adhibita ſolennitate,quæ in legib. eſt expreſſa, quã ſolennitatẽ habetis in Aut.de teſti.coll.vij. §.quia uerò.ubi dicitur, Quia uerò multi litigatores ſæpe teſtes producũt,& tertio hoc agẽtes,mox ut cõcluſerint,& accepta fuerint cõtra ſe teſtimonia, tentãtes interpellationibus nouis importuni eſſe,& uelle etiã quarto producere teſtes: ſancimus noſtros iudices hoc maxime cõſiderare: & ſi tertio iã producti ſunt teſtes,& ab eo qui teſtes produxit cõcludẽte,id eſt,productioni teſtiũ renunciãte,& editũ accipiẽte,iterum petantur teſtes,hoc omnino non adeſſe:utpote ſuſpicione habita,ne forte relictis quidẽ prioribus,& dudum manifeſtis propter eorũ teſtimonia factis, non productionẽ, ſed de præcedẽtibus, aut nõ teſtificatis, addita mẽtum,aut diſpoſitionib. eorũ emẽdationẽ deſideret. Si uerò deducẽs quidẽ teſtes editionẽ nõdum acceperit, neq; perlegerit atteſtationes,neq; ipſe,neq; aliquis aduocatorum eius:aduerſarius autẽ eius ſolius acceperit,& fecerit diſputationem, nec tamẽ eã dederit ei qui tertio dudum fecit teſtiũ productionem,neq; edoctus ſit is,qui eos produxit,quæ teſtimoniis deſunt,hęc adiici:tũc dandã etiã productionẽ ei quartã qui hoc petierit:primitus ſacramẽto dãdo ab eo,quòd neq; ſubtraxit,

Cum leui cauſæ cognitione dantur.

Solennitas circa quartam dilat. producentorum teſtiũ.

Textus Auten.

h 5 neq;

neq; perſcrutatus eſt atteſtationes, neq; ipſe, neq; aliquis aduocatorum eius, aut omnino pro eo agens: neq; per aliquem dolũ, uel machinationẽ, uel artẽ, quartã productionẽ petit teſtium fieri: ſed propter hoc quod nõ prius ualuit uti denũtiatis teſtimonijs, & ſi hoc factũ fuerit, neq; iuſsione pro talibus Imperiali egere, ſicut pridẽ erat, ſed ex hac lege ſufficiant eis, quæ permiſſa ſunt, & uſq; ad quartã teſtium productionẽ licentiã eſſe teſtimonijs uti, nõ tamen per longũ interuallũ: ut ex hoc nõ protrahãtur lites: ſed oportere omnino uelocitatẽ eis imponere ſecũdum quod iudex æſtimauerit hoc fieri. Illud tamẽ indubiũ eſt, quia etſi ſemel producẽs teſtes, aut bis, aut teſtificationes tractauerit, aut aduerſario hoc faciente ipſe diſputationẽ acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata, nõ habebit omnino licentiã ullã ulterius uti productione teſtiũ, neq; ſi diuina iuſsio hoc præceperit. Ad idem ext. de teſti. c. penult. ubi d. Vltra tertiã productionẽ nõ debent teſtes in cauſa produci, niſi præſtito ab eo, qui poſtulat, hoc iuramento, ꝙ neq; per ſe, neq; per aliũ teſtificata ſubtraxerit, uel fuerit percũctatus, nec per dolum, aut per artẽ aliquã, quartã productionem expoſcat, ſed ꝙ, quos deſiderat de nouo producere, prius habere nequiuit. Quinta productio uel dilatio nullo modo datur; quod uerum eſt, ſi quos teſtes produxerit. Si uerò nullos teſtes produxerit, probatis impedimentis, quinta dilatio dabitur, & etiã centeſima, ſi neceſſe fuerit. Alij uero dicũt, ꝙ in omnibus cauſis tam pecuniarijs, q̃ ſpiritualibus, & in criminalibus, pro ſingulis cauſis tres dilationes dandæ ſunt ad teſtes producendos, & quarta cum ſolennitate illa, ſcilicet ꝙ iuretur ꝙ teſtificata nõ didicerit, & ꝙ quartã productionẽ malitioſe nõ petat &c. Sic ext. eo. tit. c. ſignificauerunt. ubi facit mentionẽ de ſolẽnitate legali, quã habes in §. quia uerò. Et intelligo l. illã ff. de fer. l. fi. & l. oratione. per quã Azo ſuã fouet intentionẽ iã ꝑmiſſam, de dilationibus, q̃ indulgẽtur à iudice. Decretales autẽ & Autẽ. intelligo de iis quę cõcedũtur à iure.

Quinta & ulteriores dilationes dantur, ſi nõ ſubſit falſi machinandi ſuſpicio.

Cõciliatio circa opiniones de dilat.

De dilationibus appellatorijs.

APPELLATORIARVM dilationũ aliæ ſunt ſtatutæ ad appellandũ, aliæ ad appellationẽ proſequendã à tempore latæ ſententiæ tam interlocutoriæ, q̃ diffinitiuæ. Et concedũtur ad appellandũ dies x. ut ij. q. vj. c. anteriorum. ubi etiã dicitur, ꝙ olim infra biduũ, uel triduũ tantummodo, erat licitum appellare, ſiue litiget quis per ſe, ſiue per procuratorẽ. Et hoc

temp

tempus eſt numerãdum à tempore prolationis ſententiæ tam interlocutoriæ, q̃ diffinitiuæ, ut ibidem dicitur. Ad idem ext. ſent. & re. iudi. c. quod ad cõſultationem. ubi dicitur, ꝙ qui nõ prouocat infra decendium, appellandi ſibi aditum denegat, & trãſit res in autoritatem rei iudicatæ. Et nota, ꝙ ſecũdum Canones poteſt indiſtinctè appellari, & ante ſententiã, & poſt, & in prolocutione ſententiæ, ut ij. q. vj. c. nõ ita. ubi dicitur, ꝙ ab eccleſiaſtico foro bene licet recedere ante peractã cauſam, ſi neceſſe fuerit, uel ſi ſenſit ſe grauari: ut ext. de app. c. ſuper eo. ubi dicitur, ꝙ ſacri Canones ante, & poſt lit. cõte. & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiã, ſingulis appellãdi tribuunt facultatem. Sed tamẽ ſecũdum noua iura aliter eſt, quæ corrigũt uetera, quia nõ poteſt appellari ante ſententiam niſi iuſta cauſa fuerit aſsignata, puta, ꝙ iniuſte grauatur, ut ext. de app. c. ut debitus honor deferatur iudicibus, & litigatorib. cõſulatur ſuper laboribus & expẽſis: ſtatuimus ut ſi quis coram idoneo iudice cõuenerit aduerſariũ ſuum, ut ille ante ſententiam ad ſuperiorem nõ prouocet abſq; rationabili cauſa, ſed coram illo iuſtitiã ſuam proſequatur, non obſtante ſi dicat ꝙ ad ſuperiorem iudicem nuntium deſtinauerat, & literas impetrauerat priusq̃ delegato fuerint aſsignatæ. Cum autem ex rationabili cauſa putauerit corã eodem iudice appellãdum, cauſa probabili aſsignata appellationis, quę uidelicet ſi foret probata, legitima reputari debet, ſuperior de appellatiõe cognoſcat: & ſi minus rationabiliter eum appellaſſe cõſtiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin primus procedet ſaluis cõſtitutionib. de maioribus cauſis, ad ſe. Apoſtolicã referendis. Et nota, ꝙ ad proſequendã app. unus annus regulariter indulgetur, & ex iuſta cauſa biennitũ, ut ext. de app. c. cũ ſit Romana. ubi dicitur, ꝙ ſi fruſtratoriæ dilationis cauſa, uel etiã neceſſario, id eſt, cũ probabiliter ante ſententiã uel poſt fuerit appellatũ, huiuſmodi appellatiõni annus indulgetur: aut ſi neceſſaria & euidens apparuerit neceſsitas, bienniũ, niſi forte iudex à quo appellatũ eſt, ſecundũ locorũ & prouinciarũ diſtãtiã & qualitatem, reſciſsius tẽpus fuerit moderatus: infra quod, ſi is q appellauit, cauſam appellationis nõ fuerit ꝓſequutus, tenebit ſẽtẽtia, ut ext. de ap. c. oblatæ. ſuprà c. & hoc uerũ eſt generaliter, ſi appelletur ante ſẽtẽtiã uel poſt, niſi iudex reſciſsi⁹ tẽpus fuerit moderat⁹, aſsi gnãdo terminũ ad appellationẽ ꝓſequendã, ut iã dictũ eſt. ext. c. cũ ſit Rom. & ille termin⁹ uicẽ obtinet ꝑemptorij, ut ext. de app.

Quando poſſit appellari.

Ante ſententiã quomodo appelletur.

Tempus proſequendæ appellationis.

Iudex legitimum proſequendarũ appellat. tẽpus poteſt abbreuiare.

ap.c.ſæpe contingit.ubi dicitur, ꝙ appellatio, ſi à iudice recepta fuerit, uel à parte probata, poſt terminũ appellationi præfixum, peréptorij edicti uires obtinet, ita uidelicet, ut extunc in abſenté ptoinde ꝓcedatur, ac ſi tunc peréptorie uocatus ad iudiciũ extitiſſet. Quòd ſi forte interpoſita prouocatio malitiosè recepta uel adprobata nõ fuerit, cum cõſtiterit legitime prouocatũ, nihilominus eã uigoré uolumus obtinere, ſaluis cõſtitutionibus de prouocãtibus poſt ſententiã promulgatis, quibus appellationes ſuas proſequi nõ curãtibus, poſt terminum appellationi proſequẽdæ præfixũ, rata maneat ſentẽtia, quæ fuerat appellatione ſuſpẽſa. quicquid auté cõtra citationem peremptoriã poſſet ab abſente citato proponi, aduerſus appellationem huiuſmodi ualeat allegari. Item nota, ꝙ poſt bienniũ poteſt appellans ſuã proſequi appellationé, nec facit ſibi præiudicium, ſi ex cauſa eã omiſerit, ut extrà de app.c.ex ratione.ubi dicitur, Verùm ſi appellationé, poſtquã bienniũ fuerit elapſum, factã à ſententia, quæ fuerat contra uos prolata, de controuerſia quam habuiſtis in Eccleſia tali, proſequuti non eſtis, dummodo proſequutionem ipſius appellationis, per impotentiam uos conſtiterit omiſiſſe, nolumus quòd iuſtitiæ ueſtræ debeat aliquatenus præiudicare.

Etiã ex cauſa poſt biennium tractatur appellatio.

De dilationibus executorÿs.

EXECVTORIAE ſeu iudicatoriæ ſunt, quę dãtur poſt ſententiã condénato, antequã ſententia mãdetur executioni. Et hæ in perſonali actione ſunt quatuor mẽſiũ, ut ext.de ſen. & re iud.c.quod ad conſultationé.ubi dicitur, quòd licet generaliter quadrimeſtre tẽpus eſt ſtatutũ ad ſoluendum iudicatum, tamé à ſedẽte in medio poteſt prorogari, ut extrà de off. iud.deleg.c.quæréti.ſuprà eſt. In reali actione, ſi iudicatũ eſt, mãdari debet ſentẽtia executioni ſtatim elapſo decẽdio, ſi pręſens ſit res, de qua actũ eſt. Sed ſi nõ ſit pręſens p̃ſtita cautione de æſtimatione ipſius rei, infra tẽpus à iudice ſtatuẽdum, mandabitur executioni, ut inſtit.de off.iudi. §.ij.ubi dicitur, Et ſi in rẽ actũ ſit, ſiue cõtra petitoré iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſoré: ſiue cõtra poſſeſſoré, iubere ei debet, ut rẽ ipſam reſtituat cũ fructibus: ſed ſi in p̃ſenti ſe neget poſſeſſor reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione uidebitur tẽpus reſtituendi cauſa petere, indulgendũ eſt ei: ut tamẽ de litis æſtimatione caueat cũ fideiuſſore, ſi intra tẽpus quod ei datũ eſt, non reſtituiſſet.

In reali.

Cũ aũt criminaliter agitur, ſtatim mãdari debet ſentẽtia executioni elapſo decendio, ut ij.q.j.ſicut ſine iudicio nolumus

In criminali.

quenq

quenquã condẽnari, ita quę iuſte diffinita ſunt, nulla patimur excuſatione differri. Nota tamẽ ꝙ illud habet inſtãtiã in quibuſdã caſibus notatis. xj. q. iij. c. cum apud Theſſalonicã, quotum unus eſt. C. de pœnis. l. ſi uindicari in aliquo ſeuerius con tra noſtrã cõſtitutionẽ pro cauſæ intuitu iuſſerimus, uolumus ſtatim eos aut ſubire pœnã, aut accipere ſentẽtiã. Sed per dies xxx. ſuper ſtatu eorũ ſors & fortuna ſuſpẽſa ſit. Reos ſane accipiat uinciatq; cuſtodia, & excubijs ſolertibus uigilanter obſeruet. nã regulariter non differtur pœna, ut C. de pœnis. l. cũ reis. ubi dicitur, Cum reis manifeſta probatione cõuictis, ſpatium tẽporis ante ſentẽtiã datur, facultas ſupplicãdi, uel quibuſdã malignis artibus tam præſidum, q̃ officialiũ pœnas euitandi criminoſis patet: cum & in homicidij crimine, & in alijs detectis grauioribus cauſis, ultio differenda non ſit. Igitur de cætero iuxta criminis quãtitatẽ legẽ oportet ſeruari, & in ſceleroſos & noxios proferri iure ſententiã. Eſt etiam alius caſus quãdo differtur. ſ. in muliere prægnãte donec peperit, ut ff. de pœnis. l. prægnantis mulieris cõſummãdæ dãnatæ pœna differtur quoad pariat. Ego quidẽ & ne quæſtio de ea habeatur, ſcio obſeruari quamdiu prægnãs eſt. Itẽ in ſeruo donec peculij rationẽ domino reddiderit, ut C. de bo. proſcri. l. j. §. ipſius quoq;. ubi dicitur, Ipſius quoq; præſentiæ poteſtas ei dabitur quoad rationes per eũ adminiſtratæ reddãtur ac diſponãtur. Item quãdo dominus relegat, uel pręſes iudicat aliquẽ relegãdum, debet expectare donec Imperator ei inſulã aſsignauerit: quod præſes facere nõ poſſet, niſi inſula eſſet in iuriſdictione ſua, ut ff. de interdi. & releg. l. relegatorũ duo ſunt genera, circa princ. Et nota, ꝙ omnes dilationes exceptis appellatoriis, arbitrariæ ſunt, & iudicis officio modęrãtur, ut ext. de app. c. cum ſit Romana. ſuprà eo. Et dantur ſedente iudice pro tribunali, cauſa cognita, & utraq; parte pręſente. C. de dilat. l. à iudice. Item nota, ꝙ data dilatione interim debet officiũ iudicis quieſcere, ut C. de dilat. l. ſiue. ubi dicitur, Siue enim pars, ſiue integra dilatio data fuerit, eo uſq; iudicis officium conquieſcat, donec præfixi temporis effluxerint curricula. Ad idem extrà de appel. c. ſignificant Aurelio Epiſcopo. ubi dicitur, quòd iudex nõ poteſt præuenire diem aſsignatum partibus, ſtatuendo aliquid, niſi de conſenſu partium hoc faciat.

Caſus in quibus poſt condẽnationem pœna differtur.

L. ſi uindicari. C. de pœnis.

L. cũ reis. ibidem.

In muliere prægnante.

In ſeruo antequam rationẽ domino reddiderit.

In relegato cui nõdum eſt aſsignatus locus.

Exceptis appellatorijs cæteræ dilationes ſunt arbitrariæ.

Durante dilatione interim offic. iud. quieſcit.

De Ferijs.

DIXIMVS de dilationibus, quæ dãtur ab homine, nunc uideamus de ijs quæ dãtur à iure, ſ. de ferijs. Videamus igitur

quot

quot ſint genera feriarũ, qualiter diſtinguuntur, qd in eis agi
Diuiſio. poſsit. Feriarum aliæ ſunt repẽtinæ, aliæ ſolẽnes, aliæ ruſticæ ſeu publicæ. Solẽnes feriæ ſunt omnes dies Dominici & ſolẽnium feſtiuitatũ, quæ numerãtur de conſe. diſt. iij. c. j. ubi dicitur, quòd pronunciandũ eſt ut ſciant tẽpora feriãdi per annũ, id eſt, omnẽ diẽ dominicũ à ueſpera in ueſperã, ne à Iudaiſmo
Feriarũ ſolennium enumeratio. capiãtur. Feriãdi uero per annũ iſti ſunt dies, Natalis domini, ſancti Stephani, Ioannis Euangeliſtæ, Innocentiũ, ſancti Silueſtri, Octaua natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Purificatio ſanctæ Mariæ, Paſcha cum tota hebdomada, Rogationes triũ dierum, Aſcenſio Domini, dies Pentecoſtes, Ioãnis Baptiſtæ, xij. Apoſtolorũ, & maxime Petri & Pauli, ſancti Laurẽtij, Aſſumptio & Natiuitas ſanctæ Mariæ, Dedicatio Eccleſiæ, ſancti Michaëlis Archãgeli, Dedicatio cuiuſcunq; oratorij, & omniũ ſanctorũ, & ſancti Martini. Et illæ feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu cũ populo collaudãt, q̃ in uicinis tantũ cõmorãtibus indicẽdę ſunt, nõ omnibus generaliter. Reliquæ uerò feſtiuitates nõ ſunt cogẽdæ ad feriandũ, nec prohibẽdæ etiã, ſed tamẽ addũtur his & aliæ quædã, ut xv. q. iiij. c. placita ſecularia dominicis diebus, & aliis pcipuis feſtiuis, ſiue etiã in ijs dieb⁹, in quib⁹ legitima ieiunia celebrãtur, ſecundũ Canonicã inſtitutionẽ, minime fieri decernimus. Inſuper aũt ſancta Synod⁹ decreuit, ut nulla iudiciaria poteſtas licentiã habeat ſua. ſ. autoritate Chriſtianos ad placitũ bãnire in ſupradictis vij. diebus ante Natiuitatẽ Domini, uſq; ad octauã Epiphaniæ, & à L. uſq; ad octauã Paſchę, & vij. diebus ante natiuitatẽ Ioannis Baptiſtæ: quatenus adeundi eccleſiã, orationibusq; uacãdi liberius habeatur facultas. Et C. de feri.
Cõſuetudo circa quaſdam. l. ult. Veruntamẽ licet pdicta iura omnes ſupradictos dies cenſeant eſſe ſolẽnes, tamẽ quod dictũ eſt de obſeruatione L. & de vij. diebus ante Natiuitatẽ ſancti Ioãnis Baptiſtę, credo nõ tenere per cõſuetudinẽ Romanæ Eccleſiæ, & aliarũ prouinciarum, cæteris autẽ diebus in ſuo robore duraturis. Repẽtinę
Feriæ repentinæ. feriæ ſunt, quas princeps indicit propter publicã gratulationẽ, ob diẽ natalẽ Imperatoris, uel eius filij, uel pter gaudiũ uictorię ab inimicis habitæ, quæ à nullo iudice indici poſſunt, niſi à principe, ut C. de fer. l. à nullo iudice præſumi debet, ut autoritate ſua ferias aliquas condat. nec enim ferias uocari oportet, quas adminiſtrator edixerit, ac per hoc ſi nomine exi-
Ruſticæ feriæ. mũtur, fructu carebũt. Ruſticæ ſunt, q̃ dãtur propter publicã utilitatem, uidelicet pro meſsibus & uindemiis colligẽdis, &

ſunt

ſunt duorũ menſiũ, ut C. de fer. l. omnes dies iubemus eſſe iuridicos, illos tamen manere feriarũ dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiẽ laboris indulgentior annus excepit: æſtiuos quidẽ feruoribus mitigãdis, & autumnales fructib⁹ decerpẽdis, ſecundũ cõſuetudinẽ cuiuſq; loci, & ſecundũ uarios ritus terrarũ, ut ff. de ferns. l. præſides. ubi dicitur, Præſides prouinciarum ex uniuſcuiuſcunq; loci cõſuetudine ſolent meſsis uindemiarumq; cauſa tẽpus ſtatuere, id eſt, ſtatutum ſeruare. Et nota, ꝙ hæ feriæ ſeu publicæ ſeu ruſticæ, non ſolũ ad ruſticos uel cultores extendũtur, ſed ad omnes alios, ut ff. de feri. l. j. ubi dicitur, Ne quis per meſsis uindemiarũq; tẽpus cogat aduerſariũ ſuum ad iudicẽ uenire, oratione diui Marci exprimitur (eo quòd occupati circa rem ruſticã in forũ nõ ſunt cõpellendi uenire) quoniã licet proprijs manibus fructus nõ colligant, oportet tamen eos intẽdere ad fructus colligẽdos per ſe, uel per alios procuratores ſuos. In omnibus ſupradictis ferijs ea, quæ ad cõtentioſam iuriſdictionẽ pertinẽt, tractari nõ debent, puta, non ſunt ad cauſam uocãdi, nec cauſæ tractãdæ ſunt, nec ſentẽtiæ ferendæ, ut xv. q. iiij. c. j. ubi dicitur, Nullus Epiſcoporũ aut pſbyterorũ, aut clericorũ, die Dominico ppoſitum cuiuſcũq; cauſæ negotiũ audeat uentilare, niſi hoc tantum ut Deo ſtatuta ſolẽnia pagat, cæteris uerò dieb⁹ cõuenientibus clericis, uel pſonis, illa q̃ iuſta ſunt habeãt licentiã iudicandi. Ad idẽ ext. de fer. c. omnes. Et nota, ꝙ ſi lata fuit ſententia feriatis dieb⁹, nõ tenet, niſi lata ſit de cõſenſu partiũ, ut ff. de fer. l. ſi feriatis dieb⁹ fuerit iudicatũ, lege cautũ eſt, ne ijs diebus iudicatũ fiat niſi ex uoluntate partiũ, & ꝙ aliter aduerſus ea iudicatum erit, ne quis iudicatũ facere, uel ſoluere debeat, neue qs, ad quẽ de ea re in ius aditũ erit, iudicatũ facere cogat. Iſtud corrigitur hodie per Decre. no. q̃ dicit, ꝙ lata ſententia, uel pceſſus habit⁹ die feriato ſolẽni nõ ualet, licet ptes cõſentiant, ut ext. de fer. c. cõqueſtus. niſi in caſib⁹, ut in ijs q̃ pertinent ad agriculturã. C. de fer. l. oẽs. & ff. de fer. l. j. ubi dicitur, Excipiũtur certę cauſæ, ex qbus cogi poterimus, etiã per id tẽpus, cum meſſes uindemiæq; ſunt, ad prætorẽ uenire, ſi res ſit tẽpore præteritura, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit perẽptura. Sane quoties res urget, cogendi ſumus ad prætorẽ uenire. Ad idẽ C. eo. tit. l. omnes. j. §. ruri. Itẽm ea, quæ pertinent ad pacẽ, & concordiam faciendã, ut pacta & tranſactiones, ut C. de ferijs. l. ulti. & ext. de fer. c. j. ubi dicitur, ꝙ nec mercatũ fiat neq; placitũ, neq; aliquis ad mortẽ uel ad pœnã iudicetur, nec Sacramenta

Ruſticæ feriæ extra perſonas ruſticas extenduntur.

Ea quæ ad cõtentioſam iuriſdictionem pertinent, non tractantur tẽpore feriato.

Sententia lata die feriato non tenet.

Cauſæ q̃ etiã feriatis diebus tractantur.

cramenta(niſi pro pace uel alia neceſsitate) præſtētur. Item ea quæ ſunt tempore peritura, uel morte, in iis eatenus procedatur in cauſa, ut fiat lit.conteſt. ut actio perpetuetur, quæ tepore erat peritura, uel ut fiat id quod cōmode differri nō poteſt, ut ff.de fer.l.j.§.fi.& l.ſolet.item ext.ut lit.nō conteſt.c. quoniam frequēter.ibi enim præcipit ea facere, quæ dilationē nō capiunt, & cōmode differri nō poſſunt. Item cauſæ latronū, præcipue Iſaurorum, omni die experiri poſſunt, ut C.de fer.l. penul.ubi dicitur, Prouinciarum iudices moneātur, ut in quæſtionibus latronum, & maxime Iſaurorum nullum tēpus quadrageſimale, neq; uenerabilē diē Paſchalem, ęſtimēt excipieudum, ne differatur ſceleratorū proditio cōſiliorū, quæ per latronū tormēta quærēda eſt, cum facile in hoc ſummi numinis ſperetur uenia, per quod multorum ſalus & incolumitas procreatur. Itē publicæ & fiſcales cauſæ in feriis ruſticis tractari poſſunt, ut C.de fer.l.omnes dies.j.in fi.ubi dicitur, In xv.autem Paſchalibus diebus, compulſio & annonariæ functiones, & omnia criminum, priuatorumq; debitorum differatur exactio. Itē liberalia iudicia, & ea quæ pertinēt ad libertatem & pietatē, omnib. diebus tractari poſſunt, ſicut probatur per multa, ut ff.de fer.l.j.& ext.de fer.cōqueſtus. ubi fit mentio de iſtis caſibus. Item per hoc tempus appellari poteſt & ſuper qualibet cauſa, ut ff. eo.tit.l.j.ut dicetur infrà tit. de appellationibus. Illa uerò q̄ ad uoluntariā pertinēt iuriſdictionē, ſicut manumiſsio, emācipatio, quolibet tēpore poſſunt exerceri, ut C. eo.ti.l.actus.ubi dicitur, Omnes publici & priuati act⁹, etſi diebus xv.Paſchalib.cōquieſcāt, interim tamē emācipandi & manumittēdi cūcti licētiā habeāt, & ſup iis acta nō prohibeātur.

Cauſæ publicæ & fiſcales.

Iudicia liberalia.

Quæ ad uolūtariā iuriſdictionē ſpectāt.

De reconuentionibus & mutuis petitionibus.

QVIA datis dilationibus, & facta deliberatione, ſępe reus uult uiciſsim cōuenire actorem, & ſic fiunt hinc inde mutuæ petitiones: ideo de recōuentionibus uideamus, uidelicet apud quem iudicem fieri poſsit recōuentio, & de quibus rebus fieri poteſt, quādo facienda ſit, & qualiter. Itē quæ ſit pœna actoris nolentis reſpondere ſuper reconuentione rei. Recōuentio poteſt fieri coram omni iudice tam ord. quàm deleg. ut iij.q. viij.c.cuius in agēdo.ſuprà eſt de off.deleg. Ad idē ext.de mut. pet.c.ex literis. Sed apud arbitrū nō habet locū reconuentio, quia arbiter iudicare nō poteſt niſi de iis, de quib. in initio in eum

Diuiſio.

Coram quibus fiat recōuētio.

cũ fuit cõpromiſſũ, ut ff. de arbitris. l. de iis rebus & cõtrouerſiis iudicare poteſt arbiter, quæ ab initio fuiſſent inter partes quæ compromiſerunt, non de iis quæ poſtea ſuperuenerunt. De omnibus autẽ cauſis poteſt fieri reconuentio, exceptis criminalib. in quib. non habet locum reconuentio, ut iij. q. xj. c. j. ij. iij. ubi d. Neganda eſt accuſatis licentia criminandi priuſquàm ſe crimine quo premuntur, exuerint: quia non eſt credẽdum contra alios eorum confeſsioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probarint innocẽtes. Itẽ exceptis præiudicialibus actionib⁹, quæ licet uiciſsim proponãtur à reo, tamẽ ante impletã petitionẽ actoris tractantur, ut iij. q. xj. c. prius. §. aliquando. Ad idem ext. de ord. cog. c. intelleximus. ubi dicitur, quòd quædã petebat quendã in uirũ, ille excepit de cõſanguinitate, quæritur de quo articulo prius debeat tractari, & dicit Papa, quòd de articulo incidenti prius eſt cognoſcendũ, cum ille probatus, cauſam perimat principalẽ. De iis præiudicialibus actionibus plenius dicemus in titulo ꝓximo. Itẽ excipiũtur cauſæ ſpirituales, de quibus corã laico recõuentio non habet locũ, quia nullo modo de iis laicus poteſt iudicare, & ſi ſententiã potulerit, non tenebit, ut ext. de iur. pat. c. relatũ. §. ad hoc. Sequitur quando debeat fieri reconuentio. Et fit generaliter ante lit. conteſt. poſtea uerò nunquã, niſi libellus recõuentionis antè ſit porrectus, uel proteſtatus reus fuerit de recõuentione facienda, ut ext. de mut. pe. per totũ, & C. de ſen. & interlo. om. iud. Autẽ. & cõſequenter. Ad idẽ & melius in Aut. de execu. coll. vij. §. ſancimus. ubi dicitur, Sancimus igitur, ſi quis obnoxiũ arbitratur habere eum, qui cõtra ſe cõuentionẽ expoſuit, nõ apud aliũ iudicẽ, ſed apud eũ mox à principio cõuenire: & eundẽ eſſe iudicẽ in utroq; negotio. Si uerò forſan diſplicuerit apud quẽ litem ſortitus eſt iudex: licet ei etiã hoc emendare. Viginti enim dierum inducias dantibus nobis poſt libelli tranſmiſsionẽ, poſtquã oportet litem cõteſtari: licet intra prædictã ſuſpenſionẽ refutare quidẽ illũ: alium uerò mereri, apud quẽ iterum ſimiliter utranq; exerceri cõpetit litem, & eiuſmodi artes in nullo fieri: ſed unũquenq; proprio iure uti. Si itaq; tacuerit, poſteà uoluerit cauſam apud alium iudicem mouere: neceſsitatẽ eum habere, ſuſtinere terminũ eius litis illatæ ſibi ab eo, qui eum in iudicium traxit; & dum finẽ lis acceperit, tunc eũ ſuam cauſam apud alium iudicem proponere: ut ita tales eorum auferamus artes, & in alterutros calumnias. Ad idem C. de ſentent. & interloc. l. cũ Papinianus uir

De quibus cauſis.

Reconuentio non cõceditur in criminali.

Præiudiciali.

Spirituali.

Quando fiat reconuentio.

ſummi ingenij in quæſtionibus ſuis rite diſpoſuerit nõ ſolum iudicem de abſolutione rei iudicare, ſed etiã ipſum actorem, ſi è contrario obnoxius fuerit inuentus, condemnare: huiuſmodi ſententiam non ſolum roborandam, ſed etiam augendã eſſe ſancimus, ut liceat iudici contra actorem ferre ſentẽtiam, & aliquid eum daturum facturúmue pronuntiare, nulla ei opponenda exceptione quòd non competens iudex cognoſcatur. Cuius enim in agendo quis obſeruat arbitrium, eum contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur habere.

Proceſſus in Reconuentionibus.

Hoc modo fiat reconuentio: primum fiat litis conteſtatio ſuper petitione rei, poſtmodum uiciſsim interrogationes, probationes, allegationes, utriuſq; diligenter audiantur, ut ext. de mu.pec. ex literis. ubi ponitur talis caſus: Quidã clerici agebant contra quoſdam monachos, monachi libenter reſpõderent ſi clerici uellent incõtinenti reſpõdere ſimiliter ſuis quæſtionibus: dicitur quòd actione propoſita, & reſponſione facta, reſpondeant monachis clerici incontinenti ſuper quęſtionibus ſuis, & ſic uiciſsim poſtmodum rationes & allegationes utriuſq; partis aũdiant, & utrunq; negotium cõcordia uel iudicio terminent. Et nota, quòd unà utrunq; negotiũ terminabitur, prius tamen pronuntiabit ſuper petitione actoris, conſequenter ſuper petitione rei, ut ext. de ord. cog. c. cũ dilectis. ubi dicitur, Qui prior appellat, prior agat. Ad idem ext. de cauſa poſſ. & proprie. c. cum dilectis. ubi dicitur, quòd quando de proprietate & poſſ. ſimul agitur, prius debet iudex de poſſeſſione pronunciare, quàm de proprietate: tamen in executione debet ſententia ſuper proprietate præualere. Et nota, ꝙ ſicut non poteſt appellari ſuper petitione actoris, ita nec ſuper recõuentione rei, ut ext. de mut. pet. c. prudentiam. ubi dicitur, Vtrũ reus poſsit recõuenire actorem ſub eodẽ iudice, ſub quo actor reum conuenit, & app. remota procedi. & dicitur ꝙ ſic; cum cauſa app. re. cõmiſſa ſit, & allegatur ab eo, Hoc nõ facias alij, quod non uis tibi fieri. & facit ad hoc ff. quod quiſq; iuris in alterũ ſtatuit, eodẽ iure contra ſe utatur. Et ext. de conſti. c. cũ omnes. Pœna actoris nolentis reſpondere ad recõuentionem rei, hæc eſt, ut & ei nõ reſpondeatur, ut ext. de mu. pet. c. ex literis. Credo tamen, quòd ſi reus uoluerit preciſe actorem compelli reſpondere ſibi, audiendus eſt, ut ext. de ord. cog. c. cum dilectis, quia iudiciũ redditur in inuitũ, ut ff. de uerb. obl. l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ubi dicitur expreſſe, quòd iudicium redditur in inuitum.

Conuentio & Reconuentio ſimul terminantur.

Impetrans Reſcriptum app. remota, etiam in Reconuẽtione ei ſtabit.

Pœna actoris nolentis reſpõdere reconuẽt.

De

De ordine iudiciorum in incidentibus quæſtionibus & præiudicialibus.

PLVRES in iudiciis quandoq; ueniũt quæſtiones & à diuerſis inchoãtur: qs igitur ordo in eis proponẽdis & tractãdis debeat obſeruari uideamº. Et quidẽ ſi de una parte plures ciuiles quæſtiones proponãtur, poteſt, qui eas proponit, quã maluerit præmittere, aut etiã omnes inſimul tractare, niſi in quatuor caſibus. Primus eſt caſus, ſi ſint contrariæ, quia contraria petens, non auditur, ut ext. de appel. c. ſolicitudinem. ubi dicitur, quòd aduerſa uel diuerſa petens, tanquam ſibi contrarius non auditur, eligat tamen quam maluerit, & prius eã tractet. ut C. de furt. l. j. ubi dicitur, ſi ex pecunia tua mandantibus ſeruis tuis, quędã prædia quidã comparauit, eligere debes, utrum furti actionẽ, an actionem mandati potius inferre uelis. Nõ enim æquitas patitur, ut criminis cauſam ſequẽs, bonæ fidei cõtractum impleri poſtules. Secundus caſus eſt, ſi illa quæſtio, quæ primo proponitur, pendeat ex altera, quæ poſtea proponi deſideratur, ut ecce, aliquis tanquam hæres petit debitum hæreditariũ: poſtea uult inquiri ſi ſit hæres uel non: præpoſtera eſt talis petitio, ut C. de hær. act. l. ut debitũ. ubi dicitur, Vt debitũ tibi de hæreditate ſoluatur, ac tũc ſi ad te pertineat hæreditas quæri iubeamus, præpoſtera eſt petitio. Vel ſi petã fundũ rei uendicatione, & interim cõdicã fructũ eius, ac ſi fundus eſſet meus: nã repellor à ſecunda, ut ff. de except. l. fundi. ubi d. Sic & utrobiq; putat prætorẽ interuenire debere, nec permittere petitori priuſquã de prop. cõſtet, huiuſmodi iudicio experiri. Primo enim debet conſtare, & poſtea de circunſtantiis eius quæri, ut ext. de eccl. ædif. c. ad audientiam. ij. ubi dicitur, quòd quidam Epiſcopus uolebat mutare quoddam collegiũ in canonicos regulares, & petiit priuilegium à domino Papa, ita quòd eſſent canonici regulares priuilegiati. dicitur ibi q prius debent canonici & ordo inſtitui, & poſtea priuilegiati. Tertius eſt caſus cum ſecunda quæſtio eſt præiudicialis primæ: puta petebam à te fundũ Titianum, quem poſsides, & negas meũ eſſe, & peto uiã ad ipſum per fundum Sempronianũ, qui tuus eſt, non ſum audiendus in hac quęſtione ſecũda, quia præiudicat primæ, ut ff. de except. ubi dicitur, Fundũ Titianũ poſsides: de cuius proprietate inter me & te controuerſia eſt. & dico præterea uiã ad eũ per fundum Sempronianum, quem

Actiones contraria cumulari non poſſunt.

Præiudicialis quæſtio primũ abſoluenda.

Tertius caſus.

tuum eſſe cōſtat, deberi. Si à te uiam petam, exceptionē, quod præiudicium prædio non fiat, utilem tibi fore putaui: uidelicet quòd non aliter mihi uiam deberi probaturus ſim, quàm ſi prius probauerim fundum Titianum meum eſſe. Vel ſi uendicem à te aliquem fundum, & uelim interim agere tecum communi diuidundo pro eodem, non ſum audiendus: quia per hāc

Quartus. præiudicaretur primæ, ut ff. de exceptio. l. fundi. Quartus eſt, quando tales actiones propoſitæ ſunt, ut una tollatur electio ne alterius, ut actio de peculio, & tributoria. ff. de tribu. act. l. quod in heredem. §. eligere, ubi dicitur, Eligere autem debet quis, qua actione experiatur, utrum de peculio, an tributoria: cū ſciat ſibi regreſſum ad aliam non futurum. Sane ſi quis ex alia cauſa tributoria agere uelit, & ex alia de peculio, audiēd' erit. Si uerò ex utraq; parte diuerſæ quæſtiones proponuntur, aut ambæ ſunt ciuiles, uel ſpirituales, uel mixtæ: & directè proponuntur, & ſimul tractātur. Sicut dictū eſt ſuprà ti. proximo, & tūc locū habet ratio illa, Qui prior appellat, prior agat. quę eſt ff. de iudic. qui prior. Ad idē ext. de ord. cog. c. cū dilectis. ubi illa ratio inſeritur. Quod quidem uerum eſt, niſi altera ſit præiudicialis alterius: tūc autē præiudicialis prius tractatur, ut ext. de ord. cog. c. intelleximus. ut iij. q. xj. c. prius eſt. uerſ. ſi de hereditate & libertate. Inſtit. de act. §. præiudiciales. ff. de lib. cauſa. l. ordinata cauſa, prius debet agi cauſa libertatis: & hoc obtinet ubi uterq; agit petitorio. Cæterum ſi actor agat poſſeſſorio, & reus obiiciat præiudicialē exceptionē. ſ. parentelā, ſecus eſt, puta uxor petit uirum ſibi reſtitui, licet maritus obiiciat parentelā, prius tamen reſtituetur, quàm de præiudiciali quæſtione cognoſcatur, ut ext. de reſtitutione ſpol. c. ex cōqueſtione. ubi dicitur, quòd quidam miles autoritate propria dimiſit uxorē ſuā, & deinde uoluit accuſare de cōſanguinitate: illa uerò prius petiit reſtitutionem mariti: & quia licere non potuit, appellauit: approbata fuit eius appellatio, & dicitur ibi, quòd prius reſtituatur, & poſtea cognoſcatur de conſanguinitate. Ad idē ext. de reſti. ſpol. c. literas. ext. de diuor. c.

Exceptio ante intētionē actoris excutienda. porro. & de off. iud. dele. c. cauſam quæ. Itē nota, quòd ſi reus in modū exceptionis obiiciat aliquam quæſtionē, nō ut petat actorē ſibi cōdēnari, ſed ut eū ab agēdo repellat, ſemper prius erit cognoſcendum de exceptione, ut C. de probat. l. except, ſuprà c. ti. de excep, ad idē ext. de ord. co. cū dilectus. uerſus ſi.

Criminalis ante ciuilem definienda. Quòd ſi actor proponat ciuilē quæſtionem, reus uerò proponat criminalem, prius tractabitur criminalis quàm ciuilis, ut C. de

C. de ord. iudiciorum. l. penult. Ad idem iij. q. xj. c. non eſt credendum. ubi dicitur, Ciuili quæſtione intermiſſa, ſæpe fit ut prius de crimine iudicetur, utpote cum maius minori merito præfertur. & hoc forte uerum eſt, niſi ciuilis præiudicialis ſit criminali: quia tunc prius tractabitur ciuilis, ut iij. q. xj. c. fin. §. Itẽ ſi crimen aliquod inferatur ei, qui ingenuus eſſe dicitur, liberalis cauſa ſuo ordine antè debet agi, cognitionem præſide præbente: quòd ſi delictum fuerit probatum, antea ſcire neceſſe eſt utrum in liberum uel in ſeruum conſtitui oportet, ut C. de ord. iud. l. ult. Cum uerò ab una parte tantum, duæ uel plures proponuntur, poteſt actor ſimiliter de omnibus agere, ut ext. de ſimo. c. licet Heli. & c. per tuas. & ext. de ſententia & re iud. c. cum I. & A. ij. q. final. c. libellorum. ſuprà c. ti. de li. accuſationis. Sed ſi primo cœperit de uno crimine agere, & in eius probatione defecerit, non admittatur ad ſequentia, ut iij. q. x. c. placuit. ubi dicitur, quòd quantumcunq; clericis ab accuſatoribus multa crimina obiiciuntur, ſi unum ex iis quod prius elegerint, probare non ualuerint, ad cætera non admittãtur. Si uerò accuſat reũ de uno pluribúsne criminibus, & reus uer ſa uice uult reaccuſare ſuum actorem, diſtinguitur ſic: quòd ſi rei nomen receptũ eſt inter nomina reorũ, uel lis erat conteſt. & de nullo crimine poteſt reus accuſare accuſatorẽ ſuum, ut ff. ad l. Iuliã de adult. l. ſi maritus ſit in magiſtratu. §. præſcrip. ubi dicitur, Præſcriptiones, quę obiici ſolent accuſantibus ad ulterium, antea ſolent tractari, quàm quis inter reos recipiatur. Cæterũ poſtquam ſemel receptus quis eſt, non poteſt præſcriptionem obiicere. Ad idem iij. q. xj. c. iij. ſuprà c. ſi uero lis nõ eſt conteſt. poteſt accuſatorẽ ſuum de maiori crimine reaccuſare, & prius ſuper illo audietur, ut C. qui accu. nõ poſsit. l. j. ubi dicitur, Prius eſt ut de criminibus, quæ tibi ut grauiora ab aduerſario tuo obiiciuntur, cædis, atq; uulnerũ reſpõdeas, & tunc ex euentu iudex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tamen ſi prius inſcriptionem depoſuiſti, de crimine pari uel minori nõ poterit reus accuſare eum, niſi ſuã uel ſuorum iniuriam proſequatur, ut iij. q. ultima. c. omnibus. ſuprà c. in tractatu quis poſsit accuſare. Si reus autem nõ uult contra accuſatorẽ inſcribere, ſed tantum excipere, ut eum ab actu repellat, de quolibet crimine pari, uel minori, contra eũ poteſt agere, & probato crimine in modũ exceptionis, accuſator repellitur, ut vj. q. j. c. qui crimẽ. ubi dicitur, Qui crimẽ intẽdit, cognoſcẽdus eſt antea, ſi ipſe nõ fuit criminoſus: periculoſum

Volens reconuenire in act. criminali lite conteſt.

Lite nondum conteſtata.

Reus tantum excipiẽs de crimine, ſemper auditur.

loſum enim eſt,& admitti nõ debet aduerſus quẽcunq; profeſſio. Teſtes autẽ ſiue aliqua ſint infamia,uxores & filios habentes,Chriſtũ omnino prædicantes,&c. Ad idem ext.de adult.c. tua.& c.intelleximus.ubi dicitur,quòd mutua crimina pari cõpenſatione tolluntur. Et hoc uerum eſt,niſi accuſator accuſet eum de crimine excepto:quia tunc ratione criminis nõ poteſt eum à ſua accuſatione repellere,niſi ſit capitalis inimicus, uel conſpirator,ſicut plene tractatũ eſt ſuprà de hac materia in titulo de crimin. Et hoc ideo fit diuerſum in excipiente & directe accuſante,quia in excipiendo nõ quæritur de iure accuſanti,ſed accuſatoris:& qui excipit, non accuſat, ut C.ad l.Cor. de fal.l.falſi. ff.de accuſa.l.accuſat.ext.de ord.cog.c.cum dilectis. Item probato crimine in modum exceptionis,nulla pœna punitur actor,ſed tantum ab agendo repellitur,ſicut plene probatur.ſuprà de crimi.in prin.

Quare quis ad excipiendũ & nõ reaccuſandum admittatur.

De interrogationibus quæ fiunt ante litis conteſtationem.

QVIA fruſtra petitorium iudiciũ intentatur, cum reus nõ poſsidet,nec deſiit poſsidere, unde interrogandus eſt reus utrũ poſsideat rẽ, quæ petitur ab eo,ut ff.de re uen.l.qui petitorio iudicio utitur,ne fruſtra experiatur,reqrere debet an is cũ quo inſtituit actionẽ,poſſeſſor ſit,an dolo deſiit poſsidere,ut ff.e.ti.l.ſi in rẽ actum ſit. Ideo de interrogationibus,quę lit.cõteſt.præcedunt,uideamus.& ſciendũ eſt quòd in x.caſibus ſpecialibus ſunt interrogationes ante litis conteſtat.faciendæ,& in uno generali. Primus eſt an reus hæres ſit eius defuncti, cuius nomine impetitur. Secundus quota ex parte ſit hęres. Tertius an ſeruus cuius noxali iudicio agitur,ſit in poteſtate eius, qui cõuenitur,ut ff.de interrog.act. l. qui interrogatur an hæres ſit,& ex quota parte ſit,& an habeat eũ in poteſtate cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberãdũ tẽpus impetrare debet,qa ſi ꝑperã cõfeſſus fuerit in iudicio,afficietur incõmodo. Quartus caſus eſt,an quadrupes quæ pauperiẽ fecit,& ſeruus q dãnũ dederit,ſit ipſius.ut ff.e.ti.l.Siqs in iure interrogatus an quadrupes quæ pauperiẽ fecit,ei⁹ ſit:reſpõdere tenetur. Quintus caſus.ſ.utrũ ex teſtamẽto ſit hęres,an ſuo nomine ſit ei acqſita hæreditas,uel ꝑ eos qui eius iuri ſubiecti ſunt,ut ff. e.ti.l.ſi defenſor. §.Illud quæritur,an aliquis cogatur reſpondere utrũ ex teſtamento hæres ſit:& utrum ſuo nomine hæreditas ei quæſita ſit, an uerò per eos, quos ſuo iuri ſubiectos

Caſus ubi interrogationes fiunt ante litis conteſtationẽ.

hab

habet, uel per eum cui hæredes extiterint. Summatim igitur prætor cognoſcere debebit, cum quæritur an aliquis reſpondere debeat quo iure ſit hæres, & ſi ualde intereſſe cõpererit, plenius reſpondere iubeat, quæ obtinent non ſolum in hæredibus, ſed etiã in honorarijs ſucceſsionibus. Sextus an ſit ei reſtituta hæreditas. Septimus an peculium filij, uel ſerui, qui contraxiſſe dicitur, ſit apud eum, cum quo agitur, ut ff.e.ti.l.ſi defenſor. §.ultimo. ubi dicitur, Si de peculio agatur, nõ oportet reſponderi à patre uel à domino an in poteſtate habeat filium uel ſeruum, quia hoc ſolum quæritur an peculiũ apud eum ſit cũ quo agitur. Octauus eſt an ædificium uel domus ex quibus damnum timetur, eius ſit qui conuenitur, uel quota parte, ut ff.e.tit.l. non eſt alienum à quo uelimus ſtipulari damni infecti, interrogare in iure an ædes eius ſint, uel locus ex quo damnũ timetur, uel pro qua parte: ut ſi neget ſuũ prædiũ eſſe, nec caueat damni infecti, aut cedere, aut ſi reſiſtendum putauerit, quaſi dolo uerſatus, tradere compellitur. Nonus eſt ut reſpondeat cuius ætatis ſit, qui cõuenitur, ut ff.e.ti.l.de ætate quoq; interrogatus reſpondere debebit. Decimus eſt cum cõpellendus eſt reus reſpõdere utrũ poſsideat rem, quæ petitur: & pro qua parte, uel utrũ dolo deſijt poſsidere, ut ff.de rei uen.l.qui petitorio. ſuprà eſt.ff.de inter.act.l.qui ſeruum. §.final. ubi dicitur, Interrogatus in iure an fundum poſsideat, quæro an reſpondere cogendus ſit, & quota ex parte fundũ poſsideat. Reſpondeo poſſeſſorem fundi cogi reſpondere debere, ex quota parte fundũ poſſideat: ut ſi ex minore parte poſſidere ſe dicat, in aliam dimidiam quæ non defendetur, in poſſeſsionem actor mittatur. Pœna autẽ nõ reſpõdẽtis hæc eſt, ut in poſſeſsionem eamus: & ideo eò pertinet ſcire an poſsideat. Veruntamẽ nõ cogitur dicere titulũ ſuæ poſſeſsionis, uel utrũ res ſua ſit, ut C.de pet.hæred.l.cogi. ubi dicitur, Cogi autem poſſeſſorem &c. Ad idẽ ff.de rei uend.l.in ſpeciali actione nõ cogitur poſſeſſor dicere pro qua parte eius ſit: hoc enim petitoris onus eſt, nõ poſſeſſoris: quod & in Publiciana obſeruatur. Ad idem ij.q.iiij. §.j. ubi dicitur, Deficientibus uerò accuſatoribus non uidetur eſſe cogẽdus reus ad purgationẽ, ſicut poſſeſſor deficiente actore titulum ſuæ poſſeſsionis probare non cogitur. Vndecimus caſus eſt generalis. ſ. ubicunq; æquitas mouerit iudicẽ ad interrogandũ. ff.de interrog.act.l.ubicũq; mouerit iudicem æquitas æque oportere fieri interrogationẽ, dubiũ nõ eſt. & hic caſus generaliter locũ habet ante lit.cõteſt. & poſt.

Pœna non reſpondentis.

Nemo cogitur titulũ ſuæ poſſeſsionis dicere.

Caſus generalis.

De effectu interrogationum iſtarum.

Per mendaciũ cõfitẽs tenetur ac ſi reuera ita ſe haberet.

EFFECTVS eſt iſtarum interrogationum, ut qui reſpondet ſuum eſſe, uel ſe poſsidere, uel habere, hæredem eſſe, uel ſimile, ut ſic teneatur ea actione qua aduerſus eum agitur, ac ſi ſuum eſſet, uel poſsideret, uel haberet, uel hæres eſſet, uel contraxiſſet, ut ff. eod. titu. l. de ætate. §. ij. ubi dicitur, Qui ex quadrante hæres, uel omnino cum hæres nõ eſſet, reſpondeat ſe hæredem eſſe ex aſſe: in aſſem inſtituta actione cõuenietur. & §. ſequenti, ubi dicitur, Si cum eſſet quis ex ſemiſſe hæres, dixit ſe ex quadrante, pœnam hanc mendacij feret, quòd in ſolidum pro aſſe conuenitur: nõ enim debuit mentiri dum ſe portionis minoris hæredem aſſerebat. Interdum tamen, iuſta ratione poteſt opinari ſe hæredem eſſe pro minori parte. quid enim ſi neſcit partem ſibi accreuiſſe? puta mortuo cohærede, uel ex incerta parte fuerit inſtitutus? cur ei reſpõſum noceat? ſic ff. ibid. l. fin. ubi d. Procuratore Cæſaris ob debitum fiſcale interrogante, unus ex filiis qui bonorum poſs. acceperat, nec hæres erat, reſpondit ſe hæredem eſſe, an quaſi interrogatoria actione cæteris creditoribus teneatur? Reſpondi, ab iis, qui in iure non interrogaſſent, ex reſponſo ſuo cõueniri non poſſe.

Niſi iuſto errore ducatur.

Quæ cõfeſſiones teneant, et quæ non.

Item qui ſemel confeſſus eſt, non poteſt reuocare confeſsionem ſuam, niſi ex iuſta cauſa, ut ff. de inter. ac. l. de ætate. §. qui interrogatus reſpõdit, ſic tenetur, quaſi ex cõtractu eius obligatus, pro quo pulſabatur dum ab aduerſario interrogaretur. Si uerò apud Prætorem fuerit interrogatus, nil fecit prætoris autoritas, ſed ipſius reſpõſum ſiue mendacium. Ad idem §. ſequenti, ubi dicitur, Qui ductus iuſto errore negauerit ſe eſſe hæredẽ, uenia dignus eſt. Sed etſi quis ſine dolo malo, culpa tamen reſpondit, dicendũ eſt, eũ abſolui debere, niſi culpa dolo proxima ſit. Et dicit hodie Decr. no. ꝙ erroneã cõfeſsionẽ aduocati, poteſt procurator reuocare, ut ext. de app. c. cũ cauſam. Et alia Decr. no. ꝙ qui errat in facto, poteſt reuocare confeſsionem ſuam uſq; ad ſententiã, ut ext. de confeſs. c. ex parte. ubi œconomus cuiuſdam monaſterij, quædam per errorem facti fuit confeſſus: dicit Papa, ꝙ error facti minime nocet, negotio nondũ finito, & ad hoc facit lex ff. ad Velleianũ. ſi mulier. Item poteſt reuocare confeſsionem, ſi nulla captio actoris fiat ex reuocatione, ut ff. eo. tit. l. de ætate. §. ultimo, ubi dicitur, Celſus ſcribit licere, ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit acto

Ius Canonicũ nouiſs. largiſsime defert reuocationi confeſsionem.

ſit acto

ſit actoris, quod mihi uidetur uerũ eſſe, maxime ſi quis poſtea plenius inſtructus quid faciat, inſtrumentis & epiſtolis amicorum ſui iuris edoctus. Et nota, ꝙ qui offert ſe defenſioni, rei, uel alterius fundi quacũq; actione, ſi nõ poſsideat, condemnabitur ad intereſſe actoris: uel quanti in litem iurauerit, ut ff. de rei uen. l. is qui. ubi dicitur, Is qui ſe obtulit rei defenſioni ſine cauſa, cũ nec poſsidet, nec dolo feciſſet quo minus poſſideret, ſi actor ignoraret: nõ eſſe abſoluẽdum Marcellus ſcribit: quæ ſententia uera eſt, ſed poſt lit. conteſt. Cæterum ante iudicium acceptum non decipiet actorem, qui ſe negat poſsidere, cũ tunc non poſsidet. Nec enim uidetur liti ſe obtuliſſe, qui diſceſsit à lite. Ad idem ff. de pet. hæred. l. qui ſe liti. Quod ita uerum eſt, ſi actor ignoret reum nõ poſsidere, nec dolo feciſſe, quo minus poſsideret, ut tum condemnetur reus, ſi patiatur ſecum litem conteſtari, niſi pœniteat eũ, & dicat ſe non poſsidere, & diſcedat à lite, nec decipiat actorẽ, cum nõ poſsideat rem, & ideo reus debet abſolui, ut ff. de rei uend. l. Nam ſi actor ſcit, non ab alio, ſed à ſe ipſo decipitur: & ideo reus debet abſolui. Et quòd ſcientia onerat, ignorãtia uerò excuſat, dicit expreſſe ff. ad Senatuſconſultum Velleianum. l. ſi mulier hæreditatẽ. §. penult. ubi d. Si mulier ne ipſa intercederet, alij mãdarit, ut id faceret: an in huiuſmodi perſona locus huic Senatuſconſulto ſit, qui rogatu mulieris id faceret? totus enim ſermo Senatuſconſulti ad petitionem non dandam aduerſus ipſam mulierẽ ſpectat. Et puto rem ita diſtinguendã: ut ſiquidem creditor, cui me obligaui, mandante muliere hoc in fraudem Senatuſconſulti egiſſet, ne ipſa interueniret contra Senatuſconſultum, daret autem aliũ: excludendum eũ exceptione fraudis Senatuſconſulto factæ. Si uero ignoraſſet, ego autem ſciuiſſem: tũc mandati me agentem cum muliere, excludendũ eſſe: me autem creditori teneri. Item nota, ꝙ is qui poſsidet, compellitur pati actionem in rem, ſi dicat ſe nõ poſsidere. Sed in hoc punitur, quia ſi actor probauerit malam fidẽ rei, id eſt, eũ poſsidere, qui reſpondit ſe nõ poſsidere: aufertur poſſeſsio rei petitæ, & in actorẽ ipſum trãſfertur iudicis officio. quamuis nõ probet ſuam eſſe, ut ff. de rei uen. l. ult. ubi dicitur, In rẽ actionẽ pati nõ cõpellimur: quia licet alicui dicere ſe nõ poſſidere: ita tamẽ ut ſi poſsit aduerſarius cõuincere, rẽ ab aduerſario poſsideri, transferat ad ſe poſſeſsionem per iudicẽ, licet ſuam eſſe non probauerit. Et ita prior creditor perdit poſſeſſionem propter mendacium, & poſterior fit potior.

Scientia onerat, ignorantia excuſat.

TANCRETI ORDINIS IVDICIARII TRACTATVS

LIBER TERTIVS

DE Litis conteſtatione, & cæteris, uſq; ad definitiuam ſententiam.

EXPLICATIS iis, quæ ante litis ingreſſum in quæſtione uertuntur, quæ præparatoria ſunt ad iudicium: quia iudicium à lit. conteſt. ſumit exordiũ: ideo de ipſa lit. conteſt. & de iis quæ ſequuntur lit. conteſt. uſq; ad diffinitã ſententiã, in hac parte tertia tractemus. Videamus quid ſit litis conteſtatio, qualiter fiat, per quas perſonas, ubi, & quãdo, & quis ſit eius effectus. Litis cõteſt. eſt principalis negotij apud ſuum iudicem, hinc inde facta narratio, ſubſecutaq; reſponſio, ut C. de iud. l. rem nõ nouam. & ext. de elect. c. dudum. ij. & de lit. conteſ. c. cũ olim. ubi dicitur expreſſe, ꝙ lis per narrationẽ & ſubſecutã reſponſionem eſt conteſtata. Ad idẽ ext. de iura. calum. c. cauſam. & ext. de dolo & cont. c. prout. ubi dicitur, Litis conteſt. fit per narrationẽ, & reſponſionẽ partiũ in iudicio factã. C. de lit. conteſt. ubi dicitur, Lis enim tũc uidetur cõtrahi, cũ iudex per narrationẽ utriuſq; partis, negotij cauſam audire cœperit. Et nota Dominũ Azonẽ & Pilliũ ſentire & dicere litis cõteſ. ſolũmodo ualere, quãdo ea intẽtione fit, ut in cauſa procedatur. Et dicũt ꝙ ſiue reus cõfiteatur, ſiue neget, & excipiẽdo factũ proponat, nõ prȩiudicat ei, dũmodo nõ intendat litẽ cõteſtari: ut ext. de app. c. cauſam. Sed cõtradicit illis expreſſe Decr. de dolo & cõt. c. prout. ubi dicitur, ꝙ quidã uocatus fuit in iudiciũ, & nolebat reſpõdere ad principalẽ quæſtionẽ, quia nõ habebat aduocatũ, & dũ quȩreret aduocatũ, & uariis exceptionib. uteretur, quæſitũ fuit ab eo per quot annos poſſideat illas decimas: & reſpondit ꝙ per xj. & dicitur in fi. ꝙ tanquã lite, quæ ingeritur, cõteſtata, cõtra illum procedi poteſt, quaſi cõtra cõ

Litis conteſt. definitio.

Opinio Azonis & Pillij.

tumacem

tumacē, ad ſententiā diffinitiuā : tamē ille nō intendebat litē côteſtari. In hoc tamē cū eis ſentio, ꝙ licet quis faciat reſponſionē ſuā in principali cauſa, nō ea tamen intentione ut in cauſa procedat, ſed iudici tanquā amico ſuo narrat factū proteſtādo id ſe facturū ſine præiudicio: uel ſi aliqua in iudicio in modum exceptionis proponat, declinādo iudiciū, nō dico litem côteſtari per talem narrationē. & ad hoc facit quod no. ext. de proc. c. petitio. ubi Papa cōſiderauit intentionem Epiſcopi cu iuſdā inſtituētis uicarios: & dicit quòd illi uicarij poſſunt agere contra detentores rerū Epiſcopi, & pro Epiſcopo reſpōdere: quia hæc fuit intentio Epiſcopi. & ad hoc facit Dec. ext. de app. c. ſecundo requiris. ubi dicitur, Aliquis impetrauit literas in quibus côtenti ſunt plures articuli, & in uno prohibetur appellatio: quæritur an & in alijs ſit prohibita, & dicitur ꝙ ſic: quia Papa ſic intellexit, & uerba intentioni deſeruiunt. ut ext. de uerb. ſig. c. intelligentiā. ubi dicitur, ꝙ uerba intētioni deſeruiūt. & ad hoc facit Canon xxij. q. v. humanæ aures. Ad idē ff. de pig. act. l. ſi pignus mihi traditū, locaſſem Domino, per locationē retineo poſſeſsionē, quia anteq̄ cōduceret debitor, nō fuit eius poſſeſsio: cū & animus mihi retinendi ſit, & conducenti nō ſit animus poſſeſsionē adipiſcendi. ad idem ff. ad l. Rhod. de iactu. l. qui. ubi dicitur, Qui leuādæ nauis gratia res aliquas proiiciūt, nō ea intentione faciūt, ut eas pro derelicto habeāt, quippe ſi inuenerint eas ablaturi, & ſi ſuſpicati fuerit, in quē iactæ ſint locū, requiſituri, ut ſit perinde ac ſi quis onere preſſus in uiā rem abiecerit, mox cū alijs reuerſurus, ut eam auferret. Et ideo per iſtas duas ll. & per alia iura præallegata, animus & intentio cōſideranda ſunt. Ita igitur per iſta iura habetur, ꝙ mens alicuius & intentio ſint potius cōſiderandæ, q̄ uerba: & eſt ad hoc arg. ualidū ff. de excep. l. nō utiq; confiteri æſtimatur, qui exceptione utitur. Ad idē ext. de excep. c. cū uenerabilis. ubi dicitur, Petebat eccleſiæ ſanctæ Mariæ à monaſterio Germani, eccleſiā Sācti Nicolai: excipiēdo reſpōdet monaſteriū, ſe habuiſſe ex permutatione ab eccleſia Sāctę Marię: ex reſpōſione iſta dicitur eccleſia beatę Mariæ litē eſſe conteſtata, & dicitur ꝙ nō eſt uerū: quia qui exceptiōe utitur, de intentione aduerſarij nō cōfitetur. Ad idem ext. de in integrum reſti. c. cū ueniſſent. & ext. de ord. cog. c. cū dilectis. Fit autē lit. côt. per principales perſonas, dūmodo poſsint in iudicio ſtare per ſe, uel per eorū procuratores, ſeu minorū tutores, ſyndicos, uel actores, ut C. de procu. l. neq; tut. ff. quod cu. uni. nom. l. j. §.

Succincta Tācreti doctrina, qua compēdio multas diſceptationes de litis conteſt. componit.

Applicatio allegationum.

Per quos fiat litis côteſtatio.

l.j. §.qbus.Si uerò nõ habet perſonã ſtãdi in iudicio is qui litẽ conteſtatur, puta, quia minor eſt xxv.annis, nõ ualet quod cũ eo actũ eſt in iudicio, ut C.qui leg.perſonã ſtãdi in iudicio nõ habent.l.ſi cũ eſſes.ubi dicitur, Si cum eſſes pupillaris ætatis, ſine tutoris autoritate cum aduerſario conſiſteres, prouinciæ præſes aduerſus te pronũtiauit, minime autoritate iudicati nititur quod ſtatutũ eſt. Ad idẽ ff.de pig.ac.l.pupillo capienti pignus, propter metũ pignoratitiæ actionis neceſſaria eſt tutoris autoritas. Ad idẽ ff.de exerc.act.l.j. §.exercitatorẽ.in fi.ubi dicitur, Pupillus autẽ ſi nauẽ exerceat, exigemus autoritatem tutoris. Cõtrà ff.de inſtitor.act.l.ſed et ſi quis. §.pupillus autẽ inſtitorẽ obligat eum, qui eum præpoſuit inſtitoria actione, quoniã ſibi imputare debet, qui eũ præpoſuit. ff.de inſtitoria act.l.uerum. ubi dicitur, Verũ ſi ipſe pupillus præpoſuerit, ſi quidẽ tutoris autoritate, obligabitur: ſin minus, nõ obligabitur. Vbi facienda ſit litis conteſt. Reſpondeo corã ſuo iudice, aliter nõ ualet: quia ſentẽtia à nõ ſuo iudice lata non tenet. Et confeſsio facta corã non ſuo iudice nõ nocet, nec prodeſt, ut ext.de iud.c.at ſi Clerici.ubi dicitur, Quòd ſi Clericus apud ſecularẽ iudicẽ cõuentus uel cõfeſſus fuerit, nõ nocet. Ad idem ext.de conſue.c.ad audientiã.& hodie dicit ius nouũ, ꝙ clericus non poteſt cõſentire in iudicẽ non ſuũ, niſi duo concurrant. ſ.quòd iudex ſit eccleſiaſtica perſona, & ꝙ accedat uolũtas diœceſani Epiſcopi, ut ext.de foro cõpet.c.ſignificaſti. Ad idem C.ſi à non cõpe.iud.l.ulti. Quandoq; tenet corã eo iudice, qui iudex eſſe non poteſt, cũ conſenſu litigantium, puta in præſide, qui nõ poteſt eſſe iudex niſi in cauſa ſuorũ, tamen cõteſt.lit.poteſt fieri contra ſuos in actionibus tẽpore perituris, ut ff.de off.præſidis.ubi dicitur, Senatuſcõſulto cauetur, ut de ijs quæ prouinciã regẽtes comitéſue aut libertini eorũ anteꝗ in prouinciam uenerunt, contraxerunt, parciſsime ius dicatur: ita ut actiones, quę ob eã cauſam inſtitutę nõ eſſent, poſtquam quis ex ea prouincia receſſerit, reſtituantur. Sed cũ quid inuito acciderit, ueluti ſi iniuriã, uel furtum paſſus ſit, eatenus ius dicendũ eſt, ut lis cõteſtetur, reſq; ablata exhibeatur, aut deponatur, aut ſiſti iudicio, exhiberiue ſatiſdatio ꝓmittatur. Facienda eſt lit.conteſt.porrecto libello & datis induciis deliberatoriis, ut iij.q.iij.c.offeratur. Et dicunt quidã Legiſtæ, quòd non ualet litis conteſt.niſi prius porrigatur libellus, uel conſenſu partiũ remittatur. quod ſatis credo, niſi loci cõſuetudo ſe in contrarium habeat. In multis enim locis libellus non datur

Vbi fiat litis conteſtatio.

Antequã porrigatur libellus lis cõteſtata nõ uidetur.

Vbi de more. libellus non datur.

datur de more, & ualet tamē quod in iudicio tractatur, & poteſt ibi lis conteſtari, in omni tempore legitimo ad agendum.

De effectu litis conteſtationis.

EFFECTVS lit. cōteſt. eſt maximus, quoniā poſtea iudex non recuſatur, ſicut plene notatum eſt. ſuprà tit. de recuſ. iud. Itē effectus eſt ut omnis perſonalis actio perpetuetur, & uſq; ad xl. annos extendatur, & poſtea tranſit ad hæredes, ut C. de præſcri. xxx. uel xl. annorū. l. ſæpe. & C. ex delic. defunc. l. unica. ubi dicitur, quòd lite cōteſtata, cū anteceſſore, tenētur ſucceſſores in ſolidū: alioquin quantū ad illos peruenit. Aliter eſt hodie ſecundū iura Canonica, quia licet lis nō fuerit conteſtata cū defuncto, hæres tamē ſuus tenetur inſolidū, ut ext. de uſuris. c. tua. ubi dicitur, quòd filij uſurarij, ſiue extranei hæredes, tenentur ad reſtituendū uſuras, quas defunctus cui ſucceſſerit, percepit. Item uſuraria actio fit, quæ prius nō erat, ut ff. de uſur. l. j. ubi dicitur, Cum in iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis uſurarū modus ex more regionis ubi contractum eſt, cōſtituitur. Saluo eo, quod dicitur in actione de dolo, quę nō perpetuatur per lit. cōteſt. ut C. de dolo. l. fin. ubi dicitur, Optimū duximus nō ex eo die, quo quiſq; admiſſum dolum didiciſſe cōmemorauerit, nec intra anni utile tempus, ſed potius ex eo die, ex quo aſſeritur admiſſus dolus, infra continuū bienniū, de dolo actionē moueri: ſiue abſens ſit, ſiue præſto ſit is, qui dolū ſe paſſum conqueritur. Omnes igitur ſciant neq; incipiendæ poſt bienniū, neq; ante cōpletū bienniū cœptæ, finiēdæ dolo actionis cōceſſam eſſe ſibi licentiā. Itē effectus eius eſt, ut interrūpatur quælibet pſcriptio, ut xvj. q. iij. c. placuit. §. hæc. de præſcript. Item nulla dilatoria poſtea poteſt obiici, ut ext. de ſen. & re iud. c. inter monaſteriū. niſi in qbuſdam caſibus exceptis, ut eſt ſuprà de excep. Et hodie dicit Decre. no. ꝙ exceptiones dilato. tantū ante lit. cōteſt. debēt proponi, ut ext. de app. c. cū cauſam. Itē mandatū procuratoris facta lit. conteſt. cū eo, poſtea reuocari non poterit, niſi iuſtis & certis ex cauſis, quæ notātur ff. de procu. l. poſt lit. cōte. & ll. ſequentib. Itē procurator & tutor poſt lit. cōteſt. poterit conſtituere procuratorē, ut C. de procu. l. neq;. ſuprà eſt. de off. dele. Item effectus eius eſt, ut delegatus ab alio ꝙ̃ à principe, cauſam ſibi delegatā alij delegare poſſit poſt lit. cōteſt. ut ext. de re iud. c. cū Bartoldus. ubi dicitur, quòd de cauſa, ꝙ̃ inter duos uertebatur ſuper quadā eccleſia, corā quodam electo, fuit ad

Actio perpetuatur.

Etiam ante litis conteſt. hæres ex delicto defuncti tenetur inſolidum.

Actio abſoluta fit uſuraria.

Actio doli.

Mandatū procurator. nō reuocatur.

Quilibet delegatus poſt litē conteſta. poteſt ſubdelegare.

Archiep-

Archiepiſcopũ appellatũ:ipſe remiſit partes ad eundẽ electum & Abbates quoſdã: cum autẽ electus intereſſe non poſſet,cõmiſit uices ſuas cuidã Canonico:& Abbates ſimiliter cõmiſerunt uices ſuas aliis quibuſdã lite cõteſt. qui in negotio ꝓceſſerunt,& bene ualuit quod fecerũt. Itẽ effectus eius eſt,ut mutua recõuentio ceſſet,ſicut ſuprà dictũ eſt, tit. de recõuen. Itẽ effectus lit.cõteſt.eſt,ut iuramentũ calumniæ detur,ut ext.de iuramen.calum.c.cũ cauſam.ubi dicitur de duobus procu.qui litigabãt corã Papa,interrogationibus & reſpõſionibus redactis in ſcriptis, & lite corã eo legitime cõteſtata, fecit utrinq; iuramentũ cal. à ꝓcuratoribus pſtari. Itẽ ut teſtes recipiãtur, & ad diffinitiuã ſententiã procedatur,quod ante lit.cõteſt.fieri nõ poteſt,ut ext.ut lit.non cõteſt.c.quoniã frquẽter.ubi dicitur expreſſe,quòd ante litem conteſt.non debet procedi ad diffinitiuam ſententiam:niſi in caſibus in eadem Decret.quoniam frequenter. notatis, & exceptis caſibus, quos Domino largiente,dicemus infrà tit.de teſti.in §.qualiter & quãdo introducendi ſunt teſtes.

Vt iuramentũ cãlum. præſtetur.

Vt teſtes recipiantur.

De iuramento calumniæ.

QVONIAM lite cõteſtata iurandum eſt de calumnia, ut extrà de iuramen.calum.c.cum cauſam.unde de iura.calum.eſt hîc merito tractandũ. Videamus igitur quid ſit iuramentũ calumniæ,quando præſtetur,quibus in caſibus, à quibus perſonis,quæ ſit eius forma, & quæ pœna iurare nolentis. Iuramentum calumniæ eſt, cum quis iurat ſe bona fide, & non animo calumniæ agere uel reſpondere, ut ff.familiæ erciſcun.l.inter cohæred. §.qui famil.erciſcun.ubi dicitur,Qui famil.erciſ. & cõmuni diuidundo,& finiũ regund.agunt iudicio,& actores ſunt,& rei. Et ideo iurare debẽt ſe nõ calumniæ cauſa infiçias ire. Ad idem C.de iureiur.propter calumniã dan.l.ij.ubi dicitur,Cum iudices nõ aliter dirimere cauſam conceſsimus, niſi ſacroſanctis Euangeliis propoſitis,& patronos cauſarũ in omni orbe terrarũ, qui Romano Imperio eſt ſuppoſitus, prius iurare & ita proferre cauſam diſpoſuerimus: neceſſariũ duximus & præſentẽ legẽ ponere,per quã ſancimus in omnibus litibus, quæ fuerint poſt præſentem legẽ inchoatæ, non aliter neq; actorem, neq; fugientẽ in primo litis exordio exercere certamina,niſi per narrationem & repræhenſionẽ,antequam utriuſq; partis aduocati ſacramentũ legitimũ præſtẽt:& ipſæ principales perſonæ ſubeant calum.iuramentũ. Et actor quidem iuret ſe calumniandi animo non litem mouiſſe, ſed æſtimando

Diſtributio dicendorum.

Definitio.

mando ſe bonam litem uel cauſam habere. Reus autē ſuis al-
legationibus nō aliter utatur, niſi prius & ipſe iurauerit, quòd
ſe bona inſtātia uti putans, peruenerit ad reluctandū, & poſt-
ea utriuſq; partis diſcretiſsimos aduocatos, ſecundū quod iā
diſpoſitum eſt à nobis, præſtare iuramentū, ſacroſanctis Eu-
angeliis ante iudicem poſitis. Et dicitur iuramentū calumnię, *Iuramentū ca*
ſicut dicitur, Habeat unuſquiſq; uxorē ſuam propter fornica *lumniæ unde*
tionē, id eſt, uitandā uel nō cōmittendā. Et nota, ꝙ calumnia *dicatur.*
eſt falſa petitio, uel reſpōſio iniuſta, ſcienter facta, ut ff. ad Se-
natuſcōſul. Turp. l. j. §. calumniari. ubi dicitur, Calumniari eſt
falſa crimina ſcienter intēdere. Quando præſtandū ſit hoc iu- *Quando præ*
ramentū, reſpondeo generaliter poſt lit. conteſt. ut ext. de iu- *ſtetur.*
ra. calumniæ. c. cū cauſam. & C. eod. ti. l. ij. quā iam ſcripſimus,
&c. Quandoq; tamen ante lit. conteſt. iuratur de calumnia, pu
ta quando reus eſt cōtumax, & debet propter contumaciā hu
iuſmodi, fieri miſsio in bonis eius cauſa rei ſeruandæ, ut ext.
ut lit. non cōteſt. c. tuæ frat. & c. quoniā frequenter. & C. ubi in
rem act. l. ij. & ita obſeruatur de conſuetudine Bononię. Et no *Cōſuetudo Bo*
ta, ꝙ ad hoc fit hoc iuramentū, ut ex cōfeſsione partium ma- *nonienſis.*
gis ueritas declaretur uel ſplendeſcat: & ut ꝓbationibus par-
tes exonerentur: & ut uigor iudiciorū obſeruetur, ut C. de iu *Quibus in cau*
reiur. propter calum. dan. l. ij. §. ſi autē. In omnibus autē cau- *ſis præſtetur.*
ſis hoc iuramentū præſtatur, exceptis ſpiritualibus, quoniam
cauſę ſpirituales nō ex legū ſeueritate, ſed ex Canonū ęquita
te tractātur, ut ext. de iuramen. cal. c. literas. ubi dicitur, quòd
controuerſia erat inter quendā Epiſcopum, & quendā Abba-
tem, ſuper quibuſdā decimis, quęrebatur à domino Papa utrū
iurandū eſſet de calumnia. Reſpondit Papa, quòd in rebus ſpi
ritualibus nō cōſueuit Romana eccleſia dare uel ſuſcipere iu-
ramentū de calumnia; nō enim eſt ibi procedendū ſecundum
diſtinctionem Legum, ſed ſecūdum Canonum æquitatē. Sed
ſecundū quoſdā eſt derogatū huic c. per hoc legitur ext. eo. ti.
cū cauſam, Et nota, ꝙ licet in cauſis ſpiritualibus in principio
non iuretur de calumnia, de* ueritate tamē dicēda iuratur, ut **Vide ad hoc*
procedatur in cauſa, ut ext. de deſpō. impu. c. cōtinebatur, ubi *c. cū dilecti. de*
ponitur talis caſus: Quædā tradita fuit cuidā in matrimoniū *accu. quod me*
ante nubiles annos, & illa uolebat ab illo diſcedere, dicens ꝙ *lius ad rem fa-*
nunquā cōſenſerat in eū. uir dicebat ꝙ eā cognouerat, mulier *cit.*
negabat. dicitur ꝙ ſi uir id quod dicebat, iuramento firmaue-
rit, & illa fuerit infra x. annū, uel circa duodecimū, & cū aſſen
ſu parētum deſponſata fuit & nupta, nō debet ab eo ſeparari.

Ad

Si calumnioſa uidebitur exceptio, hoc iuramentum exigitur.

Ad idem eo.tit.c.atteſtationes.Itē ſi malitioſe uideatur aliqua pars exceptiones proponere, ibi iuramentū calumniæ præſtabit, ut ext.de except.c.paſtoralis.& ext.de accuſ.c.cū dilectus. ubi talis ponitur caſus: Quidā accuſabat quendā Epiſcopū ſuper uariis exceſsibus: & quia defecit in probationibus, abſolutus fuit Epiſcopus.& dicit Papa de accuſante, ꝙ tam diu priuetur officio & beneficio ſuo, donec ſe purgauerit, ꝙ calūniandi animo contra Epiſcopū non proceſſerit.Ad idē ext.de reſt. ſpol.c.literas.Et ut omnis ceſſet obiectio, intelligas illam decret.ext.de iura.calū.c.literas.in mere ſpiritualibus cauſis, puta in electionib⁹ & ſimilibus.Sed hodie ſatis apertū eſt, quòd in cauſa electionis iuratur de ueritate dicenda, ut ext.de elec. c.dudum.ubi dicitur circa mediū, uerſ.Tādem Archidiac.electionē, ex præmiſſa cauſa petiit irritari, electo reſpōdente ꝙ non erat eius electio irritāda, &c.lite uerò legitime corā nobis conteſtata, præſtitoq; de ueritate dicenda à partibus iuramento, idem electus, &c.& ita habes ꝙ iuratur de ueritate dicenda in ſpiritualibus cauſis. Item adminiſtratores alienarum rerum, iureiurādo cōuenit affici.quia ipſi cauſam ſciētes producendi ſunt, neq; enim pupillus, uel adultus, neq; aliæ huiuſmodi perſonæ, ſcire poſſunt cauſam, ut C.de iur.propter ca. dan.l.ij.§.quod obſeruari. Aliter iuratur in cauſis ciuilibus, uel annexis ſpiritualib⁹. Sed utrū in cauſis criminalibus iurādum ſit de calūnia diuerſi diuerſa ſentiūt. Sed aliorū opinionibus & rationibus prætermiſsis, dico cum Domino Azone & Pillio, iurandū eſſe de calūnia in criminalibus cauſis, ut C. de iureiur.ꝓpter ca.dan.l.ij.nā ibi dicitur in omni cauſa iurandum eſſe, & Decret.innuit expreſſe, in cauſis criminalibus eſſe iurandū, ut extrà de iuram.ca.c.j.ubi dicitur, Nec in ciuili nec in criminali clerici ſubeant iuramentū calumniæ.

In cauſa criminali num iuretur.

Quis præſtet hoc iuramentum.

Quis præſtabit calumniæ iuramentū? Reſpōdeo principales perſonæ, primo actor, poſtea reus, ut C.de iureiurādo propter ca.dan.l.ij. & ext.eo.tit.cū cauſam. Et hodie dicit Decret. No. quid actores & ſyndici debēt iurare de calūnia, ext.de iur.ca.c.fi.ubi dicitur, Cū in cauſa pecuniaria quam inter te, & M.eſſe proponis, nō per te, ſed per ſyndicum uel actorem elegeris litigare, per illum præſtandū eſt iuramentū calūniæ. Sed nunquid minor, cuius nomine litigabitur, iurabit de calūnia? dicit Dominus Azo, & bene, ꝙ ſi eſt adultus, iurabit de ueritate dicēda: ſed nō de calūnia, pupillus uerò minime, ut ff.de in litē iurando.ubi dicitur, Videamus in tutelari cauſa quis iurabit, & aduerſus

Minor nūquid iuret.

uerſus quē poſsit iurare. Et quidē pupillus ipſe ſi impubes eſt, nō poteſt. hoc enim ſæpiſsime reſcriptū eſt. Sed nec tutorē cogendum eſſe, uel matrē pupilli admittendam eſſe, etſi parata eſſet iurare, diui fratres reſpōderunt. Imo cogendi ſunt, ut C. de iur. in Aut. ibi ſignata in fi. ubi dicitur, quòd tutores & curatores in cauſis, quas agunt, huiuſmodi iuſiurandum præſtabunt, & hoc idem dicitur, C. de iud. l. properādum. in fine, ubi dicitur, quòd tutor uel curator iacturā cauſæ ſuſtinebit, ſi per eius deſidiā cadat minor à cauſa, per lapſum trienij, quia tūc perit inſtantia iudicij. Procurator de calumnia nō iurat, C. eo. tit. l. ij. §. ſin autē. & ff. de noxa. act. l. quoties. §. ſi tutor. Decre. tamē uidetur cōtrà dicere, ext. eo. tit. c. cū cauſam. ſuprà eſt prope. Sed dico quòd ſyndici nō propriè appellantur procuratores, quia uniuerſitas non facit procuratorē ad cauſam, ſed ſyndicum, uel actorem, ut ſuprà patet in titulo de proc. Et tamen Canones tales perſonas procuratores appellāt, ut j. q. iij. c. Saluator. ubi dicitur, quòd in hoc nomine Procurator, intelligitur quilibet adminiſtrator eccleſiaſticæ rei, ſicut Præpoſitus, Vicedominus, œconom⁹, & ſimilia. Sed ſi dicatur procurator in rem propriam, tūc iurabit de calumnia, quia in propria eius cauſa eſt, & damnū et emolumentū illius cauſæ ad eū ſpectat, ut C. de procur. l. qui ſtipendia. ubi dicitur, Ego uolens donationem facere, mutui actionem, quam habeo contra Titium, ei cedo, ut ipſe habeat, quæ ex ea cōſequatur. Quæritur an ſic poſsit fieri in rem ſuam procurator: & dicitur ꝙ ſic, quia quāuis ex aliena perſona agat, tamen negotiū ſuū gerit, quia abſurdum eſſet interdicere militibus, ne propria negotia gerāt. Sed pone procuratorē agere uel reſpōdere nomine abſentis: quis iurabit de calumnia? Et uidetur dictum ſatis rationabiliter, quòd dabuntur procuratori dilationes, ut denunciet uero domino, ut ad litem ueniat, ext. ut lite nō conte. c. quoniā frequēter. C. ubi in rem actio exerceri debet. l. ij. Vel dicas quòd remittatur ei hoc iuramentū, ſi hoc fieri nō poteſt, utpote qa ualde eſt remotus, & tūc dabitur procurator bonis, q de cauſa iurabit, ut ff. de cur. bon. dando. l. ij. Forma iuramenti calūniæ eſt hęc: Iurabit actor ꝙ nō calumniādi animo moueat cauſam, & ꝙ credit ſe bonā cauſam habere. Reus iurabit quòd credat ſe bona inſtātia uti, & nō calumniādi cauſa ad inficiationē uenerit, ut ff. familiæ erciſcundæ. l. inter cohęredes. §. qui famil. erciſ. Itē iurabit uterq; quòd interrogatus non negabit quod credit eſſe uerū: nec utetur ſciēter falſa probatione, nec petet

Proc. nō iurat de calumnia.

Si dominus ſit abſens quid de procur.

Forma iur. de calum.

dilationem pro fuga,ut lis protrahatur, nec dedit, nec promiſit,nec dabit,nec promittet aliquid pro hac cauſa, ut pro eo feratur ſententia,niſi ijs, quibus dare permiſſum eſt à iure, & ſicut dare concedunt iura, ut C.eod.in Autentica ibi ſignata. ubi dicitur,Principales perſonæ, uel aliæ, ad quas negotium migrabit, iurabũt quòd nihil iudicib⁹, uel alijs perſonis,pro hac cauſa dederint, uel promiſerint, uel dabunt uel promittent,per ſe,uel per mediam perſonam,exceptis ijs, quæ aduocatis præſtãtur,alijsq; perſonis,quibus honeſtæ leges dare diſponunt.Et compræhenditur hæc forma hiſce uerſibus:

Iſtud iuretur, quòd lis ſibi iuſta uidetur.
Et ſi quæratur,uerum non inficietur.
Nil promittetur,nec falſa probatio detur.
Vt lis tardetur dilatio nulla petatur.

In duplicibus iudicijs quomodo iuretur.

Nota tamẽ,quòd in duplicibus caſibus,iudiciis,puta familiæ erciſc.cõmuni diuidundo, finiũ regundorum,uti poſsidetis, utrobi,in quibus uterq; eſt actor & reus,uterq; pręſtabit iuramentũ hoc, ut ff.famil.erciſ.l.inter cohæredes. §.famil. erciſ. Item idẽ fit in mutuis petitionibus, quia uterq; eſt reus & actor.

Pœna non iurantis.

Pœna nolentis iurare hoc iuramentũ, eſt ꝙ actor cadat ab inſtituta actione per iudicis ſententiã. Reus uerò condẽnatur,eò ꝙ pro cõfeſſo habetur,ut C.eo.l.ij.ubi dicitur,quòd ſi actor noluerit ſubire ſacramẽtum calumniæ, & hoc legitime fuerit cõprobatũ,nõ liceat ei ad litẽ penitus redire, &c. Et ꝙ debeat cadere à cauſa ille, qui nõ præſtat hoc ſacramentũ,dicit Decre.no.ext.de iura.cal.c.cũ in cauſa. Pœna uerò recuſantis hoc ſacramentũ, cum præſtandũ fuerat,eſt, ut actor ab inſtituta cadat actione:reus aũt haberi debet pro cõfeſſo.

Conſuetudo quæ calumniæ iuramentũ remittit,non ſerenda eſt.

Itẽ reprobatur cõſuetudo, quæ iuramentũ calumniæ nõ admittit, ut ext.de fideiuſ.c.cõſtitutus. Et nota, iuramentũ calũniæ nõ poſſe remitti,ſed in omni cauſa tam corã iudicibus,ꝙ corã arbitris præſtari debet,quia nõ pro cõmodo priuatorũ, ſed pro cõmuni utilitate mãdatur fieri,ut C.e.tit.l.ij.§. Sed quia uerentur ne forſitã collusione aliqua utẽtes, remittere ſibi uideantur huiuſmodi iuramentũ,& ex prædicta diſsimulatione ſanctionẽ noſtrã deludũt:ſancimus oẽs iudices licet ex cõpromiſſo cognoſcãt,uigorẽ ſuũ exercẽtes(quia nõ pro cõmodo priuatorũ,ſed pro cõmuni utilitate ꝓſentẽ poſuimus legẽ)minime pati ſacramentũ tale remitti. Sed hoc ab actore & fugiẽte exigi,ne paulatim uideatur huiuſmodi res defraudari,& ſacramentũ uel principaliũ ꝑſonarũ, uel aduocatorũ,ex quacunq;

parte

parte mutilari. Ad idē ext. de fideiuſ. c. cōſtitut⁹. Sed hoc dominus Pilli⁹ de plano dūtaxat cognoſcēti cōcedit. Itē remittitur patri agēti cōtra filiū: & patrono cōtra libertū, ut ff. q ſatiſd. co. l. de die. §. pen. ubi dicitur, Iubetur autē iurare de calūnia, ne quis cauſa uexādi magis aduerſariū forſitā, cū Romę poſsit ſatiſdare, in municipiū euocet. Sed quibuſdā hoc iuſiurādū de calūnia remittitur, ueluti parētibus & patronis, &c. Sed pone quòd hic ſacramentū nō exigatur, & procedatur in cauſa, & feratur ſentētia, quid erit? & dicit Pillius quòd tenet ſentētia tanquam legitime lata, et non sicut quod ait mors: Omnes de calumnia iurare debent, sed hoc est quia inter partes; non is.nō eſt enim præſtandū, niſi exigatur, ut ff. de no. oper. nunciatione. l. de pupillo. §. qui opus. ubi dicitur, Qui nouū opus nuntiauit, iurare debet non calūniandi animo opus nouū ſe nuntiare: hoc enim iuſiurandum autore prætore defertur, & idcirco nō exigitur, ut iuremus antequam iuſiurādū exigatur.

Parenti & patrono hoc iuramentum remittitur.

Valet quod agitur, ſi à iudi. aut parte non exigatur.

De interrogationibus poſt iuramentum de calumnia faciendis.

VIDIMVS ſuprà in titulo ultimo ſecundæ partis, de interrogationibus ante litē cōteſt. faciendis: ſed quia præſtito iuramento de calumnia, interrogādæ ſunt partes de illo negotio, ideo de iis interrogationib⁹ tractemus. Videamus igitur qs debeat interrogatiōes facere, quis interrogationes formare, qualiter ſunt faciendæ, & quomodo ſit iudici reſpōdendū. Et quidē interrogare debet iudex qui de cauſa cognoſcit, ut ff. de in terro. ac. l. uoluit prætor. & aſſeſſor, ut ff. de off. aſſeſſ. l. j. ſuprà e. ti. de aſſeſſoribus. & notarius, ſed quilibet alius, quādo iis iudex cōmiſerit, ut ext. de off deleg. c. ſuper quæſtionū. ubi dicitur, quòd iudex poteſt cōmittere alicui principiū & finē cauſę ad audiendū. Veruntamen licet non teneatur ad interrogationem factā aduerſarij reſpondere, ſi ab aduerſario in iure interrogatus, reſpondit, uel abſq; interrogatione facta cōfiteatur, ualet cōfeſsio, ut ff. de inter. ac. l. ſi ſine interrogatione. & ext. de do. & cont. prout ſuprà eſt. Quis formare debeat interrogationes? & cōſuetudo, quæ eſt maxima legū interpres, habet ut aduocati partiū forment interrogationes ſuas, ſicut & petitiones. Hoc modo ponit talis, uel dicit talis in iure, quòd poſſeſſio de qua quæritur, fuit patris ſui, uel matris cui ſuccedit, uel quòd ipſe mutuauit tali tantā pecuniam, uel quòd depoſuit penes illū librū de quo cōtrouerſia eſt. Et hoc fiat ab aduocatis proponētibus, ne oriatur contentio inter partes: & nō debet eſſe aliter ſcripta quàm fuerunt propoſita. Item alia ratione

Diſtributio.

A quibus formentur interrogationes.

quòd ſit certus ſuper quo interrogatur,& ſuper quo debeat reſpōdere.Facta autē propoſitione præſcripta,iudex per ſacramenta debet interrogare proponentē,ſi credit ita uerū eſſe ut proponit:& ſi per ſacramēta reſpōdit ita ſe credere,cōſequenter interroget aduerſariū per ſacramentū,ſi credit eſſe uerum quod alter propoſuerit:& ſiue confiteatur & ſiue neget,facta eius reſpōſio redigatur in ſcriptis.Nā& ſi ſuper eodē articulo iterū interrogetur,niſi nouū quid emerſerit,puta,quia perdita ſunt ſcripta priora,uel aliquod ſimile:iniuriā facit ei,& grauat ipſum,&quaſi anceps periuriū ſubire facit,uel infamiā uulgi incurrere,qa ſi aliter credebat ſe tūc ſcire,& aliter modo reſpōdet:ex reſpōſione ſua incurrit periuriū,& infamiā.Nā qaliter credit,q̄ prius reſpōdebat,dicitur incurriſſe periuriū,& ideo ex hoc edicto incurrit infamiā uulgi:qa de uno articulo reſpōdet duo contraria.ſ.uerum & falſum.Ad iſta omnia habetur ar.xxx.q.v.c.iudicātē.ſuprà c.de off.iudic.ord.& ff.ad l. Iuliam de adult.l.ſi poſtulauerit. §.quæſtionem. Et primo facit actor ſuas interrogationes,ſecūdo reus,per regulā,Qui prior app.&c.ut ff.de iudic.l.qui prior.ubi idem dicitur,uel uiciſsim ſi iudex uiderit expedire,ut extrà.de cauſa poſſ.& propr.c. ad ultimum.ubi dicitur,quòd de utraq; cauſa poſ.& propriet.ſit coniunctim cognoſcendum, & poteſt iudex uiciſsim audire allegationes,& teſtes utriuſq; partis,& hoc ut parcatur laboribus & expenſis. Qualiter ſint formandæ interrogationes & reſponſiones?Reſpōdeo uerbis affirmationis, & nō negationis:quoniam qui negat,nihil dicit: & negantium cauſæ nullæ ſunt,ut ait Boëtius,& C.de proba.l.actor.ubi dicitur,Cū per rerum naturā,negantis factum,nulla ſit probatio,unde ſi proponit negatiuis uerbis, non eſt audiēdus:niſi illa negatiua implicitam habeat affirmatiuam:tunc enim audiendus eſſet, ut ext.de renuntiatione.c, ſuper hoc.ubi ponitur talis caſus:Quidam petebat quoddā beneficiū,de quo ut dicebat, fuerat ſpoliatus:ille,à quo petebatur,excipiebat dicēs,quòd ſpōte renūciauerat actor beneficio.Actor replicabat quòd nō ſpōte,ſed inuitè.quæſitum erat cuius probationes debeant àudiri an actoris,an rei;& reſpondetur quòd cauſa renūtiationis debet poſtea probari,&ſi poterit probare quòd nō ui,metu,nec pecunia,nec prece alicuius,uel promiſsione renuntiauerit, probationes actoris recipiantur.Et dicitur in illo caſu, quòd licet negantis factum,nulla eſt probatio,ille tamen qui ſpontaneā renuntiationē negat,implicite quodāmodo affirmat.Vnde ſuper

Iudex interrogat.

Ordo in faciendis interrogat.

Qualiter formentur.

Negatiuæ implicitæ reſpondendum.

per aſſertione ſua debēt probationes admitti, habita relatione ad dignitatē & opinionē perſonæ. Eſt enim quædā negatiua prægnans, quæ cū negando quodāmodo implicat, ut probatur per l. ſi filius. ff. de probat. ubi dicitur, Si filius in poteſtate patris ſe negat eſſe, prętor cognoſcat ut prior doceat filius: & quia pro pietate, quam debet patri, hoc ſtatutum eſt, & quia liberū ſe quodammodo eſſe cōtendit. Ideo enim & qui ad libertatē proclamat, prius docere iubetur. Ad idē ext. de ſucceſſ. ab inteſt. c. cum dilectis. ubi dicitur de quodā Archipresbytero, qui in ultima uoluntate dixit, quòd uolebat eſſe monachus, & cū abbas, in cuius abbatia uolebat eſſe monachus, quæreret res ſuas, dicebat Epiſcopus, quòd Archipresbyter nō erat compos mentis tūc tēporis. dicitur, quòd probet Epiſcopus quòd non erat Archipresbyter cōpos mētis tūc temporis, nec aliter habeat res defuncti: tūc enim talē negatiuā proponere poteſt, & probare tenetur. Et nota, quòd aduocatus nō debet duas intentiones proponere ſub una interrogatiōe. Nā ſi altera pars ſit falſa, altera uera, is qui interrogatur, utrunq; de iure poteſt negare, per regulā quę dicit, Cū aliqua particularis eſt falſa, & uniuerſalis ſimiliter. quòd probo per tale arg. Pono te comediſſe hodie, & ego dico, Comediſti hodie in eccleſia: ſecure potes reſpōdere quòd nō, ſi hodie in ædē nō intraſti. Hoc modo debet reſpōdere iudici qui interrogatur, ut cōfiteatur, uel neget, & certū dimittat iudicē ſuper re, de qua interrogatur: & ſi obſcure reſpōdeat ad interrgationē, perinde eſt ac ſi non reſpōderet. hoc totū probatur ff. de interrog. act. l. de ętate. §. nil intereſt utrū neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpōdeat, ut incertū dimittat interrogantē. Tamē ſi interrogatus nullo modo reſpōdeat, dicūt quidā proinde teneri, ac ſi cōfiteatur, ut ff. de inter. ac. l. de ętate. §. qui tacuit quoq; apud ꝑtorē in ea cauſa eſt, ut ab inſtituta cadat actione. nā q omnino nō reſpōdet cōtumax eſt, & cōtumaciæ hāc pœnā ferre debet, ut in ſolidū cōueniatur, quēadmodū ſi negaſſet: qa pręto rē uidetur cōtemnere. Et uerū quidē eſt, quòd qui tacet, nō fatetur, nec negat, ut ff. de reg. iur. l. q tacet nō utiq; fatetur. Sed tamē certū eſt ipſum nō negare, unde dico illū condemnandū non tanquam confeſſum, ſed quaſi contumacem arbitrio iudicis puniendum. Item nota, quòd ſi quis interrogatus an x. debeat, quæ ab eo petuntur, ſimpliciter negat ſe debere, interrogari iterum debet an debeat ix. uel viij. & uſq; ad ultimā quantitatem. Si autem præciſe negat, & dicat ſe nil debere, non de-

Negatiua prægnans.

Interrogatio plura cōtinēs.

Quomodo ſit iudici reſpondendum.

Si non reſpondeat.

Si plus quàm reuera ſit, interrogatione comprahendatur.

Reſponſiones ſiunt per principales perſonas. bet de hoc ulterius interrogari. Primo notandũ eſt, quòd liceet interrogationes de conſilio aduocatorum ſint faciẽdæ, & formandæ: reſponſiones tamen à partibus ſine aduocatorũ conſilio fieri poſſunt, quoniã factũ ipſum per principales perſonas, & non per aduocatos, debet fieri, niſi fuerint adeo indiſeretæ perſonæ, ut earũ defectus de iudicis licẽtia ſuppleatur per alios, ut ext. de iud. c. paſtoralis. ſuprà c. de excep. Et nota, quòd *Dubitãti dantur dilationes ad reſpond.* ſi interrogatus dubitat ſuper quo interrogatur, quòd dandæ ſunt ei dilationes ad deliberãdũ, ut ff. de interrog. ac l. qui interrogatus. Ad idẽ ext. de procur. c. dilectus. ubi dicitur, quòd ſi procurator generaliter dubitat de facto, debet habere inducias deliberatorias, ut cõſulat Dominũ ſuum: & ſi ſibi fuerint denegatæ, & appellauerit, ualet appellatio. Et ſi dicat ſe præciſe neſciuiſſe ueritatẽ rei de qua interrogatur, non eſt compellendus præciſe reſpondere ad interrogata: quia nõ tenetur dicere, niſi quòd modo credat, uel quòd nõ credat eſſe uerũ qđ dicitur, ut C. de iureiur. propter ca. dan. l. ij. § ij. & in Auten. in *De quibus rebus fiant interrogationes.* iſto. De omnibus faciendæ ſunt interrogationes, quæ facere poſſunt ad inueſtigandã ueritatẽ rei, de qua quæritur, uſq; ad diffinitiuã ſententiam, ubicunq; æquitas mouet iudicem ad inquirendũ, ſeu proprio motu ſeu ad petitionẽ partium procedat, ut ff. de interro. ac. l. ubicũq;. ſuprà e. de inter. ac. ante lit. cõteſt. faciendis. Et etiã uerſa uice cõpellendus eſt actor reſpõdere ad interrogationẽ rei in except. propoſitam & proponendam, quoniam in excipiendo reus fit actor, ut ff. de probat. l. in excipiendo. & ff. de excep. l. j. ſuprà e. tit. de dilationibus.

De confeſsis in iure.

QVONIAM in iure interrogatus interdũ cõfitetur, interdũ negat, & in confitente nullæ ſunt partes iudicis, ut ff. ad l. Aquil. l. proinde. § ul. ubi dicitur, In hac actione quæ datur aduerſus confitentẽ, iudex nõ rei iudicãdæ, ſed æſtimãdę datur. Nã in cõfitentem nullæ ſunt partes iudicãtis. Ideo poſt tractatũ interrogationũ, cõſequenter de cõfeſsis in iure uideamus. Querentes quid ualeat cõfeſsio in iure, quę ſunt neceſſaria, ut cõfeſsio præiudicet, & utrum cõfeſsio facta in iure, reuocari *Confitens habetur pro iudicato.* poſsit. Tantũ ualet cofeſsio in iure, quòd confitens pro iudicato habetur, ut C. de confeſſ. l. unica. ubi dicitur, Cõfeſſos in iure pro conuictis haberi placet: quare ſine cauſa deſideras recedi à confeſsione tua, cum ſoluere cogeris, quia quodammodo ſententia ſua damnatur quis. ut ff. e. tit. l. j. ubi dicitur, Confeſſus

feſſus pro iudicato habetur, & quodammodo ſententia ſua damnatur. Item dicit dominus in Euangelio, Ex ore tuo te iudicabo ſerue nequam. Contra ſe poteſt quilibet confiteri, ut ſtetur eius confeſsioni ut condemnet ſe: pro ſe uerò minime creditur, ut ext. confeſſ. c. cum ſuper electione. & xiij. q. ij. c. j. ubi dicitur, De eo autem quod dicitur an de ſuis fratribus poſsũt teſtes producere, multis autoritatibus inuenitur eſſe prohibitum. Leges enim tam ſanctorum Canonum, quàm ſecularium principii, aduerſus aliquem teſtimonium de domo ſua produci prohibent: cõtra ſe enim quilibet teſtimoniũ dicere poteſt, pro ſe uerò minime. Multa ſunt neceſſaria ad hoc quòd ſua cõfeſsio præiudicet alicui, quæ iis uerſibus comprænhenduntur: *Contra ſe cuilibet creditur.* *Neceſſaria ad præiudiciũ cõfeſsionis ſuæ.*

Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, ueridicus ſit.
Ni natura, fauor, lis, iúsue repurget, & hoſtis.

Quæ qualiter intelligenda ſunt diligenter diſcutiamus. Maior enim dicit, quoniam ſi pupillus confiteatur, ei nõ præjudicat, qa ipſo iure tutus eſt. Pubes autẽ, & minor xxv. an. tenetur ex cõfeſsione ſua, ſed tamẽ reſtituitur petita reſtitutione, ſi ex ea lædatur, ut ff. de minor. l. ſi ex cauſa. §. nũc uidẽdũ. ubi dicitur, Nũc uidendũ eſt de minoribus in contractibus captis, an dũtaxat ſubueniatur eis, an etiam delinquentibus, utputa dolo aliquid minor fecit in re depoſita, uel cõmodata, uel alio in contractu, an ſubueniatur ei, ſi nihil ad eũ peruenit? & placet delictis minorũ nõ ſubueniri: nec hic itaq; ſubuenietur. Nã & ſi furtũ fecerit, uel damnum uel iniuriã dederit, non ei ſubuenitur. Sed ſi cum ex damno dato confiteri poſsit, ne dupli teneatur, maluit negare, in hoc ſolum reſtituendus ſit, ut pro cõfeſſo teneatur: ergo & ſi potuit pro fure dãnũ decidere magis, quàm actionem dupli uel quadrupli pati, ei ſubuenitur. Ad idẽ ff. e. ti. l. certũ. §. penult. Sponte, ideo dictum eſt, quia cõfeſsio per metum extorta, non præiudicat, ut ff. de quæſtionibus. l. j. §. primo. Ad idem xv. q. vj. c. j. ubi dicitur, quòd confeſsio nõ ſit extorta, ſed ſpontanea. Sciens, ideo dicitur, quia ſi errat dũ cõfeſsio fuerit per errorem facti, & probet ſe erraſſe, quãdocũq; ante ſententiam non præiudicat confeſsio, ut ff. de confeſſ. l. j. ubi dicitur, Nõ fatetur qui errat, nec qui ius ignorauerit. Ad idem ff. de interrog. ac. l. de ętate. §. qui iuſto errore ductus, negauit ſe hæredem, uenia dignus eſt. Sed ſi aliquis ſine dolo malo, culpa tamẽ reſpõdeat, dicẽdũ eſt eũ abſolui debere, niſi dolo proxima ſit culpa. Ad idẽ C. de iuris & fac. ig. l. error. Ad hoc facit Decret. no. extrà. de confeſſ. c. ex parte, ubi dicitur, quòd *Maior.* *Sponte.* *Sciens.*

œconomus monaſterij cuiuſdam, quædā per errorē facti fuit confeſſus. Dominus Papa dicit quòd ſi poſsit reſpōdere ſe in facto erraſſe, ei nō præiudicat, quia error facti nemini nocet,

Contra ſe. negotio nondum finito. Cōtra ſe & non pro ſe, ut xiiij.q.ij.c. j.ſuprà c.ad idē ff.de inter.ac.l. de ætate.§.ij.ubi dicitur, Qui ex quadrante hæres, uel cū omnino nō eſſet, reſpōderit ſe hærede eſſe ex aſſe, in aſſem inſtituta cōuenietur actione.

In iudicio debet fieri cōfeſſio. Vbi ius ſit, hoc eſt in iudicio & corā iudice ſuo, ut ext.de iu.at ſi clerici.ff.de con.l.j.ſuprà eſt ext.de con. cū ſuper electione.ubi d. ꝙ quidam Canonicus cōfeſſus fuit in iure, ꝙ obligationē & promiſſum, L.Saracenorū acceperat, ut conſentiret cuidā electioni, unde fuit quaſi Simoniacus condēnatus, ab officio & beneficio depoſitus: quod quidem uerū eſt, niſi aliquid fieret extra ius, ut ex eo obligetur, uel præiudiciū generetur confitenti, quia talis cōfeſsio uim pacti in ſe habet, ut C.de nō nu. pec.ubi dicitur, Fruſtra opinaris exceptione nō numeratæ pecuniæ te eſſe munitū, qui ut fateris, in eius uicem, qui obligatus erat, ſubſtitueris te debitorē. Ad idē C.e.l.in cōtractibus.

Cōfeſsio extra ius ubi noceat. & in multis aliis legibus ibi poſitis. Et etiā cōfeſsio extra ius nocet, ubi ſcandalum ex ea generatur, ut ext. de conceſſ.præ. c.q̄ graui.ubi dicitur, quòd quidā clericus filius ſacerdotis, cōfeſſus fuit publice ſe cognouiſſe uxorē cuiuſdam uiri, & fuit ab officio & beneficio ſuſpēſus. Coram non ſuo iudice nō nocet, ut ext.de iud. at ſi clerici. ubi dicitur ꝙ ſentētia à nō ſuo iudice lata nō tenet, ita nec confeſsio. Ad idem ij.q.j.in princ.

Hoſtis. Hoſtis ideo dicitur, ſcilicet ſi abſente aduerſario, uel eius ꝓcuratore, fiat confeſsio, nō tenet, ut ff.de confeſſ.l.certū.ubi dicitur, Si quis aduerſario abſente cōfeſſus ſit, uidēdum eſt nūquid debeat pro iudicato haberi, quia nec qui iuret abſente patrono obligatur, nec generaliter ſolet quis abſenti condemnari. Certe tutorē, procuratorémue præſentes eſſe ſufficit,

Reſponſio debet eſſe ſuper certa re. ſed tamē niſi is, qui cōfitetur, certā det reſpōſionē, de certa re, uel quātitate, non ualet cōfeſsio, ut ff.de confeſsis.l.certū.in prin.ſuprà c.ff.de int.ac.l.de ætate.§.nihil intereſt. de hoc plene dictū eſt ſup.tit.prox.

Nec natura. Nec natura ideo diximus, quia ꝓfeſſiones naturaliter cōuenire debent, aliter enim nō præiudicabunt, ut ſi dicā filiū meū eſſe illū, qui eſt maioris ætatis q̄ ego, ut ff.de inter.act. cōfeſsionib.falſis reſpōdentes ita obligantur, ſi eius nomine de quo quis interrogatus eſt, cū aliquo ſit actio: quia, quæ cū alio actio eſſet, ſi dominus eſſet in noſmetipſos ex cōfeſsiōe noſtra cōferimus, & ſi cū, qui cū in poteſta-

te pat

te patris eſſet, reſpondiſſem meũ filiũ eſſe, ita me obligari, ſi ætas eius pateretur, ut filius meus eſſe poſsit, quia falſæ confeſſiones naturalib. conuenire debent. Itẽ nota ſimiliter in iure, ſi fateor me interfeciſſe ſeruũ illũ, qui uiuit, ut ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. Si quis hominẽ uiuũ falſo cõfitetur occidiſſe, & poſtea paratus ſit reſpondere uiuũ eſſe, Iulianus ſcribit, l. Aquileia eũ non teneri, quãuis confeſſus ſit eũ occidiſſe. Idẽ eſt ſi fateor illum ſeruũ meum eſſe, qui eſt mortuus, qui nõ eſt in rerum natura. Fauor ideo ſubiungitur, quoniam ſi ingenua confiteatur ſe ancillam eſſe, dummodo probet contrariũ, talis confeſsio nõ præiudicat, propter fauorẽ libertatis, ut C. de liberali cauſa. l. interrogatã & confeſſam apud acta, ſe eſſe ancillam, huiuſmodi factũ defenſionẽ libertatis non excludit. Itẽ fauor matrimonij facit, ꝙ nulla cõfeſsio contra matrimoniũ publice cõtractũ, ei præiudicare poteſt, ut ext. de eo qui cog. conſang. ux. ſuæ. c. ſuper eo. Vbi ponitur talis caſus: Quidam cõfitebatur ꝙ antequã cõtraxiſſet matrimoniũ cũ uxore ſua, cognouit conſang. uxoris ſuæ, & mulier idẽ cõfitebatur, quæſitũ fuit an inter eos deberet diuortiũ celebrari, dicitur ꝙ nec propter confeſsionẽ eorũ, nec propter clamorem uiciniæ aliquatenus ſeparari debent, quia ſic ſæpe multi, ad inuicẽ collu dendi cauſa, proſilirẽt à ſuo matrimonio. Lis ideo dicitur, qa nec ualet confeſsio, niſi fiat de re unde litigiũ uel cõtrouerſia eſt, ut ff. de inter. ac. l. confeſsionibus. ſupra eſt. Ad idem ext. de off. iudicis deleg. cũ olim. in fi. ubi dicitur quòd delegatus ad illa intelligitur conſtitutus, quæ in literis cõmiſsionis inueniuntur expreſſa. Iúsue repugnet, dicitur. Nã dictũ eſt ꝙ cõfeſſiones de mero iure, ita fiant, ut id quod in confeſsionẽ uenit, ius recipere poſsit, ut ff. de interrog. act. l. ſi is cuius. §. fi. ubi d. In totũ autẽ cõfeſsiones ita ratæ ſunt, ſi id quod in cõfeſsione uenit, ius, & natura recipere poteſt. Ius enim nõ patitur, ut Iudæus ſeruũ Chriſtianũ habeat, ut l. iiij. C. de epiſ. & cler. §. fin. Et ideo ſi Iudæus cõfiteatur Chriſtianũ ſuum mancipiũ eſſe, cuius nomine noxaliter cõuenitur, ei nõ præiudicat talis confeſsio. Itẽ ſi Chriſtianus cõfiteatur ſe cõtraxiſſe cũ Iudęa, non præiudicat ei, quia nõ poteſt contrahi matrimoniũ inter homines diuerſæ profeſsiõis, ut xxviij. q. j. c. caue Chriſtiane. ubi dicitur, ꝙ Chriſtianus nõ debet Gentili, aut Iudæo, aut hæretico filiã ſuã in matrimoniũ dare, aut eorũ filiã in uxorẽ accipere. Vltimo uidendum eſt, utrũ poterit reuocari cõfeſsio. Et ſciendũ, ꝙ cõfeſsiones quæ fiũt ante lit. cõt. reuocari poſſunt

Fauor.

Lis.

Ius.

Vtrum poſſit confeſſio facta reuocari.

iuſta de cauſa, ſicut probatur ſuprà tit. de inter. quæ fiũt ante lit. cõte. Si uerò in iure, id eſt poſt lit. conteſt. facta ſit cõfeſsio ab aduocato, præſente clientulo ſuo, præiudicat illa cõfeſsio principali perſonæ, niſi ipſa perſona reuocet eã. Et poteſt hoc facere uſq; ad triduũ, ut C. de erro. aduo. l. fin. ubi dicitur, niſi incõtinenti, id eſt, triduo proximo, ipſi domini contradixerunt. Et dicit Decr. no. ꝙ procurator poteſt reuocare confeſſionẽ erroneã aduocati, ut ext. de ap. c. cũ cauſam. Si autẽ principalis perſona cõfiteatur in iure, & talis ſit confeſsio, quæ ei præiudicare debeat, ſicut ſuprà dictũ eſt: ſtatur eius confeſsioni, nec poteſt reuocare eã, niſi probet ſe erraſſe. tunc enim eã reuocare poteſt, probato errore uſq; ad ſentẽtiã, ſed nõ poſtea, ut C. de iuris & fac. ig. l. error. ubi dicitur, Error facti nondum finito negotio nemini nocet. nã cauſa deciſa, uelamẽto tali nõ reſtauratur. Ad idẽ ext. de cõfeſs. ex parte. ubi idẽ dicitur quod in lege. An autẽ cõfeſsio facta in cauſa criminali præiudicet? Et quidã dicũt ꝙ confeſsio ſuper criminibus nõ præiudicat cõfitẽti, niſi confitens perſeueret in confeſsione, quoniã reorũ confeſsiones pro exploratis criminib. uel facinoribus nõ habẽtur, ut ff. de quæſtionibus. l. j. §. ſi quis ultro maleficia fateatur, nõ ſemper ei fides adhibẽda eſt: nonnũquã enim ex aliqua cauſa in ſe cõfitentur. Sed Dominus Azo dicit, quòd confeſsio ſemel ſponte facta in iure ſuper criminibus, præiudicat confitẽti, ut expreſſe habes ext. de confeſs. c. cũ ſuper electione. Suprà eſt caſus, & ext. de elec. c. per inquiſitionem. Et quod dicitur ff. de quæſtio. l. j. ꝙ reorũ confeſsiones pro exploratis criminib. nõ habẽtur, locũ habet in cõfeſsione cruciatu extorta, & ꝙ nõ ſit ſtãdũ talib. cõfeſsionibus, reſpõſum eſt in l. eadem. §. quæſtioni. ubi dicitur, quòd quidã in tanta fuit impatientia, quòd potius uoluit mentiri, q̃ tormenta pati.

Cõfeſsio in cauſa criminali.

De probationibus.

DIXIMVS in præcedẽti titulo quid iuris ſit, quando interrogatus in iure confitetur: cõſequenter uideamus quid iuris ſit, cũ reus negat quod ab actore proponitur. Et tũc onus probationis incũbit actori, quia ei qui dicit, incũbit ꝓbatio, nõ ei qui negat, ut ff. de prob. l. ij. ubi hoc dicitur: ideo de probationibus uideamus. Quærẽtes quid ſit ꝓbatio, quis debeat probare, & quãdo, & quot ſint ſpecies probationũ. Probatio eſt aſſeueratio rei dubiæ, per argumẽta faciens fidem, cũ iuramẽto. Et quidã dicũt, quòd probatio dicitur ab hoc aduerbio probè.

Diuiſio.

Probatio quid.

probè.Probare autē debet actor,& accuſator, qui aliquid intendit, ſi reus negat,ut ff.de prob. l.ei qui. & ext.de probat.c. j.& iij.q.iij. §.item in criminali.ubi dicitur, Qui intēdit agere,probationes proprias debet afferre, nō petere aduerſarium cogi ad exhibitiones earum.Ad idem ext.ut benefi.ec.ſine di. confe.c. ut noſtrū.ubi dicitur, quòd explorati iuris eſt, quòd actore non probante, is qui cōuenitur, etſi nihil præſtiterit, obtinebit.& C.de eden.l.qui accuſare uolūt,probationes debent habere paratas,cū nec iuris nec æquitatis ratio hoc permittat,ut alienarū rerum, uel inſtrumentorū perſpiciendorū poteſtas debeat fieri.actore enim non probāte, reus etſi nihil præſtiterit,obtinebit,ut ext.de cauſa poſſ. & proprie.c.cū eccleſia.& hoc ideo,quia negantis factū per rerū naturā nulla eſt directa probatio, c.accuſator.vj.q.ſi. ubi eadē lex canonizata eſt. Et ext.de prob.c. quoniā.unde qui negat,nihil probare tenetur.Si uerò ius negat,puta dicit aduerſariū aliquo iure prohibitum,ne liceat ei aduocare,agere, uel teſtes producere,ſeu aliqua facere,quæ iure ſibi nō concedūtur, id probare debet, qui dicit illum prohiberi, ut ff.de prob.l.ab ea parte, quæ dicit aduerſariū ſuū aliquo iure prohibitū eſſe, ſpecialiter lege & cōſtitutione id probare debet. Itē reſpondi, Si quis negat emancipationē recte factā,probationē ipſam pręſtare debere. Et nota, Licet ſit uerum generaliter,ꝙ reus probare nō tenetur,tamē quædā faciūt ut onus in reū transferatur,ſcilicet hęc exceptio implicita,pro actore ꝓſumptio,ſpontanea probationis aſſumptio,iuramenti delatio,actoris priuilegium,rei delictū,& ſi rei negotiū habeat affirmatiuā implicitā,transfertur onus probationis in reum,puta peto à te x.tu excipis ꝙ ſoluiſti:uel peto à te fundū,tu excipis ꝙ præſcripſiſti: tu has exceptiones probare teneris,quoniā in excipiēdo reus fit actor,ut ff.de exceptionibus.l.j.ſuprà e.tit.de exceptio.arg.ext. de probat.c.ex literis. ubi dicitur, Qui obiecerit lon.tem.præſcri.& eā probauerit,reportabit cōmodum poſſeſsionis: & hoc quidem uerū eſt, ſi reus excipiēdo aliquid afferit , cæterū ſi excipiēdo negat, ſecus eſt , ut patet in exceptione non num.pec. ubi actor & nō reus probat exceptionē,ut C.de nō num.pec. l.ſi ex cautione. Pręſumptio pro actore trāsfert onus ꝓbationis in reū, quia ſi frater petit à fratre partē prædij, quæ fuit patris cōmunis,quāuis illud ptineat ad actorē,tamē ꝓbare debet qualiter ad eū ptineat,aliter ſuccūbet in cauſa,ut C.de ꝓb.l.ſi ne poſsidetis.Caſus iſtius legis talis eſt,Si aliq poſsideāt ꝑdia, & cor

Quis probet.

Ius negans.

Caſus ubi reus probat.

Si ſit affirmatiua implicita.

Præſumptio pro actore.

& eorum fratres dicāt ea ſibi à patre cōmuni data, ꝓbare debent. Vel ſi fratres emācipati poſsideāt prædia, & hæredes ea petant, ipſi uerò ad eos nō pertinere dicant, eis qui poſsidēt, incumbit probatio:& hoc propter præſumptionē, quæ cōtra eos eſt. Itē ſi aliquid relictū eſt in teſtamēto Epiſcopo ab extranea perſona, præſumitur ꝙ intuitu Epiſcopatus ſit relictū: unde licet Epiſcopus ſit in poſſeſsione, & negat ad eccleſiam pertinere, ꝓbare debet ſibi ſoli eſſe relictū, ut ext.de teſtamē. c.requiſiſti.ubi fit quædā diſtinctio bona, & dicitur in primo mēbro diſtinctionis, ꝙ ſi aliquid relinquitur Epiſcopo ab extranea perſona, præſumitur eſſe relictū intuitu eccleſiæ, non intuitu perſonæ. Itē ſi Epiſcopus petat ab eccleſia in ſua diœceſi conſtituta procurationē, uel obedientiā, probare debet eccleſia ſe eſſe exceptā, ut ext.de præſcript.c.cū nō liceat. Vbi reprahēdūtur quidā Priores, qui nolebāt ſuo Epiſcopo obedire, cum eorū eccleſiæ eſſent in ſua diœceſi, nec prætēdebāt aliquod priuilegiū, quare eſſent immunes. Vnde dicitur ibi, quòd nō obſtante aliqua præſcriptione, ei exhibeāt debitam reuerentiam & honorē. Item ſi Epiſcopus petat eccleſiā, quā alter detinet, ex quo fundata eſt in eius diœceſi: qui dicit illā non eſſe ſubiectā Epiſcopo, probare debet, quāuis neget. Ad idem ext.de relig.do.c.conſtitutus. Similē tranſlationē in reū inuenies c.diſt.c.contra morē.circa medium, ubi dicitur, Aut enim metropolitanorū omniū mos, à tua fraternitate ſeruandus eſt, aut ſi tuæ eccleſiæ quid ſpecialiter dicis eſſe cōceſſum, præceptúmue à prioribus Romanæ urbis pontificibus, quòd hæc uobis ſint conceſſa, à uobis oportet oſtendi: quod ſi non oſtēdatur, reſtat poſtquā talia agere, neq; cōſuetudine generali, neq; priuilegio uēdicas, uſurpare te quod feciſti, nō poſſe, ita ext.de reſtit.ſpo.c.ſolicite.ubi talis ponitur intellectus: Quidam renūtiauit eccleſiæ poſt ſpoliationē, poſtea repetit eam. aduerſarius obiecit quòd ſponte renūtiauit, & hoc intendit probare: dicitur quòd niſi cōſtet euidenter renuntiationem poſt ſpoliationē factā, non recipiātur aduerſarij probationes, quia non eſt uериſimile ꝙ ſponte renuntiauerit ſpoliatus. Ad idem ext.de renun.c.ſuper hoc. Spōtanea probationis aſſumptio, quia ſi reus uult onus probationis aſſumere uel ſubire, mos ei gerendus eſt, ut probet.ext.de priuileg.c.cum olim.ubi dicitur, quòd cum quidam Abbas peteret priuilegia ſua apud ſed.Apoſt.innouari.quidā Epiſcopus cōtradixit priuilegio: quia, ut dicebat, ſibi faciebāt.poſtea fuerūt priuilegia perdita,

Spōtanea probationis aſſumptio.

perdita, cũ Abbas uolebat probare tenorẽ literarũ priuilegiorum, corã quodã Cardinali: produxit teſtes, & depoſitiones eorũ fuerãt in ſcriptis redactæ, & publicatæ, altera pars petiit inducias, ut poſſet teſtes repellere: quæ fuerũt ei cõceſſæ ſub eo tenore, ut probarẽt quæ uellẽt probare, niſi onus ꝓbationis altera pars ſubiret. Iuramenti delatio facit ut probet reus, ut ff. de iureiu. uolũtario uel neceſſario. ubi dicitur, Manifeſtę turpitudinis eſt, & cõfeſsionis, nolle iurare, nec iuramentũ referre. Ad idẽ ext. de prob. c. ſicut cõſuetudo. ubi dicitur in fi. ꝙ tunc recurrendũ eſt ad delationẽ ſacramenti (quod idẽ appellatur ſuffragiũ) cũ alia nõ ſuppetãt adminicula. Actoris priuilegium trãsfert onus probationis in reũ, utpote quando quis repetit tanquã indebitũ, quod prius ſoluit, regulariter debet indebitũ probare. Sed ſi perſona priuilegiata ſit, is qui repetit indebitum, puta pupillus, uel minor, uel agricola, reus debet probare ſe debitũ recepiſſe, ut ff. de prob. l. cũ de indebito. circa princ. Itẽ rei delictũ, quia ſi reus, à quo indebitũ repetitur, ſolutã negat pecuniã ab actore, & actor probet eã ei tradidiſſe, reus debet ꝓbare, eum debitũ ſoluiſſe. hos duos caſus inuenies ff. de proba. ubi dicitur, Cũ de indebito quæritur ꝗs probare debeat nõ fuiſſe debitũ, res ita temperãda eſt, ut ſi quidẽ is, qui accepiſſe dicitur rem uel pecuniã indebitã, hoc negauerit, & ipſe qui dedit, legitimis probationibꝰ ſolutionẽ approbauerit: ſine ulla diſtinctione, ipſum qui negauit ſeſe pecuniã accepiſſe, ſi uult audiri, cõpellendũ eſſe ad probationes præſtandas, ꝙ pecuniã debitã acceperit. Etenim abſurdũ eſt eum, qui ab initio negauit pecuniã accepiſſe, poſtquã fuerit conuictus eã accepiſſe, probationẽ non debiti ab aduerſario exigere. Sin uerò ab initio quidẽ confiteatur ſuſcepiſſe pecunias, dicat autẽ non indebitas ei fuiſſe ſolutas: ꝑ ſumptionẽ uidelicet pro eo eſſe, qui accepit, nemo dubitat. Qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, ut facile ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat: & maxime ſi is qui indebitas dediſſe ſe dicit, homo diligẽs eſt, & ſtudioſus paterfamiliàs, cuius perſonã incredibile eſt in aliquo facile erraſſe. Et ideo eũ qui dicit indebitas ſoluiſſe, cõpelli ad probationes, ꝙ per dolũ accipientis uel aliquam iuſtã ignorantiæ cauſam indebitũ ab eo ſolutũ ſit: & niſi hoc oſtenderit, nullã eum repetitionẽ habere. Sin aũt is qui indebitũ queritur, uel pupillus, uel minor ſit, uel mulier, uel forte uir quidẽ pfectę ætatis, ſed miles, uel agricultor, & forẽſium rerũ expers, uel alia ſimplicitate gaudẽs, & deſidię deditus:

Delatio iuramenti.

Actoris priuilegium.

Textus l. cũ de indebito. ff. de probat.

tus.tunc enim qui accepit pecunias, oſtendere bene eas accepiſſe, & debitas ei fuiſſe ſolutas: & ſi nõ oſtẽderit, eas redhibere: ſed hoc ita, ſi totã ſummã indebitã fuiſſe ſolutã is qui dedit, cõtendat. Si autẽ pro parte quæritur, ꝙ pars pecuniæ ſolutæ debita nõ eſt, uel quòd ab initio quidẽ debitũ fuit, ſed uel diſſoluto debito, poſtea ignarus iterũ ſoluit: uel exceptione tutus, errore eas pecunias depẽdit: ipſum hoc omnino oſtẽdere quod uel plus debito perſoluit, uel iam ſolutã pecuniã per errorẽ repetita ſolutione depẽdit: uel tutus exceptione, ſuam neſciens proiecit pecuniã, ſecundũ generalẽ regulã quæ eos, qui opponẽdas eſſe exceptiones affirmant, uel ſoluiſſe indebita contendũt, hoc oſtẽdere exigit. In omnibus autẽ iuſsionibus, quas propoſuimus, licẽtia cõcedẽda eſt ei, cui onus probationis incũbit, aduerſario ſuo de rei ueritate iuſiurãdũ inferre, prius ipſo pro calũnia iurante, ut iudex iuramenti fidem ſecutus, ita ſuam ſententiã poſsit formare, iure referẽdæ religionis ei ſeruãdo. Sed hoc, ubi de ſolutione indebiti quæſtio eſt. Sin autẽ cautio indebite expoſita eſſe dicatur, & indiſcrete loquatur: tũc eum in quẽ cautio expoſita eſt, cõpelli debitum oſtendere quod in cautionẽ deduxit: niſi ipſe ſpecialiter qui cautionẽ expoſuit, cauſas explanauit pro quibus eandem cõſcripſit. Tunc enim ſtare cũ oportet ſuæ cõfeſsioni: niſi cui dentiſsimis probationibus in ſcriptis habitis oſtendere paratus ſeſe hoc indebite promiſiſſe. Ad idẽ facit Decret.no.ext.de fide inſtr.c.ſi cautio, quã à te indebite proponis expoſitã, indeterminate loquatur, aduerſarius tenetur oſtendere debitũ eſſe quod cõtinetur in cauſa. Sed ſi cauſam, propter quã ſcriptura proceſſerit, expreſſerit in eadẽ, confeſsioni tuæ ſtatur, niſi probaueris id indebite te promiſiſſe. Itẽ negatiua implicita, quæ habet in ſe affirmatiuã implicitã, probari debet ab eo qui profert. eo ipſo enim quod negat, aſſerere quodãmodo uidetur, ut extrà de renun.c.ſuper hoc. ſuprà eſt. puta ſi filiusfamilias in poteſtate patris neget ſe eſſe, prętor cognoſcat ut prior doceat filius, quia proprietate quã debet patri pſtare, hoc ſtatutũ eſt: & quia ſe liberũ quodãmodo cõtendit. Itẽ ſi negat teſtatorẽ fuiſſe ſanæ mẽtis, quia negãdo eũ affirmat eſſe alienũ, ut ext. de ſucceſ. ab inteſt. c. cũ dilectis. ſuprà eſt. Hoc generaliter uerũ eſt, quia q negat ſimpliciter, nihil pbat, ſicut ſuprà dictũ eſt: & quia negatiua directe pbari non poteſt. Indirectè autẽ ſic: Tu petis à me x. q̃ dicis à me tibi eſſe promiſſa, ego nego me pmiſiſſe, tu pbas promiſsionẽ p inſtrumentũ, tali die, & tali

Si neget teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis.

Indirectæ negationis probatio.

& tali loco cõfectũ. Si probauero me tali die extra prouinciã fuiſſe, ꝓbatur negatiuã mea indirectè, & nõ credetur inſtrumẽto tuo, ut C. de contrahẽda uel cõmit. ſtipul. l. optima. in fi. Similẽ caſum habes ext. de teſti. c. ex tenore. ubi ponitur talis caſus: Mulier petebat militẽ in uirũ, quia iurauerat ei ꝙ eã duceret in uxorẽ, & poſtea cognouit eã carnaliter: miles hoc negabat, adiiciẽs ꝙ licet hoc eſſet uerũ, tamẽ de iure nõ potuit, eò, ꝙ aliã duxerat, quæ tũc uiuebat, quãdo idẽ præſtitũ fuit iuramẽtum. miles ꝓbauiſſe uidebatur, ꝙ ante feſtũ Purificationis duxerat uxorẽ, & teſtes mulieris dicebant ꝙ poſt Paſcha de ea ducenda dederat fidẽ, & cũ miles peteret abſolui, mulier replicabat ꝙ eo tẽpore, quo teſtes militis dicebãt eũ cũ alia contraxiſſe, miles fuerit in aliena ꝓuincia, & hoc uoluit ꝓbare: dicitur ꝙ licet eſſent atteſtationes publicatæ, tamẽ ſuper illo articulo bene poſſint teſtes admitti. Res aũt probari debet iudici tantũ & nõ aduerſario, licet præſens debeat eſſe aduerſarius, ut xxx. q. v. c. iudicantẽ. & de reſcri. c. inter cæteras. ubi dicitur, ꝙ quãdo duo articuli cõmittũtur ſub diſtinctione, ſufficit ſi iudex tãtũ cognoſcat de uno. Ad idẽ iiij. q. iij. c. ſi teſtes. ubi dicitur, Eos teſtes ad ueritatẽ adiuuandã adhiberi oportet, qui omni gratia, potẽtatui fidẽ relegioni iudiciariæ debitam, poſſunt ꝑponere. Sequitur qd ꝓbari debeat. Reſpondeo ꝙ in iudiciũ deductũ eſt, quia ſi inducantur ad unũ articulum tantũ probandũ, & dicãt ſuper alio, nõ ualet dictũ eorũ in illo articulo, ut ext. de teſtib. c. de teſtibus. ubi dicitur, Quòd ſi teſtes inducti ſunt ſolũmodo ad exceptionẽ probandã, cũ ſuper ea tantũ iurauerint dicere ueritatẽ, ſup principali nõ debent audiri, nec cogi teſtimoniũ ꝑhibere, de quo deponerent non iurati. Quãdo debet probatio fieri? reſpõdeo generaliter poſt lit. cõteſt. ſuper illo articulo, qui deductus eſt in iudiciũ & negatur, & primo probãda eſt actoris intẽtio, ſecundo rei exceptio, ut C. de probat. l. exceptionẽ. ſuprà eſt. Species autẽ probationum ſunt ſex, per euidentiã facti, uel per aſpectũ corporis, per iuramenti delationẽ, per teſtes, per inſtrumenta, per præſumptionẽ. Per euidentiã facti, ut ſi habeat quis filiũ paruulum, probatur incõtinens, ut xxviij. di. c. priuſq̃ ad nos ſcripta noſtra decurrerent, Ioãnem diaconum, qui ab altera parte electus eſt, paruulam habere filiã quorundam relatione cognouimus: unde ſi rationẽ uoluiſſent attendere, nec alij eũ eligere, nec ipſe debuerat cõſentire. Nã qua ratione ad epiſcopatum audet accedere, qui adhuc longã cõtinentiã, filia ſua teſte, con

Cui probatio ſit facienda.

Quid probari debeat.

Quando ſiat probatio.

Species probationũ ſunt ſex.

Per euidẽtiam facti.

Quid de nostrus qui tantũ non Colonias mittere poſſẽt?

ſte,conuincitur non habere. Item ſi habeat publicã fornicariã mulieté in domo,ut ext.de cohab.cleri.& mu.c.ſicut ad extirpandã.ubi dicitur, Quòd ſi crimẽ ſacerdotũ habentiũ cõcubinas, publicum ſit, eas dimittant: ſin autem obedire recuſant, officio & beneficio ſpoliẽtur.ad idem ext.de coha.cle.& mul. c.tua nos.ubi dicitur, Quòd ſi crimen ſacerdotũ eſt ita publicum,ut merito debeat appellari notoriũ,in eo caſu accuſator non eſt neceſſarius, nec teſtis,cũ non poſsit aliqua tergiuerſatione celari. Et nota, ꝙ in quolibet notorio facti, non eſt neceſſaria probatio,ut ext.de accuſ.c.euidentia patroni ſceleris nõ indiget clamore accuſantis.& ij.q.j.manifeſta accuſatione non indigẽt. Itẽ aſpectu probatur atrox iniuria,ut ff.de iniur. l.j. Item per aſpectũ probatur ætas ad petendã reſtitutionẽ,ut ff.de minoribus.l.minor aſpectu. Item per aſpectum corporis probatur pubertas,ut ext.de deſpõ.impu.c.puberes.ubi dicitur, certũ eum puberẽ eſſe, qui ex habitu corporis pubertatem oſtẽdit. Itẽ probantur per aſpectũ ſumptus facti in adminiſtratione,ut l.lex quæ. §.ſed et ſi parens.C.de adminiſt.tut. Itẽ integritas corporis probatur aſpectu,ut ext.de probat.c.propoſuiſti.ubi dicitur, quòd quædã mulier probauit integritatem ſuam cõtra quendã uirum per aſpectũ clauſtri ſui, cũ teſtimonio ſex mulierũ, quæ eã inſpexerunt,& credebatur eis. Itẽ per famam probatur,ut iiij.q.iij. Item in criminali.uer.ſæpe.ſuprà eſt. Ad idem ext.de præſump.c.illud.ubi dicitur, quòd quædã mulier libera cum per x.annos ſcienter cuidã ſeruo cohabitauerat, nunc uult illũ dimittere, eò quòd teſtes deſpõſationis non cõparent: uir per inſtrumentũ quoddã ſuam eſſe eã uxorem probat: dicit Papa ꝙ ſi famã uicinæ habet, ꝙ uir ipſe tanquam uxorẽ eam habuit, cũ matrimoniũ ſit coniunctio maris & fœminæ, cogẽda eſt mulier, ut ei uiro affectione ſeruiat cõiugali. Ad idem ext.de teſti.c.præterea. Item per præſumptionem fit probatio. ſ.cũ quis corrumpit teſtes aduerſarij, præſumitur iniquã cauſam fouere, ut ext.de teſti.cog.peruenit.ubi ponitur talis caſus: Quidam accuſabatur de crimine ſimoniæ & adulterij,& illũ qui cõtra eũ debebat produci in teſtẽ, fecit iurare ne cõtra eũ teſtificaretur. dicitur ꝙ ſi ita eſt, procedatur contra eum quaſi teſtis eſſet productus, & cogatur teſtis ſcelus detegere, quia tam ille qui ſurripit inſtrumenta, quàm ille qui partẽ aduocationis, teſtes ſcilicet, corrumpit, oſtendit à ſe iniquam litem foueri, ut ext. de teſtibus, c. intimauit.& iij.q. vij. §.tertia. Vel quia frequenter inuenitur ſolus cum ſola, nudus

Probatio ex aſpectu.

Per præſumptionem.

dus cũ nuda, loco ſuſpecto & perſonis exiſtentibus ſuſpectis, præſumitur quòd fornicati ſint, ut ext. de præſumpt. c. literis. ubi ponitur talis caſus: Quidã uolẽs ab uxore ſeparari, accuſabat eã de adulterio: teſtes quos produxit, proponebãt dicentes, quòd poſtquã mulier cũ prædicto uiro cõtraxit, cõſanguineũ uiri ſolũ cũ ſola, nudũ cũ nuda, in eodẽ lecto iacentẽ uiderũt: ea intẽtione, ut credebãt, ut eam cognoſceret, & in multis locis, & latebris, & horis, ad hoc commodis, & electis, pręſentibus hoc eis cõtigiſſe dixerũt, & publica fama conſentiebat, quòd poſtquã cõtraxerunt carnaliter ſe cõmiſcuerunt, & hoc idem ore proprio ſunt confeſsi. dicitur in Decreta. quòd propter confeſsionem & manifeſtam ſuſpicionem, poterit inter eos diuortium, fama dictãte, celebrari. Ad idẽ ext. de præſump. per totum. & xxxij. q. j. c. dixit Dominus in Euangelio. ubi dicitur in fine: Vbicunq; igitur fornicatio eſt, uel fornicationis ſuſpicio, ibi libere uxor dimittatur: & quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti uxori, & ob ſecundam copulam nuptialem, ueteri copulæ crimen imponeret, ſic priorẽ dimittere iubetur uxorẽ, ut prima uiuente, ſecũdã non habeat. Item per iuramenti dilationem factam aperte parti fit probatio, ut ff. de iureiurando. l. ij. Iuſiurandũ ſpeciẽ trãſactionis cõtinet, & maiorẽ habet autoritatẽ, quàm res iudicata. Et fit ꝓbatio, quãdo defertur iuramẽtũ ab ipſo iudice alicui parti litigantiũ, puta, ꝙ ſemipleue probauit: tunc delatũ parti iuramẽtũ cedit loco probationis, ut C. de rebus cre. & iureiur. l. in bonæ fidei cõtractibus, nec nõ & in cęteris aliis cauſis, inopia probationũ iureiurando cauſa cognita, res decidi oportet. Ad idẽ ext. de probat. c. ſicut cõſuetudo. Ad hoc facit Decret. no. ext. de iureiur. iuramẽtũ à te parti delatũ, niſi iuſta de cauſa nõ potuit recuſari, quãuis quod in iudicio à parte parti defertur, recuſari poſsit licite, ac referri. Ad idẽ ext. de ꝓcur. ex inſinuatione. ubi dicitur, quòd creditur cuidã Archidiaconi iurãti, & uni teſti, quòd inhibuit cuidã Clerico, ne uteretur literis procurationis ſibi datis. Per teſtes & inſtrumẽta probatur, ut ex. de teſtibus. ꝑ totũ. & hoc plenius dicemus in proximis ſequẽtibus ti. Et nota, ꝙ hæ duę ſpecies probationũ magis dicũtur probationes, quàm cæteræ præcedẽtes. In ſumma notandũ eſt, quòd uera probatio elidit præſumptionẽ, ut ext. de renun. c. ſuper hoc. ſuprà e. ff. quod me. cauſa. l. nõ eſt uerisimile cõpulſum in urbẽ, inique indebitũ ſoluiſſe eũ, q clarã dignitatẽ ſe habere prætẽdebat, cũ potuit auxiliũ publicũ inuocare,

Nota, & reuera Paulino dogmati hæc conueniunt.

Probatio Per delationem iuramenti.

Probatio per teſtes & inſtrumenta.

care,& adire aliqua poteſtate prædituum, qui utiq; hoc ei pati ꝓhibuiſſet, ſed huiuſmodi præſumptioni debet apertiſsimas uiolétiæ probationes opponere.Hæc de probatione facti locum habet, ꝓbatio aũt iuris p Leges & Canones fieri debet. Interdũ etiã arguméta,ſicut in tit.de alle.Deo dante dicemus.

De teſtibus,& primo qui poſsint eſſe teſtes,& qui non.

Validior eſt uox uiua q̃ mortua.

TRACTAVIMVS ſuprà de probationibus in genere.Nũc per ſpecies uideamus, & primò de teſtibus : quia ualidior eſt uox uiua q̃ mortua, ut in Autẽ.de fide inſtr. §.ſi.uerò. coll.vj. prope princi. Vbi dicitur,Si uerò aliquid tale cõtigerit,quale in Armenia factũ eſt,ad aliud quidẽ faciebat collatio literarum,ad aliud uero teſtimonia:tũc nos quidẽ æſtimabimus ea, quæ à uoce uiua dicuntur,& cũ iureiurando,hæc digniora fide,quàm ſcripturã ipſam ſecundum ſe ſubſiſtere.Veruntamen hoc iudicantis,utri potius credat,religioni committimus.Ad idẽ ext.de teſti.c.cũ à nobis.ubi dicitur,Ciuilia iura & Canonica ſequẽtes, diſtrictius inhibemus, ne unius iudicis quãtæcũq; fuerit autoritatis,uerbo credatur in cauſis,ſiue ſuper teſtamẽtis,ſiue ſuper quibuſlibet aliis articulis,uel cõtractibus, quoquo modo agitetur. Nec ſcripturæ eorũ niſi teſtiũ adminiculo fulciãtur,eã obtineãt firmitatẽ,quin poſsint eis & debeãt,duorũ uel triũ teſtium bonorũ teſtimonia præualere,ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis autoritate. Sed quoniam plures cauſæ per teſtes q̃ per alias probationes terminãtur, & maior cõtentio ſuper dictis teſtiũ, quàm ſuper cæteris probationibus ſæpiſsime oritur:ideo pleniſsime de teſtibus ſubiiciamus, per plures titulos tractatũ teſtiũ diuidẽtes; propter eius prolixitatẽ. Vnde uidendum primò, qui poſsint eſſe teſtes, & qui nõ.Teſtes poſſunt eſſe omnes qui nõ ꝓhibẽtur, quia edictum de teſtibus ꝓhibitoriũ eſt,ſicut edictũ de prohib.omnes enim qui nõ prohibẽtur,admitti poſſunt, ut ff.de teſti.l.j.ubi dicitur,Adhiberi poſſunt teſtes non ſolũ in criminalibus cauſis,ſed & in pecuniarijs litibus ij,quibus nõ interdicitur teſtimoniũ,nec ulla lege ꝓhibẽtur à teſtimonio.Prohibẽtur ſerui, ut iiij.q.iij.itẽ in criminali.ubi dicitur, Liberi teſtes ad cauſas poſtulẽtur,ſi ſocij & ꝑticipes criminis nõ dicãtur.Quãdoq; tamẽ creditur eis,id eſt ſeruis,ſecundũ Canones, cũ alijs ꝑſumptionib⁹ in qbuſdã caſib⁹,ut iiij.q.iij.itẽ in criminali.uerſ.Serui reſpõſo credẽdũ eſt, cũ alia ꝓbatio ad eruendã ueritatẽ nõ eſt,

Edictum de teſtibus eſt prohibitorium.

Qui prohibeãtur.

eſt,& uerberib. recipi debet, ut ibi dicitur, ſi res exigit, &c. Si autē ea cōditio rei ſit ut harenariũ teſtem uel ſimilem perſonã admittere cogatur, ſine tormētis teſtimonio eius nō creditur, tamē cōtra dominũ ſuũ recipi non debet, nec pro domino, ut iiij.q.iij. Itē in criminali. §. Serui nec pro domino, nec aduerſus dominũ, ſed pro facto ſuo interrogari poſſunt. Si autē obiicia tur ſeruilis cōditio teſtibus, cum inducuntur ad teſtimoniũ, & ipſe ſe dicit liberum à natiuitate, recipi debet eius teſtimoniũ, & in ſcriptis redigi, ſeruata quæſtione ſtatus, in tēpus diſputa tionis, & tunc ſi probatum ſit ꝙ ſit ſeruus, reprobetur eius te ſtimoniũ. Si uero dicit quòd aliquãdo fuit ſeruus, ſed nũc di cit ſe liberum, nō debet recipi eius teſtimoniũ, niſi prius mō ſtretur inſtrumētis libertatis. Si dicat nō habere copiã inſtru menti, recipitur eius teſtimonium, & in ſcriptis redigitur, ſed nō utetur eo, qui eũ induxit, niſi probet eius libertatē, ut C. de teſtibus.l.ſi teſtis productus. ubi dicitur, Si dicatur ſeruilis cōditionis eſſe, & ipſe ſe liberum eſſe affirmet, ſiquidē ex na tiuitate eius teſtimoniũ appleatur, ut ſi habita diſputatione ſeruũ eſſe apparuerit, reſpuatur eius teſtimoniũ. Si uerò libet tũ eſſe dixerit, prius per inſtrumenta cōſtet quàm teſtetur, ni ſi iurauerit alias probationes habere ſe, quo facto quidē teſti monium notetur, ſed ſi inſtrumentum nō attulerit, reſpuatur. Prohibetur autē mulier in cauſis criminalibus, & in teſtamen to, ut xxxiij.q.v. mulierē conſtat dominio uiri eſſe ſubiectã, et nullam autoritatē habere, nec docere poteſt, nec fidem facere, nec teſtis eſſe, nec iudicare. cōtrarium habes ext. de teſtibus.c. quoniã.& c.tam literis.& xv.q.iij.c.ex eo.ff.de teſta.qui teſti monio. §. mulier. In aliis autē caſibus ſeu pecuniariis, ſeu ſpiri tualibus, ſiue matrimonialib⁹, ſiue aliis quibuſcũq; cauſis, mu lieres poſſunt ferre teſtimoniũ, ut in proximis allegationib. cō tinetur. Prohibetur minor xiiij. annis in omni cauſa generali ter, ut iiij.q.iij.c.j. teſtes quoq; ad teſtimonia nō eſſe admitten dos cēſem⁹, qui nec ad accuſationē admitti iuſſi ſunt, uel etiã quos ipſe accuſator de domo ſua ꝑduxit ante xiiij. ætatis ſuæ annũ. Attamē factus pubes poteſt ferre teſtimoniũ de eo quod uidit in pupillari ætate. Idē dicēdũ eſt de ſeruo facto liberto, quoniã poteſt ferre teſtimoniũ de iis, quę uidit in tēpore ſerui tutis, ut ff. de uerb. ſig.l. notionē. §. inſtrumentorũ appellatio ne quæ cōprehendãtur, ꝑ quã difficile erit ſeparare. quę enim propriè ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, inde dignoſcimus, ſi in præſentiam perſonæ, quæ inſtruere poſſit,

Mulier.

Minor.

dilatio petatur, puta eius, qui actũ geſsit, licet in ſeruitute, uel q actor fuit cõſtitutus, putẽ uideri inſtrumẽtorũ nomine, uel cauſa, peti dilationẽ. Ad idem xxxvij. diſt. c. relatũ. ubi dicitur, Cũ enim ex diuinis ſcripturis integrã quis & firmam ueritatis ſciẽtiã acceperit, abſurdũ nõ erit, ſi aliquid ex eruditione cõmuni, aut liberalibus ſtudiis, quæ forte in pueritia attigit, ad aſſertionẽ ueri dogmatis cõferat, ita tamen, ut ubi uaria didicit, falſa & ſimulata declinet. Prohibetur ferre teſtimoniũ indiſcretus, id eſt mẽte captus, ſicut repellitur ab officio iudicãdi ſiue poſtulãdi, ut iij. q. vij. §. tria. ff. de poſtu. l. j. ſuprà eſt de of. iud. ord. Prohibẽtur infames & repellũtur à teſtimonio, ut ext. de teſti. c. ex parte. ubi talis ponitur caſus: Quidã laicus impetrauit literas cõtra quendã capellanũ, ut ſi cõſtaret eũ eſſe filiũ ſacerdotis, uel fornicatorẽ, auferretur ei eccleſia: laicus eo abſente produxit teſtes infames, per quos probauit intentionẽ ſuã: ſentẽtia fuit lata cõtra presbyterũ: cõqueſtus fuit preſbyter Domino Papæ: dicit Papa, quòd ſi teſtes nõ fuerãt idonei, reſtituatur ei eccleſia, & caſſetur ſentẽtia cõtra eũ lata. In exceptis tamẽ criminibus uel caſibus poſsũt admitti infames ad teſtimonium, ut in ſimonia & ſimilibus, ſed non ſine tormentis, ut iiij. q. iij. c. ſi autem. & ext. de ſimonia. c. licet Heli. Et pauperes prohibẽtur à teſtimonio tã iure poli quàm iure fori, ut ij. q. j. c. in primis. ubi dicitur, quòd queri debet de teſt. & accuſatoribus, cuius cõditionis ſint, & cuius opinionis, & an ſint inopes. & c. prohibentur. ubi dicitur, Prohibentur illi à teſtimonio, qui habẽt minus quàm quinquaginta aureos, niſi ſuã proſequãtur iniuriã, uel mortẽ propinquorũ defendãt, ut in Autẽ. de teſti. *Et nota, quòd quidã dicũt obtinere hoc in criminalibus cauſis tãtũ: & generaliter de quibuſlibet pauperibus, qui minus q̃ L. aureos habent. Mihi uidetur hoc dictũ eſſe de iis pauperibus tãtũ, qui obtẽtu pecuniæ præſumũtur ſupprimere ueritatẽ: quoniã ſi teſtis ſit honeſtus, ita q nulla præſumptio ſit cõtra eũ, ut pro pecunia mẽtiatur, licet pauper ſit, nõ eſt repellẽdus à teſtimonio, ut ext. de teſt. c. ſi quis teſtiũ. ubi aperte probatur, quòd paupertate depreſsi in teſtimoniũ admittãtur. Alioquin oporteret dici, multos ſanctos uiros, religioſos, & etiã Apoſtolos, à teſtimonio repellẽdos, q pauperes sũt nihil habẽtes. Prohibẽtur laici cõtra clericos ferre teſtimoniũ ut ext. de teſtibus. quod uerũ eſt in cauſa criminali, ut ext. de teſti. de cæter. ſuprà eſt ij. q. v. j. laici. & c. laicos. ubi dicitur quòd clerici oppido infeſti ſunt laicis. & c. q. per totũ. Sed ubi ciuiliter

Indiſcretus.

Infamis.

Infames admittũtur in criminibus exceptis.

Vide elegantiſ. legẽ ad hũc locũ. ff. de tut. et cur. datis ab his &c. l. ſcire oportet. §. penultimo.

Et quidem ob hanc cauſã nõ creditur eis in Romana eccle.

Laici contra clericos.

ter agitur, audiuntur, ſicut dictũ eſt, ſuprà de iud. §. criminũ. Si autem cauſa ciuilis agitur, contra clericum bene etiam admittuntur laici ad teſtimonium, ut ext. de teſti. c. tam ex literis. Similiter clerici cõtra laicos in accuſatione ferre teſtimonium non poſſunt, ut ij. q. vij. ſicut ſacerdotes. Prohibentur etiam infideles contra fideles teſtimonium ferre, ut ext. de teſt. c. licet uniuerſis. ubi dicitur, quòd infideles non admittuntur contra Chriſtianos in teſtimonium. Prædicta uerò genera prohibitionum compræhendere potes his uerſibus:

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires.
Et conſanguinei, pariterq; domeſtica turba,
Et clerus laicos ſubterfugit & uice uerſa.

Item prohibentur omnes criminoſi, ſiue cõuicti fuerint de aliquo crimine, ſiue non, dummodo inde cõuincãtur, in modum exceptionis oppoſito crimine, & probato, ut ext. de teſt. c. ſup eo. & c. teſtimoniũ. ubi dicitur, Sup eo qđ queſiuiſtis à nobis, utrũ teſtes illi ſint repbandi à nobis in cauſa criminali uel ciuili, quibus ab aduerſa parte crimina opponũtur: Reſpõdemus quòd etſi aliter nõ fuerint cõuicti, uel cõfeſsi ſuper criminibus illis, dũmodo inde cõuincãtur, ad teſtimoniũ nõ debẽt admitti. In c. teſtimonium. dicitur, quòd ille qui crimẽ obiicit teſti, audiendus eſt, & crimen poterit ciuiliter probare: quo probato, nõ eſt audiendus aliquatenus, ſed propter hoc non debet puniri. ar. ext. de except. c. deniq;. & ext. de ord. cog. c. cũ dilectus. in fi. & ff. de iis qui no. infa. l. Lucius. & hoc locũ habet in omni cauſa ſecundũ canones, præterquam in criminibus exceptis. ext. de Simonia. c. licet Heli. & c. per tuas. uer. fi. ubi dicitur quòd in criminibus exceptis omnes criminoſi admittuntur in teſtimonium, preterquam conſpiratores, & capitales inimici, & præter illos qui non zelo iuſtitiæ, ſed de malignitate procedũt. Et quòd criminoſi & de crimine accuſati non debent admitti ad teſtificandũ niſi in exceptis criminibus, dicit Decret. noua. ext. de teſti. c. fin. ubi dicitur, Non debet quis in criminibus, niſi forſan in exceptis, ad teſtificandũ admitti, pendente accuſatione de crimine contra ipſum, cum etiam accuſati niſi prius ſe probauerint innocentes, ab accuſatione ac ſuſpicione ordinis repellãtur. Quæ autẽ ſunt crimina excepta, & quid iuris ſit cũ de iis agitur plene notauimus ſuprà ti. de criminibus. Et omnes criminoſi idcirco repellũtur à teſtimonio, quia ſunt infames infamia canonica. ut vj. q. j. c. illi q ea perpetrant pec- *Omnes criminoſi.*

cata, de quibus ait Apoſtolus, Quoniã q talia agũt, regnũ dei nõ cõſequẽtur. & ualde ſunt cauẽdi, & ad emendationẽ ſui, ſi noluerint, cõpellendi: quia infamiæ canonicæ maculis ſunt aſperſi, & in baratrũ dilabũtur, niſi eis autoritate ſacerdotali ſit ſubuentũ. Similiter illi, de quibus Apoſtolus ait, Cũ huiuſmo di &c. id eſt, anathematizatis, nec cibũ ſume, qa infamia ſunt notati, anteq̃ ſacerdotali autoritate ſanẽtur, & in gremio ſanctæ matris eccleſię reintegrẽtur, qa qui extra nos ſunt, nobiſcũ nõ poſſunt cõmunicare. Itẽ prohibetur quis ferre teſtimoniũ in propria cauſa, ut iiij. q. iij. itẽ in crimina. uerſ. nullus. ubi d. Nullus in re ſua idoneus teſtis intelligitur. Itẽ in cauſa ſuæ uniuerſitatis bene admittitur qlibet, ut xiiij. q. ij. ſuper prudẽtia. & ext. de teſti. c. cũ nuntius. ubi d. Preterea nõ lateat prudẽtiã tuam, quòd prædicti canonici nõ ſunt à teſtimonio ſuper negotio ſuę eccleſiæ repellẽdi, niſi alia rationabilis cauſa impediat. Ad idẽ ext. c. t. c. inſuper etiã autoritate noſtra ſtatuimus, ut liceat uobis in cauſa eccleſiæ ueſtræ teſtimoniũ ferre, ita q̃ unus uel duo ex uobis ad agendũ & reſpõdendũ inſtituãtur, quorũ teſtimonia in quibus actores uel reſpõſales ſunt inſtituti, nõ debẽt admitti. Ad idẽ ext. de teſt. c. ueniẽs, ſecundo loco. & c. tuis ꝓhibẽtur iudices, & aduocati, & executores ferre teſtimoniũ, in cauſa quã tractant, ut ij. q. vj. c. ſtatutũ eſt, ut qui in eccleſia quãlibet cauſã, iure Apoſtolico eccleſiis impoſito, agere uoluerit, & forſan deciſio clericorũ uni parti diſplicuerit, non licere clericũ in iudiciũ aduocari, q̃ p̃ſes aut cognitor fuerit, & hic nulla ad teſtimoniũ dandũ pulſetur eccleſiaſtica poteſtate. Ad idẽ iiij. q. iij. itẽ in criminali. uerſ. teſtes quos quis de domo ſua produxit, interrogari nõ placuit. Patroni quoq;, & qui patrociniũ præſtãt in cauſa teſtimoniũ nõ dicat, quod & in executoribus obſeruãdum eſt. Itẽ prohibẽtur liberi ferre teſtimoniũ ꝓ parẽtib⁹, & cõtrà, ut iiij. q. iij. ubi dicitur, Teſtis idoneus pater filio, aut filius patri nõ eſt. Ad idẽ c. q. & ead. cauſa. c. parẽtes. ubi dicitur, Parẽtes & liberi ad inuicẽ aduerſus ſe nec uolẽtes, ad teſtimoniũ admittẽdi ſunt. Nota tamen, quòd in tribus caſibus pater poteſt eſſe teſtis filio. Primus eſt, qa pater poteſt eſſe teſtis in teſtimonio filij ſui teſtãtis de caſtrẽſi peculio, ut ff. de teſta. l. q teſtamẽto. §. j. Secũdus caſus eſt ad ꝓbãdum genus uel ætatẽ, ut ext. qui fi. ſint le. c. trãſmiſſe. ubi dicitur, Quidã nutriebat quendã puerũ, quẽ dicebat eſſe ſpurium ſuũ, nõ legitimũ: proceſſu tẽporis duxit quãdã mulierẽ in matrimoniũ, & ex ea ſuſcepit liberos, quibus uolẽtibus adire hęredit

In propria cauſa quis teſtimonium ferre prohibetur.

In cauſa ſuæ uniuerſitatis.

Item iudex aduocatus &c.

Liberi pro parentibus et cõtrà.

In tribus caſibus parẽtes in liberorũ cauſis admittuntur.

reditatē:ille puer dixit ſe hæredē eſſe,& cū eis debere partiri: quæritur quomodo poſsit probari illud. Reſpōſum eſt, ꝙ credēdū eſſet uerbo uiri & mulieris, qa mulier idē dicebat quod uir. Ad idem ff. de pro.l. etiā matris profeſsio in cauſa filiorū recipitur:ſed & aui recipiēdū eſt teſtimonium.ſ. ut iudex melius inueſtiget ueritatē, quia nō recipitur teſtis. Tertius caſus eſt in cauſis matrimonialibus, ut xxxv.q.vj.c.cōſanguineos extraneorū nullus accuſet, uel cōſanguinitatē in ſynodo computet, niſi propinq, ad quorū notitiā pertinet, id eſt, pater & mater, frater & ſoror, patruus & auunculus, & matertera, & eorū procreatio, &c. Si autē progenies tota defecerit, ab antiquioribus, quibus eadē propinquitas nota ſit, Epiſcopus canonicè perquirat, & ſi inuēta fuerit propinquitas, ſeparētur. Ad idem ext. qui ma.ac.poſ.c. uidetur nobis. ubi dicitur, Parētes & fratres, & cognati utriuſq; ſexus, in teſtificationē filij, & filiæ ad matrimoniū cōiungēdū, uel dirimendū, ſunt admittēdi, quia melius ſciūt genealogiā ſuā, quàm alij. Ad idē ext. de teſtib. c. inſuper ij. loco. Itē prohibētur à teſtimonio familiares & domeſtici, & quib⁹ imperari poteſt ratione dominicæ, uel patriç poteſtatis, ut iij.q.iij.c.j. ſuprà eſt. Ad idē.c. idonei. ubi dicitur, Nō uidētur teſtes, quibus imperari poteſt ut teſtes fiāt. Ad idē c.cauſa.q.c.c. in criminali. §. ſerui. ubi dicitur, Nec per duo nec aduerſus dominū, ſed ꝓ facto ſuo interrogari poſsūt. Prohibētur ſuſpecti & inimici cōtra inimicū ſuū teſtimoniū dicere, ut iij.q.v.c.acc.j. loco, ubi d. Accuſatores & teſtes eſſe nō poſsūt, q ante heſternū diē uel nudi⁹ tertius inimici fuerūt, ne irati nocere cupiāt. inoffenſus igitur accuſatorū & teſtiū affectus quęrēdus eſt, & non ſuſpectus. Sed hoc fiat cū diſtinctione, quia capitales inimici, & conſpiratores in nullo caſu ſunt audiēdi, ut ext. de ſimo.c. licet. & c. per tuas. ſuprà ſunt. Hoc tamē nota, quòd inimici propter litem criminalem ante finem cauſæ, inter eos agitandę, nō ſunt recipiendi, ſed in lite pecuniario inimici poſſunt admitti ad teſtimonium, ſed uſq; ad tempus diſputationis reſeruatur, quanta ſit eis fides adhibenda, C. de teſti. in Auten. ſi dicatur. Prohibetur aliquis à teſtimonio quandoq; per legē. ſ. ſi ſit ſeruus, uel excōmunicatus per iudicem, uel ſuſpectus. Item quandoq; iudex repellit effrenatam multitudinem teſtium ſtatuendo terminum uſq; ad quem producātur, ut ext. de teſti.c. cauſam iij. ubi dicitur, quòd iudex nō debet permittere, ut quadragenarius numerus teſtiū excedatur. ad idem & extrà de reſcriptis.c. ſedes. & ff. de teſti.l.j. in fin.

Familiares & domeſtici.

Suſpecti et inimici.

Effrenata teſtium multitudo coërcenda.

De numero teſtium in qualibet cauſa.

VIDIMVS qui ſint admittendi & qui nõ: ſubſequẽter ui deamus quot teſtes in qualibet cauſa ſufficiãt. Regulare eſt ꝙ in qualibet cauſa duo ſufficiant, hoc expreſsè legitur in l. & canone, licet plures in aliqua cauſa ſint neceſſarij, ut iiij.q.iij. c.itẽ in criminali. §.ubi numerus.& ext.de teſti.c.licet.ubi dicitur, quòd in ore duorũ uel triũ teſtiũ ſtat omne uerbum.ext. de teſti.c.in omni negotio.Ad idem ff.de teſtibus.ubi dicitur, ꝙ ubi numerus teſtium nõ adiicitur, ibi duo ſufficiũt:pluralis enim locutio duorũ numero eſt cõtenta. In quibuſdã uerò caſibus plures teſtes exigũtur:primus eſt ubicũq; clericus ratione eccleſiæ accuſatur, ut ij.q.v.c. Præſul nõ dãnetur, niſi cum lxxij.teſtibus, presbyter aut Cardinalis urbis Romanæ, niſi cũ lxiiij.Diaconus uero Cardi.niſi cũ xxvij.ſubdiaconus, exorciſta, lector & oſtiarius non niſi cum vij.teſtib.condemnabitur. Teſtes autẽ & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.Ad idẽ in c. nullam cõdemnationem.ubi idẽ d.Itẽ in codicillis & ultimis uoluntatibus v.teſtes ſunt neceſſarij, ut C.de codicill.l.fi.Item qui uult probare ſolutionẽ debiti in ſcripto cõtenti, v. teſtes neceſſarij ſunt, ut C.de teſti.l.teſtiũ facilitatẽ, per quos multa ueritati contraria perpetrantur, prout poſsibile eſt, reſecãtes, omnib.ꝑdicimus, qui in ſcriptis à ſe debita retulerint, ꝙ nõ facile audiẽtur, ſi dicãt omnis debiti uel partis ſolutionem ſine ſcriptis feciſſe, uel intq; uiles & forte redẽptos teſtes ſuper huiuſmodi ſolutione producere, niſi v.teſtes idonei, & ſummæ & integræ opinionis præſto fuerint, ſolutioni celebratæ: ij, quoq; cũ ſacramẽti religione depoſuerint, ſub præſentia ſua eſſe debitũ ſolutum, ut ſcientes omnes ita eſſe ſtatutũ non aliter debitum, uel eius partem ſoluant, niſi uel ſecuritatẽ in ſcriptis capiãt, uel obſeruẽt præfatã teſtiũ probationẽ, iis ſi qui iam ſine ſcriptis debitũ uel partẽ eius ſoluerũt, preſenti à ſanctione excipiendis.Si uerò facta per ſcripturã ſecuritas, ſit fortuito caſu, uel incendij, uel naufragij, uel alterius infortunij perempta, tunc liceat iis, qui hoc perpeſsi ſunt, cauſam peremptionis probãtibus, etiã debiti ſolutionẽ per teſtes probare, damnũq; ex amiſsione inſtrumẽti effugere. Itẽ in donatione cauſa mortis factæ v.exigũtur, ut C.de donat.cauſa mor.l.fin. ubi dicitur, Sancimus omnes mortis cauſa donationes, ſeu iuxta mortem facientis fuerint celebratæ, ſeu à longiore mortis cognitione ſubſecutæ ſint, actis minime indigere: nec expe-

Regulariter duo teſtes ſufficiunt.

In quibus caſibus plures teſtes exigantur.

Si Põtifex aut Cardinalis accuſetur.

In codicillis.

Alius caſus.

In donatione cauſa mortis.

ctare publicarũ perſonarũ pręſentiã,& ea quæ ſuper huiuſmo di munimentis ſolent adhiberi. Sed ita res procedat, ut ſi v. teſtib. præſentibus, uel in ſcriptis, uel ſine literarũ appoſitione, aliquis uoluerit cauſa mortis donationẽ facere, & ſine inſtrumentorũ acceſsione res geſta maneat firmitate uallata, & nullam accipiant calumniã, neq; propter hoc, ꝙ geſta nõ acceſſiſſet, inefficax atq; inutilis iudicetur:& omnes effectus ſortiãtur, quos ultimę uoluntates, neq; ex quacunq; parte abſimiles ei uideantur. Itẽ in teſtamẽtis ordinãdis vij. teſtes ſunt neceſſarij, nec aliter ualet, ut C. de teſta. l. hac cõſultiſsima. C. de co di. l. ulti. Sed credo quòd hoc nõ habet locum ſecũdum Canones, & ſecũdum Euangelicũ uerbũ, dicens, In ore duorum uel triũ teſtiũ ſtat omne uerbũ. & ext. de teſt. c. cũ eſſes. & c. relatũ. ubi fit mentio de legibus. Et dicitur ibi, ꝙ quãdo teſtamentũ eſt factũ corã presbytero, uel aliis duobus uiris idoneis, ratũ eſt & firmũ, & excõmunicatur in illo c. cũ eſſes. qui uenit contra tale teſtamẽtum. Nota quòd dictum unius teſtis cum alijs adminiculis facit fidem, ut ext. de ſuc. ab inteſt. cum dil. Itẽ nota famã plus ualere, q̃ teſtimoniũ unius, ut ext. de conſang. & aff. c. ſuper eo. ibi enim prohibetur matrimoniũ cõtrahi propter famã, nõ propter teſtimoniũ unius. & ext. de ſpon. c. præterea. Itẽ nota, quòd licet plures teſtes q̃ duo in aliquib. cauſis exigãtur, ut ſuprà dictũ eſt in c. præterea. nulla tamẽ cauſa eſt, quæ unius teſtimonio quamuis legitimo ualeat terminari, ut ext. de teſti. c. licet. in fi. ubi dicitur, Licet plures ſint cauſæ, q̃ plures, q̃ duo, exigũt teſtes, nulla tamẽ cauſa eſt, quæ unius teſtimonio ualeat terminari, quãuis legitimo. Excipiuntur duo caſus, in quib. creditur teſtimonio unius. Primus eſt in baptiſmo. ut de con. di. iiij. c. placuit. & c. ſequẽti. Secũdus in cõſecratione eccleſiæ. Et nota ꝙ hæc uera ſunt, cũ q̃ſtio mouetur in foro iudicij, et extra iudiciũ, uni tamẽ teſti creditur, ut lxxxvj. di. c. tãta. ubi dicitur, quòd quidã Epiſcopus antequã miſſam celebraret, deſtruxit meſſem cuiuſdã & exarauit. poſtea celebrauit miſſam. poſt miſſam eradicauit eius poſſeſsionis terminos. cũ ille, qui paſſus fuit dãnum, ad Papã deferret clamorẽ, Dominus Papa ſcripſit ſuper iis omnib. cuidã Abbati, ut grauiter corriperet Epiſcopum: ſed tamẽ ſenectuti ſuæ parceret. ad idẽ viij. q. iij. c. talia. Et nota ꝙ in omni cauſa, & ſi nõ rogetur teſtis, ei⁹ ualet teſtimoniũ, ut iiij. q. iij. c. in criminali. §. ad fidẽ. ubi dicitur, Ad fidẽ rei geſtæ faciendã etiã nõ rogatus teſtis intelligitur, niſi in teſtamẽtis: quoniã in illis nõ ualent teſtes,

Tăcretus ſolennitatẽ teſtium 7. in teſtamentis putat ſublatam.

Notabilia quædam.

Duo caſus in quib. unius teſtimonio creditur.

ſtes,niſi rogati,ut ff.de teſta.l.hæredes palã.§.in teſtamentis. ubi dicitur,In teſtamẽtis v.rogati teſtes eſſe debẽt, &c.Ad idẽ C.de teſtam.l.hac cõſultiſs.§.j.In cõfeſsione ſoluti debiti,in ſcriptis redacti, nõ ualet teſtis,niſi uocetur ad hoc,ut iij.q.ix. c.teſtes. §.ſi debitũ ſit ſcriptũ,& ꝓbatio ſolutionis à litigatorib.per teſtes ſine ſcriptura ꝓferatur:tũc ſuſceptibilẽ apud iudicem probationem eã eſſe uolumus,dum ad hoc ipſum teſtes aſſumãtur, ut perhibeant teſtimoniũ pro facienda ſolutione, aut pro memoria facta alicui,iam factæ ſolutionis, & pro cõfeſsione eius,qui accepit pecunias. Hæc autẽ teſtimonia inania ſunt,ſi ex tranſitu prohibita ſint,aut ab eo,qui propter aliquod aliud opus ueniẽs,audiuit aliquo dicẽte, ſe accepiſſe ab aliquo aurũ,aut debere alicui,nulla ratione cenſemus ualere. Item alij addũt unũ caſum, ſcilicet in diuortio,per legem illã ff.de diuor.nullã.ſed mihi nõ placet, unde nõ ſubſcribo legẽ.

Quando introducendi ſint teſtes.

QVANDO introducẽdi ſint teſtes,uideamus:& generaliter qdem obtinet tã de iure cõmuni, q̃ de cõſuetudine approbata,ut poſt lit.cõte.producãtur duntaxat:et ſi antequã lis cõteſtetur recepti fuerint,nõ ualet,ut ext.ut lit.nõ cõte.c.ad hoc Deus.& c.accedens. & c.quoniã frequenter.ubi dicitur,ꝙ regulariter eſt uerum ꝙ lit.nõ cõte.nõ proceditur ad diffinitiuã ſententiã,uel ad teſtium receptionẽ. Excipiuntur tamen quidam caſus,in quib.recipiuntur lit.nõ cõte.& ualent.alios etiã inuenies notatos à domino Azone infra titu.de dif. ſententia.

In quibus caſibus ante litis conteſta. teſtes recipiantur.

Primus caſus eſt,quando timetur de morte ipſorũ teſtiũ,quia ſunt infirmi uel ſenes.Secundus ſi timetur de abſentia diuturna eorũ,qui forte debent peregrinari.Tertius eſt ſi de electione alicuius cognoſcatur cõfirmanda uel caſſanda.Quartus eſt ſi agatur de matrimonio carnali,& is qui cõueniendus eſt,malitioſe ſe abſentet,quia cõtumax eſt. hos quatuor caſus inuenies ext.ut lit.nõ cõteſ.c.quoniã frequenter.Quintus caſus eſt in eadem Decr.cõtentus,ſi agatur in modum inquiſitionis de criminali cauſa. Sextus eſt cum publicãtur teſtes ad memoriã præteritorum cõſeruãdam,ut ext.de teſtib.c.ſignificauit.ubi ponitur talis caſus: Quidã presbyter quæſiuit à Papa,utrũ audiri poſſent teſtes,qui audierunt ꝙ quidã fundauerãt quãdam eccleſiã,& nihil iuris in ea ſibi reſeruauerũt,& hoc antequam lis moueretur de eccleſia,quia forte timebat de ſucceſſoribus. & reſpõdetur ꝙ ſic.Similem caſum habes ext. de teſta.c.Albe.

Ad perpetuam rei memoriam.

Septi

Septimus caſus eſt corã iudice appellationis, quia ibi poſſunt duci teſtes corã eo, lite nõ cõteſt. ut C. de temporibus app. l. ult. §. illud etiã. & ext. de proc. c. in noſtra, uerſus finẽ. Et etiã altera parte abſente proceditur in cauſa appellationis, ut ext. de in integrũ reſtit. c. ex literis. ultra mediũ, & ij. q. vj. c. ei quæ appellat. §. appellatore. & C. de temporib. app. l. ulti. Sed illud hodie dicit expreſse Decr. no. ext. de app. c. interpoſita. §. Sane ꝙ ſi aliquis fuerit paratus probare grauamẽ, propter quod appellauit, & aduerſarius cõtumaciter ſe abſentet, lit. non cõteſt. poteſt procedi. Reſpõſio Decr. eſt, quia cum principaliter iniquitas prioris iudicis arguatur, non eſt rigor iuris, ex quo poſſet ſequi cauſæ perplexitas, requirendus. Item octauus caſus eſt, quãdo reus actore abſente per contumaciã petit produ cere teſtes, lit. nõ cõteſt. ut C. quomodo & quãdo iud. Auten. qui ſemel. ſuprà eſt, tit. de citat. & ext. de dolo & cõtum. c. cauſam. ubi dicitur, Et ſi aduerſatius tuus legitime citatus nõ cõparuerit, uel iudici obedire noluerit, aut ſi malitioſe à patria ſe abſentauerit, procurator eius ſi quẽ habet, ad iudiciũ uocetur. Si autẽ nõ habet procuratorẽ, ad domũ eius mittantur denũtiationes, & cauſa, auditis teſtib. alterius partis, terminetur. Ad idẽ xvj. q. iij. c. placuit. §. hæc de præſcri. decemuij. uerſic. ſi. ubi dicitur, Is autẽ cuius res præſcribitur, ſi litem nõ poteſt cõ teſtari, uel propter aduerſarij abſentiã, uel infantiã, uel furoris laborẽ, cũ neminem tutorem, uel curatorẽ habeat, uel quia in magna poteſtate conſtitutus eſt, intra cõſtituta tẽpora præſidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniã deducat, & ſic tẽporis interruptionem faciat. Si autẽ præſidem adire nõ poterit, ſaltem ad Epiſcopũ loci, uel defenſorẽ ciuitatis eat, & ſuã manifeſtare in ſcriptis uoluntatẽ deproperet. Quòd ſi præſes, uel Epiſcopus, uel defenſor abfuerit, liceat ei publice proponere ubi domiciliũ habeat poſſeſſor, ſeu cũ tabulario rum ſubſcriptione, uel ſi ciuitas tabularios nõ habeat, cũ triũ teſtiũ ſubſcriptione. Et hoc ſufficiat ad omnẽ temporalem interruptionẽ ſiue triennij, ſiue longi temporis, ſiue xxx. anno rum, ſiue xl. Et ad hoc hodie facit Decr. no. ext. de app. c. ſi iuſtus metus. ubi dicitur, Quòd ſi aliquis propter metũ iuſtum appellare nõ poteſt, appellaſſe reputatur, dũmodo hoc fuerit proteſtatus corã iudice, à quo appellauerit: uel ſi ipſius copiã habere nequiuit, corã publicis perſonis cauſam appellationis duxerit exprimendam. Item nouus caſus eſt, cũ actor non poteſt agere propter iuramẽtum interpoſitum præcedens, quod cum

Corã iud. appellationis pro ducũtur teſtes lite non conteſtata.

Si abſens ſit per contumaciam.

eum impedit,ut ext.de iureiu.c.ad noſtrā.ubi dicitur,Duo ac ceperunt pecuniā à quodā ſub uſuris,iurantes uſurario ꝙ nec per ſe,nec per alios uſuras repeterent: nec apud ſeculare iudicem, uel eccleſiaſticum querimoniā deferrent.moriēte uſurario,dum teſtamentū conderet,præcepit hæredibus ſuis,ut omnibus qui poſſent ꝓbare ſe dediſſe ei uſuras,eis omnino reſtituerētur. Et cū ꝑdicti duo uiri eas ꝓpter iuramentū nō auderēt repetere,nec hęredes eis in aliquo uellēt ſatisfacere de uſuris:cōſultus fuit Papa ſuper hoc,& dicit,ꝙ ſub pœna excōmunicationis publice ꝓponatur,ut qui ſuper hoc nouerint ueritatē,procedāt ad teſtimoniū ꝑferendū, & ſi per teſtes uel per alia documenta ita eſſe cōſtiterit, hæredes uſuras reddere cōpellātur.Decimus caſus eſt,ubicūq; officio iudicis expeditur, C.ſi minor ſe ab hæreditate ſe abſti. Auten.ibi poſita.C.fin. regun.l.iij.ubi dicitur,Si quis ſuper iuris ſui locis prior de finibus detulerit querimoniā,quæ cū proprietatis cōtrouerſia cohæreat,prius ſuper poſſeſsione quæſtio finiatur,& tunc agrimēſor ire præcipiatur ad loca,ut patefacta ueritate, huiuſmodi litigiū terminetur. Quòd ſi altera pars ne huiuſmodi quæſtio terminetur, ſe abſentauerit, nihilominus agrimenſor in ipſis locis iuſsione rectoris prouinciæ, unà cū obſeruāte parte,hoc ipſum faciēs,perueniet.& ext.de ſpon.& matri.c.præterea ij.loco.ubi dicitur de muliere, quæ à uiro petitur, cuius cōſanguineus cū ea ſe deliquiſſe proponit, tamē hoc publice cōfiteri recuſat, propter potentiā & metū parētum mulieris. Reſpondet Papa, ut matrimoniū ipſum fieri, niſi iuramētum interueniſſet,ꝓhibeas,ne deterius inde cōtingat. Itē undecimus caſus eſt.ſ.cum cauſa ſpiritualis tractatur poſt mortē alicuius,ut xxiiij.q.ij.c.ſane ꝓfertur.ubi dicitur,Multi Epiſcopi congregati quędā de aduerſis cauſis ad eccleſiaſticū forū pertinentibus diſpoſuetūt,ſtatuētes de ipſis defunctis,qui facultates ſuas hæreticis relinquunt,ut ſic etiā poſt mortē uinculo excōmunicationis ſubiiciātur. Itē duodecimus caſus eſt,ubicunq; oſtēditur publicū cōmodum,ut in malo officiali,ut iij. q.ij.c.quia ea.ubi dicitur. Quia ea quæ de fraudibus Maximiliani flebiliter ad aures noſtras ſimplici relatione uenerūt, nō facile agnoſci ſecundū ueritatē potuerunt, niſi facultas eccleſiæ,quā in uſus ſuos male cōuertēdo diſperſit,ab eius poteſtate,donec cauſa cognoſcatur,ſeponatur. Idcirco nos eum ſupradictæ eccleſiæ patrocinio uolumus interim ſubmouere, & in ipſius diſcuſsionis tēpora, ueſtro moderamine detineri. Et eſt

Vbi officio iudicis expeditur.

Cū poſt mortē alicuius cauſa ſpiritualis executitur.

Vbicūq; oſtenditur publicū commodum.

Et eſt argumentũ, ꝙ quãdo aliquis excõmunicatur, ſtatim debet auferri ei res eccleſiaſtica. Sed cõtrà xvj.q.iiij.c.uolumus. ubi dicitur, quòd pẽdente cauſa poſſeſſor nõ debet amoueri à poſſeſsione. Ad idẽ xj.q.j.c.ult.ubi ponitur talis caſus. Re⁹ poſſidebat rem litigioſam: quæſitũ eſt à Gelaſio utrũ actor poſſit exigere pẽſiones lite pẽdente. Reſpõdit Gelaſius ꝙ nõ ante legitimæ cognitionis euentũ res apud reũ permaneat, donec appareat cui res poti⁹ per ſentẽtiã debeatur. Cõtra ij.q.vj. c.quoties. ubi ponitur talis caſus, Poſſeſſor rei immobilis ad reſtitutionẽ condẽnatus, appellauit: prçcipitur ut cauſa durãte, illius rei immobilis fructus ſequeſtrẽtur. Idẽ erit de pẽſione domus, & mãcipiorũ mercede, uel naulo nauis. Si uerò petitor appellet, hoc locũ non habet. Solutio hoc tenet, ubi agitur de fructibus & de ſuſpecto tutore. Et hoc idem dicũt iura noua de prælato eccleſiæ, qui ſuſpectus eſt de dilapidatione, quia pendẽte quæſtione, debet ei interdici poteſtas uendẽdi, donãdi, alienandi, uel quolibet alio modo, donec plenarie de cauſa cognoſcatur, ut ext.de accuſ.c.prælatorũ. Ad idẽ ext.de off.iud.deleg.c.uenerabilis. Tertiuſdecimus caſus eſt ſecundũ quoſdã, ubi agitur de ſtatu & libertate eccleſiæ, ut ext.de teſti.c.cum olim.ubi dicitur de quodã Archiepiſcopo qui litigabat cũ quodã Archidiacono, ſup ſtatu eccleſiæ ſuæ, ꝙ ſi Archiepiſcop⁹ legitime citatus ad locũ tutũ cõparere noluerit, per ſe uel per aliũ procuratorẽ idoneũ, nihilominus ſenes, ualetudinarij teſtes, quos Archidiaconus pro ſe induxerit, audiãtur, & eorũ depoſitiones ad ſedẽ Apoſt.deferãtur, ꝑfixo termino partibus perẽptorio, ita ꝙ per ſe uel per reſponſales idoneos Apoſtolicæ ſedis cõſpectui ſe repræſentẽt, ſententiã recepturæ. Et ita lit.non cõteſt.ꝓceditur ad ſententiã diffinitiuã. Attamen poſteri⁹ hoc poterit intelligi de ſentẽtia interlocutoria.

Quæſtio.

Et ita contrarietas in prædictis apparet.

Vbi de libertate Eccleſiæ agitur.

De teſtibus producendis.

PRODVCENDI ſunt teſtes de prouincia in Italiam, & ecõtra: & de ciuitate in ciuitatẽ, ſi iudex uiderit expedire: poteſt tamen, ſi uelit & expediat, uocare corã ſe teſtes, uel deſtinare literas ſuas ad iudices illius loci, ſub quibus degũt, ut recipiãt illos ſecundũ formã iuris, & dicta eorũ in ſcriptis redacta, & nulli partiũ ꝓdita ſub ſigillo ſuo mittãt incluſa, ei qui iudicaturus eſt. Et hæc locũ habent in cauſis pecuniariis. Et ꝙ iudices debẽt remittere atteſtationes ſub ſigillis ſuis fideliter ad iudicẽ, dicit Decre.ext.de teſt.c.cum clamor. Sed in criminalibus cauſis cogendi ſunt teſtes præciſe uenire ad iudicem, qui

Cõmiſſarij iudices.

In criminalibus teſtes ab ipſo iudice & nõ alio examinandi.

qui de cauſa cognoſcere debet, ut xxvj.q.vij.c.de ijs uerò.in fine,ubi dicitur,quòd confitentes debent eſſe præſentes corã presbytero,ut presbyter gemitus corũ audiat, & cæteras circunſtãtias.Similiter poteſt dici de teſtibus,ut iudex melius ſcire poſsit quãta fides teſtibus adhibenda ſit, ut ff.de teſtibus.l.iij.§.idẽ diuus Had.& in Aut.de teſti.§.quoniã uerò.& C.de fide inſtr.l.iudices ſiue in hac inclyta urbe, ſiue in prouinciis, ſecundũ quod diſpoſuimus,poſſunt,ſi hoc proſpexerint,occaſione teſtiũ in alijs locis degentiũ,litigantes uel procuratores corũ,qui litigãt,deſtinare, ut ibi depoſitionibus ſub utriuſq; partis præſentia factis,res ad eos referatur.Etiã hoc in illis ſeruare uolumus,qui prolatis inſtrumentis fidẽ adhibere exigũtur,ut ſi popoſcerint,in alijs locis idẽm facere permittãtur.Et ſi hoc iuſte iudex peti inuenerit, ſimili modo proferatur ſentẽtia:ut poſtquã in locis opportunis fides inſtrumẽto data fuerit,uel minus,referatur negotium ad priorẽ iudicẽ. Vel iudex poteſt mittere ad teſtes notariũ ſuum ut eos recipiat, ſi uiderit expedire,puta,quia teſtis eſt infirmus,uel pauper, ita ꝙ uenire non poteſt,ut ext.de teſti.c.ſi qui teſtiũ ualetudinarij ſunt, & ſeniores, uel debilitate affecti, uel paupertate oppreſsi, ut eos nõ poſsis ad tuã præſentiã adducere,ad ipſos recipiẽdos, perſonas idoneas & diſcretas mittas. Item ad egregias perſonas poteſt mitti nũcius,ut ff.de iudicij.l.ad perſonas egregias, & eas quæ ualetudine impediũtur, domum mitti oportet, uel ad eum,qui in honeſta militia eſt,ut C.de off.diuerſorum iud.l.nemo iudex.uel quia eſt Epiſcopus, in alia dignitate conſtitutus,ut xj.q.j.c teſtimoniũ.§.nec in honore.Item cũ teſtes repræſentantur iudici etiam ſumptibus illius introducẽdi ſunt qui eos induxit, ut iiij.q.iij.c.in crimi.§.uẽturis ad iudicium, aut per procuratorẽ, aut ab ijs à quibus fuerãt poſtulati,ſumptus cõpetentes miniſtrẽtur, etiã ſi in pecuniaria cauſa ab alterutra parte teſtes ſunt producẽdi.Item recipiẽdi ſunt utraq; parte præſente, nõ ut audiãt teſtimonia,ſed potius teſtiũ iuramenta, ut C.de teſti.l.ſi quando.nam aliter nõ poſſunt introduci,niſi perſona,contra quã produciũtur,ſit abſens per cõtumaciã,quia tunc ualet,ut ext.de teſti.c.in nomine domini.ubi dicitur,Quidã Epiſcopus accuſatus fuit:cõtra cũ fuerũt teſtes eo abſente recepti.Epiſcopus cõquerebatur domino Papæ,dicitur ibi,quòd uocari debet utraq; pars,& moneri à iudice, ut ueniat ad iudicẽ audire teſtes. Aliter nõ ualent,niſi pars,cõtra quã introduciũtur,ſit abſens per contumaciã,& tũc audiãtur, niſi

Inſtrumentorum editio alteri poteſt delegari.

Notarius mitti poteſt.

Ad egregias perſonas nuncij mittuntur.

Teſtes ſumptibus producentis inducũtur.

Vtraq; parte præſente recipiuntur.

niſi cauſa ineuitabilis eũ excuſet: & perindè eſt ac ſi præſens eſſet. Ad idẽ ij.q.j.c.in primis. Et nota, ꝙ ſecundũ leges etiam inuiti cogũtur ferre teſtimoniũ, & de hoc facit Decre.mẽtionem, ext.de teſti.c.ſup eo.in fi. Itẽ excipiũtur qdã ratione ſenectutis, ualetudinis, & inimicitiæ, abſentes cauſa Reip.& qui funguntur publicis officiis. Quidã autẽ ratione cõſanguinitatis, & affinitatis, ut liberti cõtra patronũ & ecõtra, de quibus habes iiij.q.iij.c.item in criminali.& hoc ſecundũ Leges. Sed ſecundũ Canones rectè eſt ꝙ monendi ſunt ab initio, non cogendi, ut ext.de teſti.c.cauſam. Et hoc quidẽ uerũ eſt, quando per illos nõ poteſt de ueritate liquere, ut ext.de teſti.c.ſup eo.& c.peruenit.ubi dicitur, quòd ſi opus fuerit, per cen.eccl.cõpellãtur. Cogũtur etiã, ſi iudici cõſtet ꝙ amore, uel odio, uel gratia, uel timore ſe ſubtrahãt, ut ext.de teſti.c.cauſam.& c.ſuper eo. Tacere enim ueritatẽ in præiudicium alterius, mortale peccatum eſt, ut ext. de crimine falſi.c.j.& xj.q.iij.c. quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis ueritatẽ occultat, iram dei ſuper ſe prouocat: quia magis timet hominẽ quàm deum. Et poſt pauca, Vterq; reus eſt, & qui ueritatẽ occultat, & qui mendaciũ dicit: quia ille prodeſſe nõ uult, & ille nocere deſiderat, unde ratione peccati poteſt cõpelli ab eccleſia, ut ext.de iud.c.nouit. Et dicit hodie Decre.no.quòd cõpellendi ſunt teſtes in ciuili cauſa ferre teſtimoniũ, non in criminali, ut ext.de teſti.cog.c.dilectorũ. Item nota, ꝙ tribus productionibus omnes teſtes ſunt producẽdi, & quælibet productio habebit unũ uel plures dies, ad arbitrium iudicis. Item quarta non cõceditur, niſi is qui petit quartã productionẽ iuret, quòd nec ipſe, nec aduocati ſui didicerint teſtificata, nec perſcrutati ſunt illa, nec ea ſubtraxerunt, nec per aliquẽ dolũ uel aliquã malitiã, quartam productionẽ petet, ut in Aut.de teſti. §.quia uerò.ſuprà eo.de dilat.& ext.de teſti.c.in cauſis.ext.eo.tit.c.ſignificauerunt. Et ad hoc melius facit Decret.no.de teſti.c.ultra etiam.

Et inuiti producuntur.

Secundum Canones, monendi ſunt teſtes.

Tacere ueritatem in alterius præiudiciũ peccatum mortale eſt.

Tres productiones regulæ conceduntur.

Quarta productio.

De iuramento teſtium, & quomodo interrogentur.

TALE iuramentum debent præſtare teſtes generaliter, ꝙ ipſi dicent iudici ueritatem, uel alij, cui cõmiſerit inquirendũ de quæſtione, ſuper qua inducũtur, uſq; ad finẽ litis, quoties interrogabũtur, & nullam falſitatem imponent, & pro utraq; parte ueritatẽ dicẽt. Et ꝙ nec pretio, nec amicitia, nec pro priuato cõmodo, ſeu odio, quod inde habuerint, uel habent, uel habituri ſint, ad teſtimonium dandum accedãt. Et hæc forma

Forma iuramenti.

per

per hæc iura probatur, ext. de teſtibus. c. quoties. circa mediũ, ubi dicitur, quòd teſtes iurare debẽt ſe non priuato odio, uel amicitia, nec pro aliquo cõmodo, quod inde habuerũt, uel habent, uel habituri ſint, ad iurandum inductos. Ad idẽ iij. ix. c. hortamur. & c. nullã. ibidẽ, & xiiij. q. v. c. nõ ſane. Ad idẽ Decr. no. de teſtibus. c. nuper. ubi dicitur, Nuper nobis à presbytero ſupplicãte innotuit, ut cũ nec ipſe ordinẽ Fratrũ minorũ, niſi cauſa probationis intraſſet, cuſtos, ad probãdum ꝙ idem presbyter profeſsionem feciſſet, quoſdã ordinis ſui teſtes induxit, qui depoſuerunt ſuper hoc contradicente presbytero, nõ iurati. & infrà. Reſpondemus ꝙ nullius teſtimonio quãtæ cunq; religionis exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præ iudicium debet credi. Quidã etiã dicũt, quòd teſtes qui inducuntur ad probãdã conſanguinitatẽ, hoc addere debent iuramento, quòd hoc audierũt à ſuis maioribus ſicut teſtificãtur, & ita eſſe credunt, ut in illa Decr. quoties. in fi. Et hoc expreſſe dicit Decr. ext. de teſti. c. licet. ubi dicitur, quòd de cætero non audiantur teſtes de auditu in matrimonio ſuper gradibus con ſanguinitatis niſi graues perſonæ, & quæ ante litẽ motã teſtificata didicerint ab antiquioribus ſuis, non ab uno, ſed à pluribus, cum uni nõ crederetur, nec à ſuſpectis uel infantibus, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cũ illi nõ debeãt admitti, quorũ repellũtur autores. Moderni autẽ iudices hoc addunt ad cautelã, quòd iudicãt ueritatẽ ſicut ſciunt: & quod ſciũt per uiſum, dicãt de uiſu: & quod per auditũ, de auditu: nec dicãt de credulitate, ſed quod ſciũt pro certo, uel ecõtra: & quòd non manifeſtabũt dicta ſua, donec publicẽtur. Et licet per iura nõ probentur, tamẽ ſatis uidetur bona cautela eſſe, ut ext. de teſti. c. cauſam. Itẽ recepto prædicto iuramento à teſtibus, corã partibus, iudex cũ uno ſolo teſte ab aliis ſeparato, recedat in aliquẽ locũ, quòd nullus eos audiat, & ſingula dicta teſtis redigat in ſcriptis, per ordinem, uel redigi faciat per manum tabularij publici, uel alterius ſapientis ad hoc ſpecialiter deputati, ut C. de teſti. l. nullum, ubi dicitur, Nullũ penitus, cũ ſemel ad iudicẽ quẽlibet ſuũ dicendi gratia teſtimoniũ fuerit ingreſſus, armatã forte militiã uel quãlibet aliã fori excep. ad euadẽdũ iudicis motũ, quẽ uel teſtimonij uerborũ improbitas, uel rei qualitas flagitauit, poſſe prætẽdere præcipimus: ſed omnes qui in ciuili cauſa ſuum præbẽt teſtimonium, ſeparato & interim tanquã ante iudicẽ depoſito exceptionis fori priuilegio, huius præſidio denudatos, ita iudicãtis intrare ſec

Cautela modernorum iudicum.

Practica examinationis.

rc ſec

re ſecretũ tribunal,ut in quocũq; aures eius ſe offenderint,nõ dubitẽt ſibimet formidãdũ:data cũctis iudicib⁹ abſq; præſcriptionis obſtaculo,ſicut ſuprà dictũ eſt,teſtes quorum falſitate uel fraude uoces nõ carere proſpexit,pro qualitate delicti animaduertẽdi licẽtia.Itẽ hiſtoria Suſannę de duobus ſeniorib⁹, quos Daniel audiuit & examinauit,ſucceſsiue, & unũ ab altero ſeparatũ , ita quòd unus nõ audiuit dictũ alterius, in hunc modũ habetur.Itẽ interrogare debet iudex teſtẽ diligẽter de omnibus quæ faciãt ad cauſã,p quæ poſsit melius elicere ueritatẽ,& de circũſtãtiis diligẽter inqrere.ſ. de pſonis,de loco, de tẽpore,uiſu,& auditu,ſciẽtia & credulitate,fama,& certitudine. Et hęc oĩa in ſcriptis redigi faciat,ut ext.de teſt.cũ cauſ. ubi eadẽ uerba ponũtur,& hoc ideo facit iudex,ut ſciatur q̃ta fides ſit teſtib⁹adhibẽda,quoniã sũt diuerſitatis teſtiũ fidei derogãtes cõplures,quæ in ſubiectis uerſibus cõpræhẽdũtur. *Hiſtoria Suſannæ*

Res eadem,tempusq;,locus,perſona,gradusq;,
Hæc ſibi debebunt concordes reddere teſtes.

Diuerſitas rerum eſt,cum una perſona dicit de una re,uel contractu,& alia perſona de alio,tũc nihil probatur,eò,quòd nõ cõuenerint in re uel in cõtractu.Et quòd hæc & ſimilia ſint exprimenda,probatur ij.q.ult.c.libellorum. ext.de teſti.c.ſignificãtibus.ff.de rei uend.ſi in rẽ.ſuprà.c.de formatione libelli.Diuerſitas perſonæ eſt,cum unus dicit cõputãdo conſanguinitatem:Martinus genuit Titium,& alius teſtis dicit,Seius genuit Titium,tunc non ualent teſtes,ut ext.de teſti.c.ſeries.ubi dicitur,quòd quidã teſtes cõputabant quoſdã in uno gradu eſſe conſanguineos,& alij in alio:& quia diuerſimode cõputabant primum gradum originis,ideo non ualent.Itẽ diuerſitas graduũ,cũ unus dicit in ſeptimo gradu,& alius dicit in quinto,ut xxxv.q.vj.de parentela.uer.nos conſulere noluiſtis,pro qua etiam ad noſtram audientiam eſt appellatum , & quidẽ aliorum fratrum ſcripta ſuſcepimus, qui utiq; cauſam ipſam diuerſimode narrabant.Et primo quidem tã in gradibus, quàm in omnibus nominibus perſonarum , diuerſimode: poſtmodum uerò in aliorum eorũ cõputatores eius parẽtelę dicũtur cõueniſſe.Cæterum in huiuſmodi caſibus ſummopere cõſiderãda eſt qualitas perſonarum, quæ aliquid cõtra quoſlibet inſtruere uelit , qui & ideo tunc iuſiurandum præſtare debent, quòd nec gratia,uec pretio , uel amore,uel odio alicuius hoc dicũt cõtra eos,de quibus agitur.Sed potius credunt eſſe uerum,& ita à ſuis maioribus audiuiſſe,in quibus omnibus non

m debet

debet aliqua uarietas, uel controuerſia inueniri, ut xxxv.q.vj.c.de parentela. ubi dicitur, De parentela illa, quam dicunt eſſe inter R.& V.coniugem eius, iurabisq; quæcũq; ſcis, & audiuiſti à tuis uicinis, aut propinquis, aut antiquioribus, per nullũ ingeniũ, nec propter timorem, aut odium, aut præmium, aut cõſanguinitatẽ celabis Epiſcopo tuo, uel eiꝰ miſſo, aut illi cui Epiſcopus hoc inquirere iuſsit, quandocunq; de hoc interrogauerit, ſic te Deus adiuuet & iſtorũ ſanctorũ reliquiæ. Locorum diuerſitas derogat teſtibus, ut ij.q.ix.c.nihilominus. ubi dicitur, Puniendi ſunt qui ad calumniã aliquid teſtificantur, quos locorum diuerſitas ſimul eſſe prohibuit. Temporũ quoque diuerſitas derogat teſtibus, ut in dicta Decr.ext. de teſtibus.ex tenore ſuprà e. Et hæc eſt potiſsima ratio in ſupradictis quinq; caſibus, ꝙ ex quo diuerſi reperiũtur in ſuo dicto, non eſt eis credendum, quia ſinguli ſunt in ſuis teſtimoniis ſingulares: unde dictis eorũ fides non adhibetur. Et ubi quilibet de ſe aſſerit ſolummodo, licet plures ſint, non eis credendũ eſt, cũ quilibet in ſuo teſtimonio ſit ſingularis. ext.de probat.c.licet cauſa. Veruntamen dicit Azo in ſumma ſua, ꝙ teſtis nõ eſt interrogandus de tẽpore, niſi iudici ſit ſuſpectus, quia tunc iudex ſtudere debet, ut eũ in uerbis capere poſsit, quærendo ſi tempus erat clarum, uel nebuloſum, qualiter fuit indutus is de quo loquitur, quid habeat in capite, quis conſul erat tũc temporis, in quo anno, uel menſe, uel die, aut tempore. Contrà, ꝙ nõ debet interrogari, eſt ij.q.ulti.c.libellorũ. ſuprà e.de libel. ac. Ad idem ff.ad ſenatuſconſult. Sylleianũ.l.prius. Ego credo interrogãdum eſſe teſtem de anno, de menſe, & de die celebrati cõtractus. Sed nõ utrũ tẽpus erat ſerenũ, uel nubiloſum. Sed ſi teſtis ſe non recordari de tempore dicit, propter hóc nõ minus credo ei. Sed ſi unus teſtis dicit hoc factum eſſe tali tẽpore, alius uerò dicat cõtrarium, tũc eis nõ credo, ut ſuprà dictũ eſt. Teſtis autẽ debet dicere de iis quæ nouit, & uidit, & eius præſentia facta ſunt, ut iij.q.ix.c.teſtes per quancũq; ſcripturã nõ proferãt, ſed pſentes de iis quę nouerũt, teſtimoniũ dicãt. Verum etiã nõ niſi de iis, quæ ſub eorũ præſentia acta eſſe noſcũtur: quoniã ſi dicãt de iis, q̃ ab alio auditu perceperint, nõ ualet eorũ dictũ. Excipiuntur quidã caſus, in quib. ualet teſtimoniũ de auditu. Primus eſt in cõputatione parẽtelæ.xxxv.q.vj.c.de parentela. ſuprà eſt. Secundus caſus eſt in memoria facti operis.ff.de prob.l.ſi arbiter.ff. de aqua plu. ar.l.in ſumma. §.ſi.ubi dicitur, Itẽ Labeo ait, Cũ q̃ritur an memoria extet ex

Locorum diuerſitas.

Temporum.

Quòd circunſtantiæ nõ ſint nimis curioſe inquirendæ.

Sententia Autoris.

De quibus dicat teſtis.

Caſus in quibus ualet teſtimonium de auditu.

facto opere,nō diē & cōſulē ad liquidū requirēdū,ſed ſufficere ſi quis ſciat factū eſſe,hoc eſt ſi nō ambigatur. nec enim neceſſe eſt ſupereſſe qui meminerunt uerū eſſe , ſed qui audierūt eos,qui memoria retinuerūt.Si uerò teſtes de auditu pcipiunt ueritatē rei ſup qua teſtificātur,puta audierūt cōtra aliquē uerba cōtumelioſa,etiā de iis recte teſtificātur,uel qa audierūt aliquē cōfitentem talē pecuniā ſibi eſſe ſolutā,uel cōtraria iis,de qbus ſit quæſtio:de tali auditu reddāt teſtimoniū , ut iij.q.ix. c.teſtes. §.ſi debitū. Et talia teſtimonia licet de auditu ſint pcepta,dicuntur de uiſu:quoniā nomine uiſus omnes ſenſus corporaliter intelligimus,ut dicit Auguſtinus,ſuper locum Ioannis,Palpate & uidete,& in Exodo dicitur,Et uidebit,id eſt,audiet uocet . Et nota,quòd ſi teſtis rogatus non reddit cauſam ſuæ ſciētiæ, hoc eſt qualiter ſciat id qd' dicit , eius teſtimoniū non ualet,ut iiij.q.iij.c.ſolam atteſtationē prolatam nec alijs adminiculis approbatam,nullius eſſe momenti certum eſt. *Nomine uiſus omnes ſenſus intelligimus.* *Teſtis debet dicti ſui rationē reddere.*

De publicationibus teſtium.

PVBLICATIONES teſtiū debēt fieri utraq; parte pręſente,uel per cōtumaciā abſente:quoniā cōtumacia loco præſentis facit haberi cōtumacē,ut ext.de teſt.c.In nomine Domini.& de off.deleg.c.cōſuluit.Sed anteq̄ dicta teſtiū publicentur,partes debēt renūtiare pductiōi teſtiū,& petere inductos publicari:eis uerò publicatis,fiat copia utriq; parti,ut contra dicta eorū diſputetur:& ubi partes dicta eorū didicerūt,nulli alio licet ſuper illius articulis teſtes de nouo inducere,ut ext. de teſt.c.intimauit.ubi dicitur de quodā Clerico, q fecit quoſdā presbyteros & plures alios iurare , ne aduerſario ſuo ferrēt patrocinium,nec in atteſtādo,nec cōſilio dādo , nec alio modo:dicitur ibi,quòd ſi teſtimonium eorum non eſt publicatū, ſeu renuntiatum teſtibus, prædicto iuramēto nō obſtāte, bene poſſunt ferre teſtimoniū,qui iurauerūt nō ferre, & alij idonei teſtes,ſi neceſſe fuerit,admittātur.Ad idē c.c.cauſam.Inducuntur tamē aliquādo noui uel iidem teſtes ſuper eodem articulo , ut ſi aliquid probaui in modum exceptionis per teſtes, poſtea poſſum idē quoq; directè probare.Ad hoc ext.de teſt.c. ueniēs . ubi d.Archidiaconus Claremōtēſis ſupplicauit domino Papæ,ut ſentētiā pro ipſo latā in parte executioni mādatā, ſuper Decanatu eiuſdē eccleſię,in totū faceret executioni mādari.Cum autem Claremontenſis Capituli procuratores contra eum excipiebant , quòd illa ſententia contra iuſtitiam , & *Ante public.renuntiandū eſt teſti.* *Teſtes ſummarie ſuper exceptione auditi, denuo directe recipi poſſunt.*

 poſt

poſt legitimã appellationem eſſet lata: ipſe Archidiaconus noluit eos tanquã procuratores admittere, aſſerẽs eos excõmunicatos, ut patet in originali. Verum quidã ſubdiaconus, Parentinus nomine, cõtra dictum, in modum exceptionis obiecit, quòd in ſua petitione nõ erat aliquatenus audiendus, aſſerẽs ſe ad eundẽ decanatũ canonicè fuiſſe electũ, & quòd ille decanatus nõ ad Archidiaconũ, ſed ad eum pertineret. Cũ ſuper iis eſſet aliquãdiu diſputatum, uidelicet utrum intereſſet ſua, ſe opponere executioni ſententiæ: interlocutus fuit Dominus Papa, ut Parentinus fundaret intentionem ſuã incõtinenti, ſi poſset, ad quam fundandã teſtes & inſtrumẽta produxit, publicatis atteſtationibus: cũ utrinq; aliquãdiu eſſet diſputatũ, interlocutus eſt Papa, quòd ſua Parentini ſcilicet intererat ſe opponere Archidiacono memorato: lite inter eos cõteſt. tã ſuper electione, quàm ſuper ſentẽtia (quia de hoc agebatur an ſentẽtia præiudicaſſet Parẽtino qui ſciebat rẽ tractari) quæſitũ fuit ab Archidiacono, an atteſtationes prius exhibitas, per quas Parẽtinus probauit ſua intereſſe, uellet in hoc iudicio admittere. Reſpõdit quòd uellet, dummodo obiicere poſſet tã in dicta eorũ, quàm in perſonas: quo audito reſpõdit Parẽtinus, quòd illis atteſtationibus uti nolebat in hoc iudicio, ſed ſuper eodẽ negotio alios teſtes uel illos iterũ producere uolebat. Reſpõdit Archidiaconus hoc non licere. Interlocutus eſt Dominus Papa, quòd teſtes producẽdi eſſent ſuper toto negotio, quos uellet producere pars utraq;. Et ita patet, quòd ſuper eodẽ articulo in modum exceptionis obiecto, & poſtea principaliter intẽto, publicatis atteſtationibus, poſſunt iidem uel alij teſtes induci, & ita uidetur, quòd ſi defecerit in exceptionis probatiõne, adhuc poteſt directe agi & teſtificari in principali: & ideo mãdat ut remota appellatione tã ſuper principali quàm ſuper incidẽti, eãdẽ cauſam canonicè decidãt. Mãdat etiã ut canonicos eiuſdẽ eccleſiæ ad cautelã abſoluãt, ut uocati ad cauſam poſsint ꝑ utraq; parte teſtari. Itẽ inducuntur teſtes ſuper ueteri articulo, ſi uelint probare de alio tẽpore, uel loco, ext. de teſti. c. ex tenore. Itẽ ſi cõtra alias perſonas agatur de eodẽ negotio, ext. de teſti. c. cõſtitutus. ubi d. quòd quidã petebat ad fidẽ plenioreẽ faciendã, quaſdã atteſtationes aperiri, pars aduerſa reſpõdebat hoc fieri nõ debere, cum in eadẽ cauſa non fuiſſent inducti, ſed in alia. Dominus Papa uoluit eos admitti. Itẽ inducũtur teſtes ſuper ueteri articulo ſi uelit ꝓbare, ſiue agere de falſo, ut ext. de proba. c. licet. ubi dicitur, Syndicus Fauen

Originale Decretalium.

Noui teſtes quãdo poſt publicationem recipiantur.

Si agatur de falſo.

uentorũ admiſſus eſt ad probãdũ, quòd teſtes aduerſæ partis falſa dixiſſent. Itẽ inducũtur ſuper ueteri articulo in cauſa matrimoniali, ut ext. de teſti. c. ſeries. ubi dicitur, quòd quidã Epiſcop⁹ cõmiſit quãdã cauſam matrimonialẽ qbuſdã uiris prudẽtibus, corã quibus pars accuſans matrimoniũ teſtes produxit, aſſerẽs cõſanguinitatẽ in unico gradũ eſſe inter eos, pars aduerſa dicebat quòd B. nõ erat ſoror. J. ſicut teſtes dixerãt, quod ꝓbare uolebãt tã per teſtes, q̃ inſtrumenta: pars aduerſa teſtes nõ recipiẽdos clamauit. quæſiuit Epiſcopus utrũ recipi deberẽt, cũ nõ eſſet conſuetudo eccleſiæ ſuę, ut poſt receptos teſtes, ſecundũ formã canonũ cõſanguinitatẽ cõputãtes, alij ex oppoſito admittãtur. reſpõdit Papa quòd niſi aliud canonicũ obſiſtat, non obſtãte cõſuetudine tali, utpote neceſſaria, admittãtur, & ideo admittuntur teſtes, ut ageretur de falſo. Itẽ in cauſa appellationis admittuntur teſtes, ut ext. de teſt. c. fraternitatis. & ext. de fide inſtru. c. cum Ioannes Eremita. ubi admiſſus fuit Petrus Viterbienſis ciuis, corã iudice appellationis, ſuper uenditione domus, ad probãdum quòd cõditionalis fuit uenditio. & licet hoc capitulum nouum eſſet, pendebat tamen ex ueteri, ut ibi dicitur. Et dicit lex, quòd ſuper nouis articulis iudex appellationis cognoſcere nõ poteſt, niſi dependeãt à ueteribus, ut C. de tẽporibus app. l. per hãc. Idẽ uidetur in crimine, quòd iidem teſtes denuo poſsint interogari ſuper eodẽ articulo, ut ff. de cuſto. reorum. Diuus Hadrian. ff. de quæſt. l. j. & ul. Itẽ ſi teſtes aliquid obſcure dixerũt, denuo poſsint à iudice interrogari, ut ff. de teſtamẽt. l. hęres palã. § . ſi quid. Si tamẽ poſt tres menſes, ut ext. de teſt. c. per tuas. Item ſi nõ diſtinctè dixerunt, ut ext. de teſt. c. cum cauſam. Ad idem & melius facit Decret. no. ext. de teſt. c. cum clamor ualidus cõtra talẽ Archiepiſcopum ſuper ſimonia, & aliis criminibus aſcendiſſet, N. & N. Epiſcopis dedimus in mãdatis, ut ſuper iis inquirerent diligẽter, & infrà. Verum quia apertis atteſtationibus I. & G. ſuper ſimonia ita depoſuere cõfuſe, ꝙ ex dictis eorum nõ poteſt ueritas declarari: mãdamus quatenus examinetis eos iterum, & teſtificata ſub ſigillis ueſtris nobis fideliter referatis. Poſſunt tamen ſuper nouis articulis teſtes produci, poſt publicationẽ teſtium factã ſuper ueteribus articulis, ut ext. de teſt. c. fraternitatis. ubi quærebatur à Papa, utrum quãdo renunciatũ eſt productioni corã priore iudice, & à ſententia lata ab ipſis, appellatum fuit, in eadem cauſa poſſunt produci teſtes corã iudice ad quem appellatum eſt, uel per inductos aliquid cõprobari?

In cauſa matrimoniali.

In cauſa appellationis.

Quãdo iudex ap. de nouis artic. cognoſcat.

Poſt public. producũtur teſtes ſuper nouis artic.

Reſpōdet, quòd ſuper nouis articulis poſſunt alij teſtes produci, & iā producti teſtes poſsūt audiri, receptis ſuper illis articulis more debito, iuramentis. Ad idē ext.c. cauſam. & ext.c.ti.c. ex tenore. Sed hoc locū habet ſuper nouis duntaxat articulis, ubi teſtes poſt publicationē poſſunt induci tā in priori iudicio, quàm ſecundo per appellationē reuocato, & poſt ſententiā, ut in Decre. fraternitatis. & C. de tēpo. ap. l. per hāc diuinā aſſertionē ſancimus, ut licentiā quidē pateat in exercendis cōſultationib⁹ tā appellatori, quàm aduerſæ parti, nouis etiā aſſertionibus utendi, uel exceptionibus, quæ nō ad nouū capitulū pertinēt, ſed ex illis oriuntur, & illis cōiunctæ ſunt, quæ apud anteriorē iudicē noſcūtur propoſitę. Sed & ſi qua allegatio dicta quidē mōſtrabitur, uel inſtrumentū aliquod prolatū fuerit, probationes tamen in illo deficiūt tēpore: uerū apud ſacros cognitores ſine procraſtinatione ꝓberi poterunt: id quoque eos admittere ſancimus, quo exercitatis iā negotiis pleniore ſubueniatur ueritatis lumine. Et hoc uerū eſt generaliter, niſi renūtiatū fuerit teſtibus in tota cauſa, tā ſuper nouis, quàm ſuper ueteribus: quoniam extunc nulli poſſunt in cauſa ꝓduci, ut ext. de teſt. c. cauſam. & c. intimauit. & c. cū ueniſſet.

L. per hanc. C. de appell.

De reprobationibus teſtium.

TRACTAVIMVS ſuprà qui teſtes ſint recipiēdi, & qui nō: ſed quia interdū nō legitimi teſtes recipiuntur, uideamus qualiter recepti reprobentur. Et ſciendū eſt, quòd ante publicationē teſtiū, & poſt, tā in dicta teſtiū, quàm in perſonas eorum poteſt obiici: & tā dicta, quàm perſonæ eorum reprobari poſſunt, dummodo ante ſentētiā fiat. Niſi prius præfixus fuerit terminus à iudice ad teſtes ab utraq; parte producēdos, & ad excipiendū tā ſuper principali negotio, quàm ſuper perſonis, ultra quē terminū nō auditur, qui perſonis obiicere uoluerit, uel teſtes etiā producere, ut ext. de ꝓbat. c. licet. & ext. de probat. c. licet. & ext. de excep. c. Quòd autē in dicta teſtiū, quibus ante iuramentū, uel depoſitiones teſtiū nihil obiectū fuit poſt atteſtationes publicatas poſsit opponi. Hoc in Romana curia de lōga cōſuetudine obtinuiſſe dignoſcitur, ut ante iuramentū, & ante depoſitiones teſtiū, & poſt in dicta & in perſonas teſtiū legitimo modo poſsit opponi. Et ſi crimina teſtibus opponūtur, de quibus nō fuerint hactenus accuſati, ſed tātū per ſolā exceptionē à quolibet opponūtur, ꝓbatio utiq; criminū eorū exhibēda eſt antequā cauſa ꝑ ſentētiā terminetur,

Si præfigatur terminus ad producendum omnia.

Cōſuetudo curiæ Romanæ.

tur,cũ(ſicut Canonica inſtituta declarāt)teſtes abſq; ulla infamia,& ſuſpicione, uel manifeſta macula inferẽdo teſtimonio requirātur.Quòd ſi ſola crimina,de quibus alio tẽpore cõuicti uel cõfeſsi fuerint,teſtibus obiiciũtur,à teſtimonio repelli poſſunt,ſicut Stephanus Papa & alij Romani põtifices teſtantur. nõ eſt enim credẽdũ cõfeſsioni eorũ cõtra alios,niſi probauerit ſe innocẽtes.Cęterũ ſi de criminib⁹ ad ſolã exceptionẽ obiectis cõuicti fuerĩt uel cõfeſsi, pœna ordinaria nõ debẽt mulctari,cũ accuſatio in ipſos ſecundũ iuris ordinẽ nõ procedat. Sufficit enim ut à perhibẽdo teſtimonio repellātur. Ad idẽ & melius facit Dec.no.ext.de teſt.c.teſtimoniũ eius,cui ab aduerſa parte crimẽ opponitur, merito reprobatur in criminali cauſa,ſiue ciuili,ſiue in ipſo crimine perſeuerat.Si uerò ſit emẽdatus de crimine,& cũ nõ comitetur infamia,nõ eſt in cauſa ciuili,uel cũ de crimine ciuiliter agitur, ꝑterquã pro reatu periurij,repellendus.In criminali autẽ,ſi in aliquo iudicio inſtituta accuſatione cõtra ipſum de crimine,cõuict⁹ extiterit,uel nũc per exceptionẽ exinde cõuincatur,aut grauata ſit eius opinio, pro eo ꝙ quãdoq; fuit tali modo repulſus, quãuis in hoc non excluditur,tamẽ in cauſa criminali poteſt à teſtimonio, licet pœnitẽtiã egerit,remoueri.Et quod dicitur in illa Dec.deniq; hoc fiat illa diſtinctione ſeruata,ut qui poſt publicationem teſtium uoluerit perſonas eorum reprobare, ſi ante publicationẽ fuerit poteſtatus,ſine diſtinctione debet audiri.Aliter non auditur,niſi iuret quòd ad hoc ex malitia non procedat,uel ꝙ poſt publicationẽ teſtiũ didicerit id , quod eis obiicit:& hoc totũ expreſſe legitur ext.de teſt.c.ꝑſentiũ.ubi dicitur, Præſentiũ autoritate ſtatuimus,ut ſi quis poſt depoſitiones teſtiũ publicatas obiicere uoluerit in perſonas teſtiũ, ei tũc demũ id liceat,ſi iuramẽto firmauerit,quòd ad hoc ex malitia nõ procedat,niſi forte ante publicationẽ teſtiũ hoc fuerit proteſtatus, uel oſtendere poterit,ꝙ poſt publicationẽ didicerit,quod obiecit.Cęterũ cũ quis perſonas teſtiũ ſe uelle poſt publicationẽ atteſtationũ repellere,fuerit proteſtatus. Siquidẽ pro ipſo dixerint,de facile nõ creditur,niſi iuramẽto ſuo poſsit probare ignorantiã ſuã. ut xxxiiij.q.ij.c.in lectũ mariti.& ext.de ſent. excom.c.ſi quis uero.ibi.creditur percutiẽti clericum iurãti ſe ignoraſſe clericum fuiſſe percuſſum.Si autẽ ante publicationẽ didicerit quod uult obiicere & tacuit:quia nõ habuit ꝓbationes,in hoc nõ ꝑiudicat ei ſua taciturnitas.ut ij.q.vij.c. & plerique.Et ſic admiſſos poteris reprobare teſtes.ſ.ſeruos,infantes,

Cõuicti de crimine in modũ excep.obiecto.

Poſt public.teſtium obijciens qua diſtinctione admittẽd⁹.

Proteſtãs de excep.contra perſonas teſtium, ſi dicant pro ipſo quid iuris.

tes, criminoſos, falſarios, pecunia corruptos, uel alio modo legitimo, ſicut narratũ eſt ſuprà tit. de teſti. & qui eſſe poſſunt &c. Et tales omnino pro non receptis habẽtur: & quorũ dictis fides eſt adhibẽda, habes ext. de teſti. c. ſuper eo. & ext. de ord. cog. c. cũ dilectus. ext. de teſti. c. ex parte. Reprobantur dicta teſtium, per alios teſtes ante publicationẽ, & poſt, ſi hoc modo dixerint teſtes, Titium cũ Berta cõtraxiſſe matrimoniũ in ciuitate Bononienſi in Calendis Ianuarij nuper trãſactis. Si probatum fuerit per teſtes omni exceptione maiores, ipſum illa die fuiſſe in Francia, dictis priorũ teſtiũ fides non adhibetur, ut ext. de teſt. c. ex tenore. & ſuprà eſt eod. titu. c. ſeries. C. de contrahenda uel committenda ſtipula. l. optima. & continetur in concordantia illa quidam modus probandi negatiuam indirecte, quod eſt notabile.

Teſtimonia cõtra teſtimonia.

De contrarietate teſtium, & in quibus ſit fides teſtibus adhibenda.

QVONIAM teſtes, qui in iudiciis inducũtur, alij cõtrarij, alij diuerſi reperiũtur, & interdũ teſtis ſibi ipſi, interdũ unus uni, uel plures plurib. cõtradicunt, ſeu ab una parte inducantur, ſeu ab utraq,: uideamus qbus teſtib. ſit fides adhibenda & quãta. Si teſtis ſibi dicit cõtrariũ, uel aduerſa, uel uaria, uerum in alio, falſum in alio, repellitur, & dictũ eius nõ ualet. ut iiij. q. iij. c. itẽ in criminali. uerſ. qui falſo, uel uaria teſtimonia dixerint, à iudicib. cõpetenter puniãtur. Ad idẽ iij. q. ix. c. pura & ſimplex teſtimonij ſeries intimanda eſt: plerũq; enim teſtis dũ ad ſeriem geſtorũ aliquid ex ſuo addit, totam teſtimonij fidẽ partis mẽdacio decolorat: nil enim ad id, quod bonũ uidetur, addendũ eſt. Ad idẽ ext. de probat. c. cauſam. ext. de cauſa poſ. & propr. c. cũ Eccleſia. Si uerò plures teſtes ab una parte producãtur, ſi cõcordant, & negotij qualitas & motus animi iudicis, cũ iis cõcurrũt, ſequẽda ſunt omniũ dicta. Et ſecundum eorũ dicta ſentẽtiandũ eſt, ut iiij. q. iij. c. itẽ in criminali. uerſ. ſi teſtes omnes eiuſdẽ honeſtatis & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cũ iis cõcurrerint, ſequenda ſunt omniũ teſtimonia. Si uerò quidã eorũ ex iis aliquid dixerint, licet impari numero, credendũ eſt, ꝙ magis naturæ negotij cõuenit, quodq; inimicitiæ, uel gratiæ ſuſpicione caret, cõfirmabitq; iudex motũ animi ſui, ex argumẽtis & teſtimo. quæ rei aptiora & ueritati ꝓximiora eſſe apparẽt. Nõ enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſyncerã teſtimoniorum fidem, et ad teſti

Teſtis incõſtãs.

Si omnes teſtes concordant.

Quod magis cõuenit naturæ negotij, ſequendum eſt.

Pulchra de teſtib. ſententia.

ad teſtimonia, quib. prius lux ueritatis aſsiſtit. Ad idẽ ff. de teſ. l. ob carmen. §. ulti. Si autẽ ſibi inuicẽ cõtradicãt, licet impari numero, credendũ eſt dictis eorũ, qui naturæ negotij magis cõuenerint, & qui carẽt ſuſpicione, cõfirmabitq; iudex motũ animi ſui, ex argumẽtis & teſtimonijs, quæ cauſæ comparent aptiora, ueritati proximiora. Non enim ad multitudinem teſtium reſpici oportet, ſed ad ſyncerã fidem eorũ, ut in Decret. præcedẽti, & extrà eo. tit. de teſt. c. in noſtra. Quid ſi duo fuerint teſtes ab una parte producti, & inuicem ſibi cõtradicant? Reſpondeo, Neutri ſtabitur: quia quilibet eſt ſolus in ſuo dicto, & ſinguli ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares, ut extrà de elect. c. bonæ memoriæ. & c. cũ dilectus. circa finẽ. & extrà de teſt. c. licet. C. de teſti. l. iureiurãdi religione teſtes priusq̃ perhibeant teſtimoniũ, iandudum arctari pręcipimus, & ut honeſtioribus fides potius adhibeatur teſtibus. Simili modo cenſemus, ut unius teſtimoniũ nemo iudicũ in quacũq; cauſa facile patiatur admitti: unde manifeſte ſancim⁹, ut uni⁹ teſtimonio teſtis nõ credatur, etiamſi præclaræ curiæ honore pręfulgeat. Cum ergo ab utraq; parte teſtes producuntur, & concordãt, ſequẽda ſunt dicta teſtiũ omnium, ut ſuprà dictum eſt. Si uerò contrarij inueniuntur, iudex debet eos concordare, ſi poteſt, ut ualeat eorũ teſtimoniũ, ut extrà de teſt. c. cum tu fili. ubi dicitur, Quidã decanus & canonici Eccleſiæ ſuæ, & Epiſcopus eorũ litigabãt: Epiſcopus excõmunicauit eos ante appellationẽ, ut dicebat: Canonici uerò dicebant, ꝙ poſt appellationem excõmunicauit eos, & teſtes ab utraq; parte produxerũt, quorũ quilibet probauit intentionẽ domini ſui. quæſitũ fuit quid iuris? Dominus Papa cõcordat eos, & dicit ꝙ utrũq; bene potuit eſſe, ſcilicet, ꝙ ante excõmunicationẽ, & poſt excõmunicationẽ: unde iudicat ſententiã nõ tenere. Et ſi non poteſt eos cõcordare, quia prorſus cõtraria dicũt, iudex ex animi ſui motu ſcire poterit, quib. potius ſit fides adhibẽda, ita tamẽ, ꝙ potius credatur ingenuo q̃ liberto, maiori q̃ minori, honorato q̃ iferiori, nobili quàm ignobili, maſculino q̃ fœmmino, ut ff. de fide inſtru. l. ult. ubi dicitur, Si de tabulis inſtrumẽti inter hęredes deponendis agatur, & dubitetur, apud quem eas deponi oportet, ſemper ſeniorẽ iuniori, & amplioris honoris inferiori, marẽ fœminæ, & ingenuũ liberto præferemus. Ad idẽ extrà de teſt. c. in noſtra. Itẽ credendũ eſt potius ueridico, q̃ mendaci, frugali q̃ luxurioſo, diuiti q̃ pauperi, & magis alieno, quàm amico eius, pro quo teſtificatur, ut iij. q. v. c. j. ubi dicitur, Cõ-

Si duo tantum ſint teſtes, & contrarij.

Contrarios teſtes iudex debet cõcordare.

Quod ſi non poſsit.

Suſpicionem inducentia.

m s ſanguinei

ſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimoniũ non dicant, nec familiares, uel de domo prodeũtes. Sed ſi uoluerint, & ad inuicem cõſenſerint inter ſe partes, teſtificẽtur. Ad idẽ ff. de dolo. l. nõ debet. Sed nõ intelligas, ꝙ iis, q ſuperãtur, omnino fides ſubtrahatur: ſed quia in dubiis magis eſt credendum potiori & digniori. Quid ſi omnes teſtes ſint eiuſdem conditionis & honeſtatis & honoris? Reſpondeo, tunc ſtabitur pluralitati, & pluribus credetur, ut extrà de teſt. c. in noſtra. ubi dicitur de quibuſdam monachis, & quodam Archidiacono, qui litigabant ad inuicem ſuper quadam Eccleſia. & dicitur ibi, quoniam uerò ad multitudinem reſpici non oportet, ſed ad teſtium qualitatẽ. Et ſi teſtes utrinq; producti eiuſdem conditionis & honeſtatis extiterint, cũ cõſtet teſtes monachorũ teſtib. Archidiaconi numero pauciores, pro ipſo Archidiacono ſententia proferatur. Ad idẽ ff. de arbi. l. diem. §. ſi plures. ff. de recept. Itẽ ſi unus. §. iterũ. ff. de uent. inſpiciendo. l. j. & ff. quẽadmodum teſt. aperi. l. ſed ſi maior. lxv. diſt. c. v. ij. & iij. Sed ſi tot ſunt ex una parte, quot ex altera & æquè boni, uel ex una parte plures, & ex altera dignitas poſsit adæquari, quid tũc debet facere iudex? Reũ debet abſoluere, ut extrà de prob. c. ex literis. extrà de fide inſtru. inter dilectos. ubi dicitur in fine, cũ obſcura ſint iura partiũ, cõſueuit cõtra eũ, qui petitor eſt, iudicari. Et eſt ratio, quia promptiores ſumus ad abſoluendũ, quàm ad condemnandum, & quia ſequendi ſunt teſtes, qui ad humaniorem inclinant ſententiã. Et hoc eſt uerũ generaliter in iudiciis, quia pro reo ſtatuendum eſt, cũ æqualitas ſit in teſtibus, niſi fauorabilior ſit pars actoris, q̃ rei, puta quia ſtat pro libertate, pro dote, pro teſtamento, pro legitimatione, pro uidua, pro pupilla, pro orphano, pro fiſcò, pro aliqua perſona fauorabili, uel pro Eccleſia, quia tunc eſſet pro actore ſententiandum, ut ff. de ſent. & re iud. l. inter pares numero iudices, ſi diuerſæ ſententiæ proferãtur, in liberalibus cauſis, ſecũdũ quod eſt à diuo Pio conſtitutũ, pro libertate lata obtinẽt. In aliis autem cauſis pro reo eſt ſententiãdum, quod in iudiciis publicis obtinere oportet. & ff. reg. iur. l. In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi pars iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet: humanius eſt ſequi eius partis ſententiã, quæ ſecũdum teſtamentũ ſpectauit, niſi apertè iudicem iniquè per gratiã, uel per ſordes, ſecũdũ ſcriptũ hæredẽ pronũtiaſſe apparebit. Ad idem facit Dec

Si nõ obſtante ſuſpicione partes teſtem produci deſiderẽt.

Si eadem per omnia teſtium ſit conditio.

Promptiores ſumus ad abſoluẽdũ, quàm cõdemnandũ.

Vbi fauorabilior eſt actor, quàm reus.

cit Decretalis noua, extrà de ſent. & re iudica. c. duobus iudicibus, ut accepimus ſententias diuerſas proferentibus, ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo, nõ pro actore ſententia, niſi in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamẽto pro ipſo fuerit promulgata. Si uerò ex delegata poteſtate, utraq; ſententia pendet ex arbitrio delegantis: quòd ſi ex compromiſsione, neutra debet habere uigorẽ. Ad idem eſt quãdo Imperator inter pupillos, & uiduas, & miſerabiles perſonas cognoſcit. l. unica. & C. de ſacroſanct. eccleſiis. l. antepenult. Et ita patet in ſumma, ꝙ quãdoq; ratione cõtrarietatis nõ creditur dictis teſtium. Interdum ratione perſonarum. Et quandoq; fides illis nõ adhibetur, uel quia male reſpõderunt, uel quia diuerſitas perſonarũ, uel ſimilium, eis præſtat impedimentum. Et de teſtibus hæc ſufficiant.

De inſtrumentis.

VIDIMVS de probatione uiuæ uocis quæ fit per dicta teſtiũ, modo de ea, quæ fit per uocẽ mortuã, id eſt, per inſtrumenta, tractatũ ſubiiciamus. Videamus ergo quod dicatur inſtrumentũ, & quot ſint eius ſpecies, & quãdo ſunt exhibenda inſtrumenta, & qualiter, quibus inſtrumẽtis fides adhibeatur, & quãta. Inſtrumentũ eſt ſcriptura facta ad aſſertionẽ, ſeu probationẽ alicuius rei, & dicitur inſtrumentũ, quia inſtruit: ceu documentũ, quia docet, ut ff. de fide inſtru. l. j. ubi dicitur, Inſtrumentorũ nomine, ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt, & ideo tam teſtimonia q̃ perſonæ loco inſtrumentorũ habentur. Inſtrumentũ dicitur propriè ſcriptura ad memoriã alicuius rei confecta. Inſtrumentorũ duæ ſunt ſpecies, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum eſt, quia publicam habet autoritatem, & ſpecies eius ſunt plures. Nam publicum inſtrumẽtum eſt, quod per publicam manum eſt ſcriptũ, id eſt, per manum publici notarij, ſcilicet per manum tabellionis, & in publica forma redactum, ut extrà de fide inſtru. c. ſcripta. extrà eo. tit. c. cum Ioannes. extrà eo. tit. inter dilectos. & extrà de præſumpt. c. illud. Item dicitur publicũ inſtrumentũ, quia autentico ſigillo eſt ſigillatũ, ut extrà eo. tit. c. Scripta autentica, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi forte per manum publicã facta fuerint, ita ꝙ publica appareant, aut niſi ſigillũ autenticum habuerint, per quod poſsit probari, nõ uidentur nobis aliquod robur habere. Ad idem extrà de probat. c. j. Tertio dicitur publicum inſtrumentum, ꝙ iudicis autoritate eſt exemplificatum, & autenticatum, ut extrà de confir. utili, uel

Inſtrumenti definitio.

Duæ ſunt ſpecies inſtrumentorum.

Quot modis publicum dicatur.

inutili.c.cũ dilecta.ubi dicitur, quòd dominus Papa mãdauit quibuſdã Epiſcopis,ſcilicet quatuor,& totidẽ Abbatibus, ut tenorẽ cuiuſdã priuilegij ſub ſigillo ſuo munirẽt, ut illius tenori melius crederetur. At idẽ C.de iure emphy.l.ulti.Quarto modo dicitur publicũ inſtrumẽtum in iudicio ſcribi apud acta publica, & ualet per quencũq; ſcriptũ, ut extrà de prob.c. quoniã contra.ubi ſtatuitur, ꝙ tam ordinarius quàm delegatus debeat habere publicam perſonã,aut duos uiros idoneos, qui uniuerſa acta cõſcribant iudicij,ut ſi ſuper proceſſu iudicij fuerit quæſtio ſuborta, per hoc poſsit ueritas declarari. Quinto dicitur publicũ inſtrumentũ illud, quod habet ſubſcriptionẽ trium teſtiũ uiuentiũ,ut ext.de fide inſtru.c.ſcripta autentica.ext.de teſt.c.cũ à nobis.ubi dicitur, quòd nõ creditur alicui inſtrumento, niſi certo teſtiũ adminiculo fulciatur, quin ei poſsint & debeãt duorum teſtium,uel trium teſtimonia, præualere, excepto inſtrumento domini Papæ, & C.qui pot.in pig.ha.l.ſcripturas. Sexto modo dicitur inſtrumentum publicum, quod de Archiuo publico uel de armario producitur, ut liber cẽſualis in quo ſcribũtur cenſus,& liber annotationum,& ei creditur,ſi habet publicũ teſtimonium, ſcilicet, quòd iudex confiteatur illud ita publice eſſe productũ,ut extrà de præſcript.c. ad audientiam. ubi dicitur, quòd dominus Papa credidit cuidam libro cenſuali, & licet tali inſtrumento fides adhibeatur, ut probatur per c.iam dictum, & alia multa iura:hoc tamẽ ita uerum eſt,ſi eſt originale, ut ff.de fide inſtr. quicunq; à fiſco conuenitur, non eſt ex indice, aut exemplo alienius ſcripturę,ſed ex autẽtico conueniẽdus,id eſt,per autenticum ſcriptũ.Cæterũ ſi hoc non eſſet originale,ad exemplum non adhibetur fides, ut ext.de fide inſtr.c.j.ubi dicitur, Si ſcripturã autenticã non uidemus, ad exemplaria nil facere poſſumus. Si uerò autoritate iudicis ſit exẽplificatũ, ut ſuprà dictum eſt,ualet.Vel ſi illud autenticũ,de quo fit mẽtio,in aliquo inſtrumẽto,uel aliqua alia legitima probatione exhibeatur,ut in Aut.ut ſpon.lar.coll.ix.ubi dicitur,Et hac inſuper autoritate iubemus, ut ſi quis in aliquo documẽto alteriꝰ faciat mentionẽ documẽti,nullã ex hac memoria fieri exactionẽ, niſi aliud documentũ,cuius memoria in ſecũdo eſt facta,proferatur,aut alia, ſcilicet legitima ꝓbatio exhibeatur. Priuatorũ inſtrumentorũ tres ſunt ſpecies. Nã aliquando facis ſcripturam tibi tantũ, aliquãdo tibi & alij,aliquãdo alij tantum. Illi ſcripturæ quam facit quis ſibi, uel pro ſe, nulla fides adhibetur,

Originali inſtrumento tantum creditur.

Tres ſunt ſpecies inſtrumentorũ priuatorum.

tur, ut C. de prob. l. exemplo perniciosum eſt, ut illi ſcripturæ credatur, quia unuſquiſq; ſibi annotatione ꝓpria debitorem conſtitueret, unde neq; fiſcū, neq; quēlibet alium, ex ſuis ſubnotationibus debiti probationē præbere poſſe oportet. Propria uerò ſcriptura licet fuerit priuata, quādoq; ei preiudicat, qui eā ſibi facit, ut C. de nō numer. pecunia. l. generaliter. ff. de pig. l. pen. Si autē facis ſcripturā contra te, puta creditori tuo, de eo quod accepiſti ab eo, creditur ei contra te, ut j. q. ult. c. ſa lubrium. ubi dicitur, quòd illi, quicūq; ſunt, qui uolunt ſe uideri correctos, prius errores ſuos, & ipſorum errorū autores à ſe damnatos ſine ambiguitate fateantur, ut ff. depoſiti. l. Publia Meuia. §. Lucius Titius cauit. Si aūt tibi & aliis facis ſcripturam, ſicut eſt codex rationū tuarū, ei interdum creditur, ut x. q. ij. c. ſi œconomus. Ad idem ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. Eiuſdem uerò naturæ eſt chirographum depoſiti, quod ſolebat fieri in eadē forma depoſitario, & deponēti, ita quòd quædam literæ per medium incidantur. Idem etiam eſt de ſcriptura, quæ fit de penſionibus datis.

Propria ſcriptura creditur contra ſe.

Inſtrumentū in quo literæ per mediū incidantur.

Quando exhibenda ſunt inſtrumenta.

QVANDO exhibenda ſunt inſtrumenta? Reſpondet Innocētius tertius, Pars poteſt exhibere inſtrumēta ſua ante publicationē teſtium, & poſt, ſi uoluerit uſq; ad diffinitiuā ſententiam, anteq̄ ſit in cauſa concluſum, ut extrà de fide inſtr. c. cū dilectus. ubi dicitur, quod utraq; pars poteſt inſtrumētum poſt publicationē teſtium & atteſtationū, uſq; ad diffinitiuæ ſentētiæ calculū exhibere, antequā fuerit in cauſa concluſum, & anteq̄ fuerit renuntiatū productioni teſtiū, uel exhibitioni inſtrumētorū, & aliorum: quia poſtea nec inſtrumentū exhiberi, nec aliqd poteſt in cauſa mutari, ut extrà de cauſa poſ. & ꝓprie. paſtoralis. in fin. ubi dicitur, quòd poſtq̄ fuerit in cauſa concluſum, ne lites litibus inculcētur, cauſa nō deciſa, non erit à petitorio ad poſſeſſoriū recurrendum. Ad idē C. de iureiur. l. ſi quis iuſiurandū, uel ſacramentū intulerit, & hoc reuocare uoluerit, licet quidē ei hoc facere, & alias probationes ſi uoluerit præſtare, ita tamen, ꝙ huiuſmodi licentia uſq; ad litis tantūmodo terminū præſtetur. Poſt diffinitiuā autem ſententiā, quæ prouocatione ſuſpenſa nō ſit, uel quæ, poſtquam fuerit appellatum, corroborata fuerit, nullo modo reuocare iuramentum, & iterum ad probationes uenire, cuiquam concedimus, ne repetita lite, finis negotij, alterius cauſæ fiat exordium

Semper exhiberi poſſunt uſq; ad ſentētiam.

Poſt ſententiā etiam exhiberi inſtrumēta, & teſtes produci poſſe.

ordiū.Et hoc intelligēdum, niſi noua oriantur capitula ex ueteribus pendētia, in quibus dico inſtrumenta exhiberi poſſe de nouo, etiam poſt ſententiam appellatione ſuſpēſam,ſicut noui teſtes poſſunt induci in eiſdem cauſis, ut extrà de teſt.c. fraternitatis.& C.de tempori.app.l.per hanc.uel niſi eſſet talis perſona,cui beneficium reſtitutionis indulgeatur, puta minor, uel Eccleſia, ut plene dicemus Deo dante, in titulo de in integrum reſtitutionibus.

De modo exhibendi.

HOC modo exhibenda ſunt inſtrumēta, uel priuilegia ab ipſo iudice,uel ab eo,cui deputauerit,audiēte modo parte cōtraria, ita ꝙ inſtrumentū non tradatur parti aduerſæ ad tranſcribendū, ſed per notarium, uel alium fidelem hominē tranſcribatur, & parti aduerſæ tradatur,ut extrà de fide inſtr.c.cōtingit.ubi dicitur:Quidam Abbas & monachi conquerebantur Papæ,quòd quādo litigium emergebat inter eos, & quoſdam alios,priuilegiorum ſuorū gratia,cogebātur totum priuilegium ſuū exhibere,& ita occaſione illius articuli,de quo agebatur, plura litigia oriebātur ſuper alijs articulis ibi contentis.dicit Papa, ꝙ quandocūq; ſuper exhibēdo priuilegio, uel indulgentia, ſeu inſtrumento fueritis requiſiti, præſente iudice,aut aliquibus prudentioribus uiris à iudice deputatis, audiente parte contraria,tantūmodo recitetur.Et nota,quòd omnium eorum, quibus uult uti in cauſa pro ſe, debet copiā facere ſuo aduerſario contra ſe, ut C.de eden.l.is apud quem res agitur, acta publica, tā criminalia quàm ciuilia exhibere, inſpicienda ad inueſtigādum ueritatis fidem iubebit, ut fides ueri conſtare poſſit. Et hoc habet locum, tam in actore quàm reo.Veruntamē actor non poteſt petere inſtrumētum ad fundandam intentionē ſuam à reo,ſi reus nō eſt uſurus eo, ut extrà de prob.c.j,ubi dicitur:Quidā nobilis agebat contra quendam alium nobilē,& cum nō poſſet fundare intētionem ſuā, petiit à Papa,ut cogeret reū quatenus actori cederet quoddā inſtrumentū,ad fundandam intentionem ſuam, quòd inſtrumentum factū fuerat cum anteceſſore rei, ut exinde diſceret, quid ei reus præbere deberet.dicit Papa, ꝙ nemini dicendum eſt,ut q̄ contra ipſum ſunt, edat. Sed actor apud ſemetipſum quærat & exhibeat. Sed cōtrà, qui ueritatē occultat,mortaliter peccat,ut xj.q.iij.c.quiſquis metu uel ui,&c. uidetur ergo ꝙ reus debeat exhibere inſtrumentū,ut per eū ueritas cognoſcatur,Solutio.hoc intelligendū eſt,ubi inſtrumenta ſunt cōmunia

Quæ ſint edēda.

Actor non poteſt petere inſtrumētum rei ad fundādam ſuam intentionem.

Occultans ueritatē peccat mortaliter.

munia,nã tũc inſtruméta illa poteſt petere actor, ut ff.de edé. ſi quis ex argẽtariis,ut pleriq; eorũ,in uilla habeat, uel in hor reo,aut in locũ te perducet, aut ſcriptas rationes dabit. Reus poteſt petere ab actore ſua ꝓpria inſtruméta ad probandã intentionẽ ſuam,ut C.de edẽdo.l.nõ eſt nouũ, à quo petitur pecunia,eũ implorare rationes creditoris, ut fides ueri conſtare poſsit. Et ſimiliter actor à reo ad replicationẽ probãdã, ut C. de edẽ.l.ea quæ à patre meo, & quæ à me ſcripta ſunt, cũ iuris & æquitatis rationibus cõgruũt,nec enim diuerſa ſunt, uel diſcrepantia, cũ multum interſit, an ex parte eius, qui à reo aliquid petit,quiq; exceptione doli mali ſubmoueri ab intẽtione petitionis ſuæ poteſt,an rationes ꝓponere reus deſideret, quibus ſe poſſe inſtruere cõtendit,quod utiq; ipſa rei æquitas ſuadet:an uerò ab eo,à quo aliquid petitur actor deſideret rationes exhiberi: quoniã hoc caſu non oportet originem petitionis ex inſtrumentis eius,qui cõuenitur, fundari. Editio faciẽda eſt ſine die & cõſule,ut ff.de edẽ.l.j.& ij.ubi dicitur,Editiones ſine die & cõſule, & prolato die fiant.Diẽ autẽ & cõſulem excipit prætor, quo inſtrumẽtũ ſcriptũ eſt,nõ in quẽ ſolutio cõcepta eſt. Nã dies ſolutionis ſicuti ſumma,pars ſtipulationis eſt, eũ quoq; edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuũ ad albũ,& demonſtrat in ſcriptis, quod dicturus eſt, uel dicẽdo,id eſt,oſtẽdendo,quo uti uelit.Et hoc uerũ eſt,niſi is, cui editur,ſibi petat diem edi ad intentionẽ aduerſarij eli dendã,per exceptionẽ,uel replicationem,quoniã tunc edendus eſt dies , ut C.de eden.§.ult.l.& quæ à Diuo Antonino. præſtito prius ſacramẽto, quòd non cauſa calumniæ poſtulat ſibi diẽ edi,ut ff.de eden.l.ſi quis ex argẽtariis.§.exigitur aũt ab aduerſario iuſiurandũ,non calumniæ cauſa edi ſibi poſtulare, ne forte uel ſuperuacuas rationes uel quas habet,edi ſibi poſtulet,uel cauſa uexãdi aduerſariũ.Itẽ iurare debet,ꝙ uelit inſtrumentũ arguere de falſo,quoniã tũc pręſtito iuramento, ꝙ exiſtimat ſe poſſe inſtrumentum arguere de falſo , edendus eſt ſibi dies, & omnia quæ inſtrumento continentur, ut C.de fide inſtru.l.ult.ubi dicitur,Cum quidam inſtrumentũ protulerit,uel aliam charticulam,eiq; fidem impoſuerit, poſtea autem perſona , contra quam ipſa charticula , uel inſtrumentum prolatũ eſt,quaſi falſum hoc conſtitutũ redarguere nitatur:ne diutius dubitetur, utrum neceſsitatem ei, qui protulit imponi oporteat repetita uice hoc proferre , an ſufficiat fides iam approbata: ſancimus, ſi quid tale eueniat , cum qui petit iterum

Editio ſit ſine die & cõſule.

Quãdo etiam dies edẽdus ſit.

iterum eam chartã proferri, prius ſacramentũ præſtare, ꝙ æſtimans ſe falſum poſſe redarguere quod prolatum eſt, ad huiuſmodi ueniat petitionem. Quid enim ſi noſſet deperditam eſſe chartã, uel forte concrematã, uel alio modo diminutã, hanc requiri aſsimulans, & ad difficultatẽ productionis reſpiciẽs, huiuſmodi faciat petitionem? Et poſtquã hoc ab actore uel petitore fuerit iuratũ, & inſcriptionũ pagina apud cõpetentẽ iudicem depoſita: tunc neceſsitatẽ imponi ei, qui protulit chartam, de qua quæritur, iterũ eam apud iudicẽ criminis proferre, quatenus apud eũ crimẽ falſitatis poſsit uentilari. Si autẽ dicat nõ eſſe ſibi poſsibile eã oſtẽdere, quia per fortuitos caſus, huius copia ei abrepta ſit: tunc ſubeat ſacramentũ, ꝙ nec habeat chartã eandẽ, nec alij eam dederit, nec apud aliũ uoluntate eius ſit cõſtitura, nec dolo malo fecerit, quo minus ea appareat. Sed reuera ipſa chartula ſine omni dolo ſit deperdita, & ꝓductio eius ſibi impoſsibilis ſit. Et ſi tale ſubeat ſacramentum, ab huiuſmodi neceſsitate relaxetur. Quòd ſi ꝑdictũ iuſiurandũ ſubire minime maluerit: tunc quaſi falſa chartula nullas habeat uires aduerſus eũ, cõtra quẽ prolata eſt, ſed ſit penitus euacuata. Neq; enim ulterius pœnã produci cõtra eos, qui nõ iurauerunt, uolumus: cũ forſitan quidã ſubtili reuerentia teneri, nec uerum ſacramentũ præſtare patiũtur. Eandẽ autẽ copiam ei præſtamus, donec cauſa apud iudicium uentilatur. Si enim iã pleniſsimũ finẽ accepit, & neq; per appellationẽ ſuſpenſa eſt, neq; per ſolitã retractionem adhuc lis uiuere ſperatur: tunc ſatis durũ eſt huiuſmodi querelæ indulgeri: ne in infinitũ cauſæ retractentur, & ſopita iam negotia per huiuſmodi uiam iterũ aperiãtur, & contrariũ aliquid noſtro eueniat propoſito. Solis publicis inſtrumentis uel autenticis, eo modo, prout ſuprà dictum eſt, uel priuatis inſtrumentis, in caſibus ſuprà dictis, fides adhibenda eſt, ſine aliquo adminiculo, dũmodo inſtrumentum id appareat abſq; uituperatione, uel raſura, uel cãcellatura, quæ ſuſpicionem poſſet inducere, ut extrà de fide inſtru. c. ex literis. C. de edic. Diui Hadria. toll l. ulti. ubi dicitur, Si quis hæres inſtitutus oſtenderit teſtamentũ non cancellatum, nec abolitum, nec ex quacunq; forte parte ſui uitiatum: ſed quòd per figurã primum appareat ſine omni uituperatione, & depoſitionibus teſtiũ legitime ſit uallatum, mittatur hæres in poſſeſsionem ipſarum rerum, quæ teſtatoris mortis tempore fuerunt, non quæ ab alio legitimo modo detinẽtur, & eas cũ teſtificatione perſonarum publicarum accipiat.

Hæc tãtum de publicis inſtrumentis.

Vbicun

Vbicunq; autem de inſtrumentis & de literis dubitatur, eius iuramentũ exigi poteſt, qui pro ſe inſtrumentũ inducit, ut in Auten. de fide inſtru. §. ſi uero moriantur. in medio tit. Vbi autem inſtrumentum uel raſura, uel uituperatione, uel alio modo ſuſpectũ uidetur, oportet eũ, qui illud inducit, probare ueritatem. Et ſi nõ fecerit, præſumitur falſarius, ut C. de probat. l. iubemus omnes, qui ſcripturas ſuſpectas cõminiſcuntur, cũ quid in iudicio prompſerint, niſi ipſi aſtruxerint ueritatẽ, ut nephariæ ſcripturæ reos, & quaſi falſarios eſſe detinendos. Calumnioſa enim ſcriptura uim in iudicio obtinere non debet, ut C. de fide inſtrum. l. iij. ubi dicitur, Si aduerſarius tuus apud acta præſidis prouinciæ cum inſtrumenti fides, quod proferebat, in dubium reuocaretur, non ſe uſurum eſſe cõteſtatus eſt, uereri non debes, ut ex ea ſcriptura, quam non eſſe ueram ex profeſsione eius conſtat, negotium denuo repetatur. *Iuramẽtũ deferetur proferẽti ſuſpectũ inſtrumentum.*

Quanta fides adhibeatur inſtrumento.

SEQVITVR quãta fides adhibeatur inſtrumẽto in cauſis decidẽdis. Et dicẽdum eſt, ꝙ tãta, quãta duobus teſtibus, uel tribus, uel etiam pluribus, ut C. de fide inſtru. l. in exercẽdis litibus eandem uim obtineat, tam inſtrumentorũ fides, q̃ depoſitiones teſtiũ, ut C. de rei uen. l. indicia. unde ſi una pars inducit publicum inſtrumentũ, altera uerò teſtes, ſi dicãt diuerſa, & non aduerſa, utriq; probationi ſtabitur, & ſecundũ utrũq; iudicabitur. Si uerò dicant teſtes contrariũ inſtrumento, quid iuris ſit? Ad hoc reſpondet Dominus Pillius, & dicit, quòd ſi omnes teſtes ſcripti in inſtrumẽto cõtra ipſum inſtrumentum teſtificentur, fides inſtrumẽti caſſatur in illo iudicio, & tũc magis credẽdum eſt uiuæ uoci, q̃ mortuæ, ut in Auten. de fide inſtru. §. ſi uerò. coll. vj. ubi dicitur, Si uero aliquid tale cõtigerit &c. Si uero alij teſtes, & nõ illi, qui in inſtrumẽto ſunt ſcripti, contradicãt inſtrumẽto, ſtabitur inſtrumento, ut C. de edicto diui Hadria. tollendo. l. ult. §. edic. Ad idem ff. de proba. l. cenſus. Dicit dominus Azo, ꝙ uiua uox duorũ teſtium in nullo caſu ualidior eſt publico inſtrumento. Sed publicum inſtrumentum ualidius eſt duobus, uel tribus, uel pluribus teſtibus, & hoc in pluribus. caſibus. Primus caſus eſt C. ſi mi. ſe ma. di. l. ſi alterius circũueniendi cauſa. Secũdus caſus eſt C. de nõ nu. pe. l. generaliter. Tertius caſus eſt C. de teſt. l. teſtium. Quartus caſus eſt C. de ſuffragio. l. unica. Quintus caſus eſt C. de teſtamẽtis. l. hac conſultiſsima. & l. ſancimus. Ad idem ff. de probat. l. *Si inſtrumentũ & teſtes in diuerſum faciãt.*

cenſus.ubi dicitur, Cenſus & munimēta publica potiora teſti bus eſſe, ſenatus cōſuluit. Mihi uidetur, quòd ſi obiciatur publico inſtrumento falſitas, uel defectus, uel conditio, uel aliquid ſimile, quod debuit eſſe, & non eſt: ſi probatum fuerit per teſtes, qui ſecundum id teſtificātur, dicta teſtium præualent inſtrumento, ſiue duo teſtes in eo ſcripti ſint, ſeu non, ut C. de probat. l. cū precibus. Ad idē C. de donat. l. nec ignoras. ubi dicitur, quòd donatio quā quis facit ignorās, & inuitus, nō ualet, quia ſi poſſum oſtendere me nunquā conſenſiſſe, etiam ſi inſtrumentū ſuper donatione fuerit confectū, mihi non præiudicat. Simile eſt extrà de probatio. c. tertio. ubi dicitur, quòd quidā ſurripuit ſigillum cuiuſdā Abbatiæ, & ſigillauit quaſdam literas, ubi monachi dixerunt, quòd non habuit ſigillū cum cōſenſu Capituli, &c. Et hoc teſtificati ſunt, & ſic nō ualuit inſtrumentū. Ad idem extrà de fide inſtru. c. cum Ioannes Eremita. Si aūt nil tale obiicitur inſtrumēto, ſed una pars directe pro ſe inducit inſtrumentū, altera pars teſtes pro ſe: in hoc caſu diſcretus iudex debet cōſiderare, quod eorū magis cōueniat naturæ ueritatis negotij, & quod magis uериſimile uideatur, ut ſecundum id ſententia proferatur, ut extrà de teſti. c. in noſtra præſentia. & iij. q. iiij. Item in criminali. ſuprà eo. Quoniam conſiderare debet iudex, quale ſit negotium, de quo agitur. Nam quædā melius probantur per inſtrumentū, quàm per teſtes, ſicut dicta teſtium, qui olim tulerunt teſtimoniū ſententiæ, arbitriū, & longū pactum multos articulos cōtinens. In ijs & ſimilibus magis dico credendū inſtrumēto, quàm teſtibus. Si uerò probari debeat numeratio pecuniæ, uel matrimonialis cōſenſus, uel aliquid ſimile, dico x. teſtes inſtrumento proferēdos, ut iij. q. ix. c. teſtes. §. ſi debitum. ſuprà eſt. & C. de nupti. l. neq; ſine. ubi dicitur, Neq; ſine nuptijs, &c. Præterea temporis conſideratio habēda eſt: quoniam ſi res, uel factum antiquum probatur, magis credendum eſt inſtrumento, quàm teſtibus, quia memoria hominum labilis eſt. nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare, diuinitatis potius eſt, quàm humanitatis, ut C. de ueteri iure enu. l. iij. Si autem probatur id, quod de nouo factum eſt, in hoc caſu magis credendum eſt teſtibus, quàm inſtrumento: maxime ſi teſtes ſint boni, & diſcreti, & honeſti. In ſumma nota, quòd ſi inſtrumenta contraria, uel diuerſa, quæ ſibi aduerſantur, directe ab una parte introducantur, derogant ſibi fidem, ut C. de fide inſtru. l. ſcripturæ diuerſæ ad inuicem ſibi repugnantes, ab una

Si pro una parte teſtes, pro altera inſtrumētum faciat.

Quædā melius per inſtrumentum, quàm per teſtes probantur.

Si ab una parte contraria inſtrumenta inducantur.

ab una eadéq; parte prolatæ, nil firmitatis habere poſsũt. Si uerò ab utraq; parte instrumẽta introducãtur cõtraria, notet iudex id instrumẽtũ, quod magis ſit in ſuſpicione, & ſecũdũ id, quod magis cõueniat negotio iudicet. Et ſi æquales ſint probationes utriuſq;, abſoluat reũ, ut C. de cõtrahen. & commit. ſtip. l. optimã. extrà de probat. c. ex literis. ubi dicitur, Quòd ſi teſtes ambarũ partiũ æquè ſint idonei, poſſeſſoris teſtes recipiãtur, cũ prõptiora iura ſint ad abſoluẽdũ, quàm ad condẽnãdum. Nec id prætermittendum eſt, quòd ſi inſtrumentũ quod producturus es, per factum aduerſarij tui perdidiſti, ſufficit ad intentionem tuam fundãdam, ſi probes te uitio aduerſarij tui inſtrumentum amiſiſſe, per quod probatur id, de quo agis, ut C. de probat. l. ſi de poſſeſsione ſeruitutis, emptionis, inſtrumentis ſubtractis, in libertatẽ proclamat Enthichia, competitori onus probationis incũbat, intentione ſua defecta, inſtrumentis iis minime iuuari poteſt. Nam ſi in ſeruitutem petatur, ad emptionis probationem non eſt indiciis aliis opus. Sed inſtrumẽtorum furtum mõſtrare ſufficit. arg. iij. q. vij. c. infames. §. ſi quis autem ex litigatoribus. Si autem per factum alterius id amiſiſti, non prodeſt tibi, ſi próbes amiſsionem inſtrumẽti, nec etiam tenorem eius, ut C. de fide inſtru. l. apud. ubi dicitur, Apud eos, qui rem geſtam ignorauerunt, amiſſorum inſtrumẽtorum habitæ atteſtationes, nil ad probationem ueritatis prodeſſe poteſt, & ita ſentit dominus Azo. Et credo quòd fides inſtrumenti multipliciter poteſt appellari: eſt tamen arg. ualidũ contra eum. ſ. quòd ſi probes amiſsionem inſtrumenti, & tenorem ipſius, ut extrà de priuileg. c. cum olim. ubi dicitur, quòd quidam probauit amiſsionem inſtrumenti, & tenorem ipſius, coram Cardinalibus de mandato domini Papæ.

Si utraq; parte producente.

Quòd ſi inſtrumentum culpa aduerſarij ſit amiſſum.

Per factum alterius.

De præſumptionibus.

EXPLETO tractatu ueræ & plenæ probationis, quæ fit per dicta teſtiũ, uel inſtrumentorum, ad tractatũ præſumptionũ, qui interdũ plenã, interdum ſemiplenã inducit probationẽ, accedamus. Videamus igitur quid ſit præſumptio, & quot eius ſpecies, & quis effectus cuiuſlibet pręſumptionis. Pręſumptio eſt argumentum ad credendum aliquod factum, ſurgens ex ꝓbatione alterius facti, puta per hoc, quòd iacet ſimul perſonæ ſuſpectæ, præſumitur coitus interueniſſe, ut extrà de pręſump. c. literis. ſuprà eſt caſus. xxxij. q. j. c. dixit Dominus in Euãgelio. Ad idẽ xxvij. q. j. c. nec aliquam. ubi dicitur, Certe ipſe concubitus, ipſa cõtabulatio, & oſculatio coniacẽtium duo-

Præſumptio quid.

rum,turpis & fœda dormitatio, quantũ dedecoris & criminis cõfiteãtur,&c.Surgit autẽ pręſumptio multipliciter,ex perſo na,ut xxxj. q.j.c.Lotharius.ff.quod metus cauſa.l. nõ eſt ueri ſimile.& dicitur in Canone,quòd nõ eſt præſumẽdum , quòd per hominẽ unum rex cogeretur ad aliquid faciendũ in urbe. Ex loco ſurgit pręſumptio,ut extrà dę præſump.c.quãto. ubi dicitur, Latere te nõ potuit in uicinia,quòd ad nos in longin quo peruenit.Ad idẽ extrà de præſumpt. c.tertio.ubi dicitur, quòd quidã cõſenſerat in quandã per uerba de præſenti,cuius neptis produxit teſtes,q dicebant ſe eos uidiſſe multoties per nemora,per plana,& rura cõuagãtes, & fama uiciniæ hoc cla mabat,unde impeditũ fuit matrimonium.Ex tẽpore præſumi tur,ut extrà de ſpon.& matrimo.c.ad id.ubi dicitur,quòd quę dã fuit copulata cuidã ante annum xij.inuita & renitens, ſed per annũ & dimidiũ cũ eo cohabitauit, præſumitur ergo ſpa- tio tãti tẽporis cõſenſiſſe,nec admittuntur teſtes,quòd ab ini tio nõ cõſenſerit.Ad idẽ ff.de re mil.l.nõ omnes,Ex ætate pręſumuntur,ut extrà de præſumptionibus,c,cum in iuuẽtute.u- bi dicitur,quòd quidã rex accuſabat quendã Epiſcopum de in ceſtu:quia,ut dicebat,cõmiſerat inceſtũ,cũ nepte ꝓpria.dici- tur ibi, quòd cum iã erat in matura ætate,præſumitur tale cri- mẽ nullatenus perpetraſſe,cum in iuuẽtute ſe adeo maturũ ex hibuerit,& honeſtũ,ut mereretur pallio decorari. Itẽ ex mul- tis modis & cauſis ſurgit pręſumptio,ſicut per cõcordãtias in hoc titulo poſitas euidẽter probatur.Præſumptionũ quatuor ſunt ſpecies,licet quidã Magiſtrorum tãtum tres cõſueuerant aſsignare.Eſt præſumptio temeraria,probabilis,uiolenta , & neceſſaria.Præſumptio temeraria inualida eſt,& repellitur à iu re,nec debet mouere animũ iudicãtis,ut ij.q.j.c. primo ſemp. ubi dicitur,quòd nec ex ſuſpicione, niſi ante iuſtũ indiciũ ali quis dãnetur,imo ſemper debetis diligẽter inquirere, ut cũ iu ſtitia & charitate diffiniatis , neminem condemnetis ante ue- rum iudicium,nullũ iudicetis ſuſpicionis arbitrio. Sed primo probate ſententiã,poſtea proferte charitatiuã. Et quod uobis nõ uultis fieri,alteri facere nolite.Et præſumptio hæc ſurgit à malis hominibus,ex cauſis uilibus, puta cum uident aliquem uirũ ſemel loqui cum muliere,ſtatim præſumũt, quòd pro ma lo. Et male, quoniã dubia in meliorẽ partẽ ſunt interpretãda, ut extrà de reg.iur.c.eſtote.ubi dicitur, quòd in dubiis in me- liorẽ partẽ eſt interpretandum.Eſt & præſumptio probabilis, quę dicitur Pręſumptio iudicis,hęc ſurgit ex ſuſpicionibus a-

liqui

Ex quibus ſub oriatur præſumptio.

Quatuor præſumptionum ſunt ſpecies.

Pia iudicibus inſtructio.

liquibus,& fama crebreſcente,eius effectus eſt, quòd inducit purgationē,extrà de purgat.ca.c.ſi quis.ubi dicitur,Si quis de gradu eccleſiaſtico raptoribus alienarum ſpōſarū ſe cōſenſorē,uel interuentorē prodiderit,à proprio gradu repellatur, & ſi uériſimilibus fuerit exinde ſuſpicionibus pulſatus,canonice ſe purget.Ad idem ij.q.iiij.c.presbyter.& c.ſi mala fama.& c.omnibus nobis.Et cōtra talē præſumptionē admittitur probatio,ut extrà de renūt.c.ſuper hoc.ſuprà c.ti.de proba.& vij. q.j.c.præſentium.nec inducit iudicem ad ſententiādum, tamē cum uno tantum teſte, uel alia ſimili præſumptione, plenam fidem facit, ut iiij.q.iij.c.item in criminali.uerſ.ſæpe.ubi dicitur, Sæpe ſine publicis inſtrumentis cuiuſq; rei ueritas depræhenditur.aliàs numerus teſtium,aliàs dignitas, & autoritas, aliàs ueluti fama conſentiens, confirmat rei, de qua agitur, fidem. Non autem ad unam probationis ſpeciem, cognitionem ſuam iudex debet inclinare, ſed ex conſcientia animi ſui æſtimare,quid aut credat,aut quid uerum ſibi opinetur.Ad idē ext.de præſump.c.illud.uel ad minus talis præſumptio mouet iudicē,ut deferatur iuramentū ei,pro quo eſt præſumptio, & ſententia feratur pro eo,ut C.de rebus cre.l.in bonæ fidei. ext.de iureiuran.c.admonendi.ext.de procur.c. ex inſinuatione.extrà de probat.ſicut cōſuetudo. Et hoc totū habes in tit. de probat. Violēta præſumptio ſurgit ex ueriſimili probatione,& dicitur præſumptio iuris,quoniā ius præſumit ita eſſe,ut puta cū apparet chirographū cancellatū, ius præſumit debitorē liberatū.ut ff.de probat.l.ſi chirographū.ubi dicitur,Si chirographū cācellatū ſit, licet præſumptione debitor liberatus eſſe uideatur,tamē ſuper eā quantitatē,quam manifeſtis probationibus creditor ſibi deberi adhuc oſtenderit, recte cōuenitur debitor,ut ff.de pactis.l. Labeo ait.Et præſumit ius,quòd nullus reſignet perſonatū eccleſiæ, & recipiat poſtmodū uicariā,ut ext.de præſump.c.quia ueriſimile.ubi dicitur de quodā, qui dicebat ſe renūtiaſſe perſonatui & tenuiſſe uicariā, quod nō eſt credēdū,nec præſumēdū quod renuntiaſſet illi quod eſt maius,& retineret id quod eſt minus.Huiuſmodi præſumptionis talis eſt effectus,quia inducit iudicē ad ſentētiādū,niſi probetur cōtra præſumptionē,ut probatur per eaſdē cōcordantias.& ext.de probat.c.propoſuiſti.ſuprà eſt caſus. Neceſſaria præſumptio eſt,quę dicitur iuris & de iure,cū ꝑſumitur uehemēter ſic eſſe.Et ꝓpter talē ꝑſumptionē ius ſtatuitur:puta aliquis cognouit ſpōſam ſuā cōditionalē,ꝑſumit ius purū cōſenſum

Probatio admittitur contra hanc.

Præſumptio huc facit,ut deferatur iuramētum deciſorium.

Violenta præſumptio.

Effectus uiolētæ præſumpt.

Neceſſaria præſumptio.

ſum matrimonialẽ adeſſe,& ſentẽtiat pro matrimonio.& ext. de ſpõ.c.de illis.& ext.de præſum.c.illud.ubi d. Quidã ſeruus cũ quadã muliere libera cohabitauerat diu,& cognouerat,& dicebatur eſſe maritus illius: illa negabat ipſum eſſe maritum ſuũ,ille maritus ecõtra aſſerebat illã ſuã eſſe uxorem,& ꝙ annulos in manu gerebat,quod erat ſignũ mulieris,& quòd habebat inſtrumẽtũ,in quo cõtinebatur donatio ꝓpter nuptias, & ideo dicebat eã uxorẽ ſuã eſſe.Mulier ecõtra allegabat eum nõ eſſe ſuũ maritũ,quia ſæpe monitus fuerat ab amicis ſuis,ut eã duceret in uxorẽ,& ille noluit,imò dicebat,ꝙ nunquàm eã duceret,dicebatq; illud inſtrumentũ falſum fuiſſe,ut dominũ ſuũ opere defraudaret. & dicebat mulier,quòd annulos more mulierum pauẽ uẽdentium in terra illa gerebat.pręcepit Papa,quòd fama uiciniæ ſuper hoc requiratur:& ſi fama loci habeat,quòd tãquã cõiuges ſe geſſerunt,remaneat cum illo. Ad idẽ extrà de cõd.appo.c.per tuas.uerſus finẽ.ubi dicitur,quòd cũ cõſtat ꝙ poſt cõtracta ſpõſalia eſt carnalis copula ſubſecuta,præſumẽdum eſt uehemẽter pro matrimonio,eò, quòd ab interpoſita cõditione uidẽtur receſsiſſe.Itẽ ſi mulier tradita in uita uiro,cõſenſit in carnalẽ copulã,ius præſumit ibi eſſe matrimoniũ,ut extrà e.qui ma.ac.poſ.c.inſuper adiecisti.ubi dicitur:Quidã cõtraxit cum quadã puella nõ nubili, quæ tamẽ poſtquã peruenit ad ætatẽ legitimã,multoties ab eo cognita fuit.poſt quatuor,aut quinq; annos,à tẽpore matrimonij,dixit ſe ſemper diſſenſiſſe ab illo. Et quod dicebat,uoluit probare per teſtes,& famã:dicitur ibi,quòd aduerſus mrũ nõ debet audiri,ideo,quia nõ reclamauit ante cõmixtionem in anno legitimo matrimonio apto. Et ideo quẽadmodũ ante legitimũ tẽpus potuit diſſentire,ſic poſtquã legitimo tẽpore accedẽte ſemel in carnalẽ copulã conſenſit,ex ratihabitione ſibi ſilẽtiũ nõ ambigitur indixiſſe. Ad idem extrà de eo qui duxit in ma. quam pol.per ad.c.ſignificauit. Itẽ ſi ſtet mulier cũ eo per annum & dimidiũ,ius ſtatuit quòd non auditur ulterius uolens uiolentiã probare,ut extrà de ſpon.c.ad id.Item in ſumma notandum,quòd omne officium recte actum præſumitur,ut extrà de renunt.c.in pręſentia,ubi dicitur,quòd præſumitur pro iudicibus recte iudicaſſe,donec cõtrarium probetur. Ad idem ext.de ſeruti.in ord.fa.c.ex parte.ubi dicitur de quodã Epiſcopo, quẽ quia indignum nõ nouit, dignum reputare debet.ff. de manu.teſta.l.ſeruos.ubi dicitur,Seruos legauit & cauit,Rogo te &c.ſi promeruerint,dignos eſſe libertate exiſtimes.Prætoris

Præſcriptio matrimo. contra uiolentiã.

Omne officiũ rectè actũ præſumitur.

toris autoritate fieri debet, ut cogat libertatem præſtare, niſi quid tale ij ſerui admiſerint, quòd indigni ſint, quòd libertatem conſequantur. Item in ſumma notabis, quòd quilibet bonus præſumitur, donec contrarium probetur, ut extrà de præſump. c. dudum. ubi dicitur, quòd præſumendum eſt de quolibet, quòd ſit bonus, donec probetur contrarium. Ad idẽ xj. q. iij. c. abſit ut quicquam ſiniſtri de iis arbitremur, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore cõficiunt. Itẽ omne maleficiũ praue præſumitur actũ, ut extrà de præſump. c. j. ubi dicitur, Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas & ſagittas in mortem alterius, ita uir, qui fraudulenter nocet amico, & cum fuerit depræhenſus, dicat, Ludens feci. quod uerum eſt omnino, niſi ratione perſonæ contraria oriatur præſumptio. v. q. v. c. non omnis qui uerberat, inimicus eſt, nec omnis qui parcit eſt amicus. Meliora autẽ ſunt uerbera amici, quàm fraudulenta oſcula inimici. melius eſt enim cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere.

Itẽ bonus quiſque præſumitur.

De probationibus iuris & allegationibus.

POSTQVAM de facti probatione uidimus, quę ſit per teſtes & inſtrumẽta, atq; præſumptiones, cõſequẽter de probationibus iuris, hoc eſt, de allegationibus ſubiũgamus, quia ex quo dicta teſtiũ ſunt publicata, & inſtrumẽta exhibita, & utrique parti cõceſſa, allegationibus inſiſtẽdũ eſt, ut extrà de teſti. c. in cauſis. in fine. ubi dicitur, quòd ſuper dictis teſtiũ, cũ fuerunt publicata, & inſtrumẽta exhibita, & utriq; parti cõceſſa, debet publice diſputari. Et tũc ſurgere debẽt cauſarũ patroni, qui glorioſæ uocis munimine cauſarũ ambigua facta dirimãt ſuæ defenſionis uiribus: publicis ſępe in rebus & priuatis lapſa erigunt, fatigata reparãt, qui nõ minus prouidẽt humano generi, quàm ſi prælijs ac multis uulneribus patriã parenteſq; ſaluarent: nõ enim ſolos militare noſtro imperio credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus pugnant, ſed & aduocatos quoq;. Militant nanq; cauſarum patroni, qui glorioſæ uocis munimine cõfiſi, laborãtiũ ſpẽ, uitã & poſteros defendũt. Vnde uidendum eſt, quid ſit allegare, quis ordo allegandi, & qualiter ſunt allegationes faciendæ, qualiter reſpõdendũ ſit allegatis, quid pertineat ad officium allegantium, & quid ad officium iudicis in medio ſedentis. Allegare eſt intentionẽ probationibus facti, in iudicium introductis, iuribus approbare.

Hæc ſunt ex l. aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum.

Diſtributio materiæ.

Allegare quid.

Ordo allegãdi. Iſte eſt ordo allegandi, Actor primo proponere debet, quę ad intentionem ſuã fundandam uiderit expedire. Deinde reus allegatis ab actore reſpõdeat, reprobãdo eius allegationes per dicta teſtium, uel inſtrumentorum, uel per alias probationes, inducendo pro ſe iura contraria, & inductis ab actore, rationabiliter reſpondendo, quoniã actor ad intentionẽ cauſæ amplificãdam: reus uerò ad extenuationem eius laborare debet, iiij.q.iiij.c.j.in fi.ubi dicitur, Iudices uti debẽt æquitate, teſtes ueritate, accuſatores intẽtione ad amplificandã cauſam, defenſores extenuatione ad diminuendam cauſam. Ad idẽ eo.tit.c.j. & ij.ſuprà eſt de off.aſſeſ. Et ꝙ actor debeat prius proponere, probatur extrà de mu.pe.c.ex literis. ſuprà e.de reconuent.& per regulam illã, Qui prior appellat, prior agat. Deinde ſi reus exceptionis beneficio iuuari intendat (quoniam in exceptionibus probãdis reus fungitur uice actoris, & qui excipit, probare debet, ut ff.de excep.ſi pactũ.l.in exceptionibus.ſuprà e. de excep.) alleget ea, quæ ad intẽtionẽ fundandã, & exceptionem probandam faciunt. Et poſtea allegationibus rei actor reſpondeat, deſtruendo allegationes eius, ſi poteſt. Deinde, ſi actor cõtra reũ replicare intenderit, ſuper ipſa replicatione, ſi quid habet, proponat: cui eodẽ modo reſpõdeatur à reo, & ſimiliter fiat in triplicatione, & deinceps. Hoc modo faciendæ ſunt allegationes, ſi talis eſt iudex, de cuius iuriſdictione non immerito dubitari poſsit, puta delegatus, uel arbiter, aduocatus actoris legat primo literas commiſsionis, uel chartã compromiſsionis ſuæ, deinde ſuã recitet petitionem legẽdo libellum, ſi datus fuerit in cauſa. Si aduerſarius aliquã partẽ petitionis ſuæ confeſſus fuerit in iure, illã proponat iudici proteſtando, & tunc quaſi pro iudicato habeatur, ut ff.de confeſſ.l.j.ſuprà e. Ea uerò quæ aduerſarius negauerit per probationes introductas in cauſa, ſatagat approbare, ſcilicet per dicta teſtiũ uel per inſtrumenta, uel per reſpõſiones uel præſumptiones, legendo dicta teſtiũ ſuper denegato articulo. ſic legendo dictũ cuiuslibet teſtis, qui ſuper illo articulo depoſuit. & quãto plures teſtes cõcordes habet, tãto melius erit, quoniã aliàs numerus teſtium, aliàs fama cõſentiens cõfirmat rei fidẽ de qua quęritur, ut ext.de teſti.c.in præſentia.& iiij.q.iij. c.itẽ in criminali.uerſ.ſæpe. ſuprà eſt. Sed ſi aliqui teſtes diſcordes eſſe uidentur, cõcordet illos aduocatus ſi poteſt. ut ext.de teſti.c.cũ tu fili.& ij.q.j.c.ſi peccauerit.ubi dicitur, Diſtribuite tẽpora & cõcordabit ſcriptura. Itẽ præſumptiones & inſtrumẽta faciũt cũ

teſti

teſtibus uel cũ dictis eorũ,ideoq; allegct ea ad cõfirmãdã fidẽ teſtiũ,ut ff.de probatio.l.Imperatores.§.probationes quæ filiis dãtur,nõ in ſola affirmatione teſtiũ conſiſtũt,ſed & in epiſtolis quæ uxorib.miſſæ allegãtur,ſi de earũ fide cõſtiterit,et nõnullã fidẽ inſtrumentorum decreuimus obtinere.Et omnia quæ faciũt ad id,quod probare intẽdit,inducat,& inſimul cõiungat,& allegct,quoniã qui allegat,alligat,ut omnib.cõiunctis & inuicẽ ſibi ſuffragantibus probetur fortius,quod intenditur.nã funiculus triplex difficile rũpitur.ut ext.de treuga & pa.c.j.Et quæ non proſunt ſingula multa iuuãt. Fundata uerò intentione ſua,probatione facti,ad probationes iuris deſcendant,allegãdo leges & canones,& argumẽta & rationes,quæ ad ſuã faciãt intentionẽ.ut xj.q.iij.c.ſummopere præcauendũ eſt, ut rectores Eccleſiæ, & q publica iudicia exercent, in dictãdis ſentẽtiis nullatenus leuitate aut fauore ducti, ſint p̃cipites.Sed cauſis prius diligẽter uentilatis,cũ res quæ ignorabatur,pleniter ad notitiã peruenetit,tũc diuina & humana lex reſoluatur.Et ſecũdũ id,quod iure cõſtitutũ eſt,remota perſonarum acceptione, diffinitiua ſentẽtia ꝓferatur.hinc eſt ꝙ Moſes querelas populi ſemp ad Dominũ, tabernaculũ ingreſſus, referebat:& iuxta quod Dominus imperabat,iudicia proponebat, nimirũ nos inſtruens,ut nõ ex corde noſtro,ſed ex prę cepto diuino,cõdemnationis uel iuſtificationis ſententiã proferamus.Et ſi ſint plures articuli & petitiones,ita faciat ſuper quolibet,cõcludens ꝙ per ea,quæ allegauit,& alia q̃ pro actore faciũt,iudex ſibi debeat reũ cõdemnare,& pro actore ſententiã dare. Tũc reſpõdeat aduocatus rei p ordinẽ ad omnia, quæ introduxit pro ſe actor,deſtruẽdo omnia dicta teſtiũ,quibus actor ſuã fundauit intentionẽ, aſsignãdo cõtrarietatẽ, & uarietatẽ in dictis eorũ, ſi poteſt, uel ꝙ nõ reddunt rationem ſui teſtimonij,uel ꝙ nõ reſpondent ad interrogata, uel quia ſunt infames,& tales ꝙ nõ ſit eis fides adhibẽda, uel dictis eorũ,ſicut ſuprà tractauimus in tractatu teſtiũ,uel redarguendo eos de falſo,ut dicitur infrà in ti.ſpeciali. Et eodẽ modo reſpõdeat inſtrumẽtis & pręſumptionibus,& aliis rationib.ab actore introductis.Et demũ ad iura allegata reſpõdeat,diſtinguendo & exponẽdo illa,& alia iura allegãdo, & hæc allegãdi, & reſpondẽdi forma probatur expreſſe,extrà de fide inſtru.c.inter dilectos.Si autẽ reus aliquam propoſuit exceptionẽ,quoniã in excipiendo reus fit actor,ut dictũ eſt ſupra,ipſam exceptionẽ cõfeſsionibus,inſtrumẽtis, & præſumptionibus probare

Funiculus triplex difficulter rumpitur.

Iudex ſecundũ ius ſcriptum iudicet.

bare laboret, ſicut de allegationibus ex parte actoris dictum eſt. Et ei ab actore reſpondeatur, ſicut ſuperius oſtenſum eſt, & ſic fiat in replicatione, quæ cõpetit actori, & in triplicatione, quæ cõpetit reo, ut ff. de excep. l. j. ſuprà eſt tit. de excep. Et nota ꝙ in omnib. allegationib. primo dicendũ eſt aliqd, quod moueat animũ iudicis ad credendũ ſibi: medio dicat mediocria, ultimo reſeruet, quod ualidius eſt: quoniã ea, quæ ultimo audiũtur, melius memoriæ cõmendantur, ut de con. di. ij. c. liquido. uerſus mediũ, ubi dicitur, Saluator, quo uehementius commendaret miniſterij illius altitudinẽ, hoc ultimo uoluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorũ, à quibus erat digreſſurus. Ad officiũ allegantiũ pertinet nõ ſedere, ſed ſtare, & omnia probare, quẽadmodum cauſæ clienculi ſui prodeſſe uiderit, nulla tamẽ cõuitia cõferat, niſi quæ ad cauſam proficiãt, ut C. de poſtu. l. quiſquis. ubi dicitur, Si quis adeo procax fuerit, ut nõ ratione, ſed probris putet eſſe certãdum, opinionis ſuæ imminutionẽ patiatur: nõ enim cõniuẽtia cõmendanda eſt, ut quiſquã negotio ſuo derelicto, in aduerſarij ſui contumeliã, aut ignominiã pergat. Caueat itaq; aduocatus actoris diligenter, ne cõtrarius ſibi ſit in ſuis petitionibus, qa contraria allegãs nõ eſt audiendus, ut extrà de ap. c. ſolicitudinẽ. Aduocatus uerò rei, uariis exceptionibus uti poteſt, ut extrà de excep. c. nemo. ubi dicitur, Nemo prohibetur plurib. exceptionibus uti, quãuis diuerſæ ſint, niſi lex impediat. ad idem ff. de regu. iuris. l. nemo. Verũtamen ſi aduocatus errat proponendo contrariũ, q̃ deberet proponere, aut in facto, & præſente domino litis, & nõ contradicente, & perinde habendũ eſt, ac ſi dominus ipſe cõfeſſus eſſet, ut C. de errore aduoc. l. j. ubi dicitur, Ea quæ aduocati partiũ præſentibus iis, quorũ cauſæ agũtur, allegãt, perinde ſunt habẽda, ac ſi ab ipſis dominis litiũ proferãtur, niſi incõtinenti, id eſt, triduo proximo ipſi cõtradixerint domini. Ad idẽ extrà de cenſibus. c. olim. circa mediũ. Et dicit Decr. no. ꝙ procurator poteſt reuocare facti errorem, ut extrà de ap. c. cũ cauſam. Poteſt & dominus ipſe reuocare errorẽ aduocati in facto, uſq; ad diffinitiuã ſententiã, ut C. de iuris & facti igno. l. error. ubi dicitur, Error facti nõdum finito negotio, nemini nocet. nã cauſa deciſa per ſententiam, uelamento tali nõ reſtauratur. Ad idem facit Decret. no. extrà de confeſs. c. ex parte. Et hæc ſententia eſt domini Azonis. Sed alij quidã dixerunt, ꝙ uſq; ad triduũ, & ultrà non, ut C. de erro. aduoc. l. penult. ſuprà eſt. Sed ſi aduocatus etiã errat in iure, poteſt

Collocatio probationum.

Allegans ſtare debet.

Si aduocatus erret in proponendo.

Vſque ad triduũ emendare poteſt aduocatus.

poteſt reuocare ſuũ errorem ſecundũ opinionẽ omniũ,& corrigere quãdocunq; uoluerit, quoniam qualitatem cauſæ melius ſcire poteſt,quàm iuris ſtatuta.Ad officiũ iudicis pertinet ſedere & nõ ſtare,& inueſtigare omnia quę ad inſtructionem faciunt,interrogãdo & obijciendo,ut xxx.q.v.c.iudicantẽ.ſuprà eſt.ſupplere etiã debet id quod aduocatis partium deeſt in iure,& quãdoq; in facto,ut ext.de cõceſ.prębendæ & ec.uac.c.ex parte.& in Inſti.de ac.§.ſi minus.ff.de ædilit.edicto.l.bouem.§.aliquando.ff.famil.erciſ.l.ſi filia.§.j. Sed cõtrà ext.de ſimonia.c.licet.& ff.cõmuni diuidun.l.ut fundus.ext.de confir.utili uel inuti.c.examinata. Solutio, Poteſt dici ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt ſupplere de iis quæ ſpectant ad iudicij ſubſtantiam,& etiamſi aliqua ratio allegatur,& alia quæ nõ allegatur,moueret iudicem,iudex poteſt eam ſupplere ex officio ſuo(ut ext.de cõceſ.præ.& ec.non ua.c.ex parte.)in iure:quoniã ſi ius omittit,quod allegare debuit,ſupplere debet iudex, &id proferre quod legib. & iuri publico uideatur cõuenire. ut expreſſe habetur C.ut quæ deſint aduo.partium iudex ſuppleat.l.unica.ubi dicitur, Non dubitandum eſt iudicẽ,ſi quid à litigatoribus,& ab iis qui negotiis aſsiſtunt,minus fuerit dictum, id ſupplere & proferre quod ſciat legib.& iuri publico cõuenire.Quoniã iudex introducere poteſt legem & canonẽ, qui ad cauſam faciunt,& ex officio ſuo allegatis reſpõdere.Et etiã debet iudex libellũ male formatũ reijcere,ne cogãtur partes & ipſe inutiliter laborare.ut ff.de off.aſ.l.j.ſuprà c.ti.de aſſeſ.& ij.q.ulti.libellorũ. ſuprà eſt de libel. Et hæc iuris ſuppletio locũ habet ante lit.cõteſt. & poſt.In facto autẽ,quod ſibi notũ eſt tanquam iudici,iudex ſupplere debet,nõ in eo quod ſibi notũ eſt ut priuato.quid enim ſi ſciat cõfeſsiones partium per dicta teſtiũ,& aliqua illarum partium, aliter illa proferat quàm ſcit? certe tacente altera parte uel abſente, ſupplere debet,& oſtendere aliter q̃ proferãtur,illa ſe habere.Et ꝙ in tali facto poſsit ſupplere, probatur C.de ap.l.ampliorẽ.Itẽ ad officium iudicis pertinet repellere militem à procuratione,etiã tacente aduerſario,ut C.de procur.l.militem.ubi dicitur, militem ſtipendiarium,nec pro patre,matre, uel uxore,uel ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri poſſe, neque defenſionem alienam ſuſcipere,uel redimere negotium, uel quaſi ſuffragatorem accedere , pro publica utilitate permittitur. Neque debet iudex finem imponere dictis aduocatorum , ſed dicant quamdiu uoluerint , ut xxx. q.v.iudicantem.fini-

Iudex ſupplet quod deeſt aduocatis.

Quomodo intelligatur iudex ſupplere quod cauſæ deſit.

Ineptum libellum reijcit Iudex ex officio.

In facto quando & quomodo ſuppleat.

Miles repellitur ab aduoc. per off.iud.

Iudex non debet diſputandi copiã teſtibus præcidere.

tis allegationibus utriuſq; partis, quærere debet iudex, ſi habuerint quid amplius, quod proponant. Si autem partes renũtiauerint allegationibus, & cõcludãt in cauſa, tunc petant ſententiã ferri, quæ omnia redigẽda ſunt in ſcriptis apud acta, ut extrà de proba. c. quoniã. ſuprà eſt. Iis præactis debet iudex recapitulare allegationes, & reſponſiones partiũ ſub breuiloquio, ſicut fecit Salomon in quæſtione duarũ meretricũ de filio litigantiũ, dicentiũ, Filius meus uiuit, &c. Et hoc debet fieri, ut partes intellıgãt, quòd iudex ſit plene inſtructus in meritis cauſæ. Et ſi quæſtio intricata mota eſt, quæ plures habeat articulos, allegationes partiũ in ſcriptis recipiat, & ſuper ijs deliberet, nihil omnino omittens in conſilio habẽdo, uiſis omnibus in cauſa productis, & diligẽter examinatis, per diffinitiuam ſententiã ſecundũ cauſæ merita terminet quæſtionem.

Iudex debet p epilogum deducta partiũ repetere ante ſententiam.

TANCRETI ORDINIS IVDICIARII TRACTATVS

LIBER QVARTVS DE SENTENTIA DIFFINITIVA.

QVONIAM diffinitiua ſentẽtia omnibus cõtrouerſijs ſiue negotiis finẽ imponit, ut ff. de ſen. & re iudic. l. j. ubi dicitur, Res iudicata dicitur, quæ finẽ controuerſiarũ pronuntiatione iudicis accepit: quòd uel per abſolutionem, uel cõdemnationẽ contingit, ut ff. de arbit. l. diẽ. §. ſtari. & eo. l. qualẽ. Idcirco in hac quarta particula & ultima præſentis operis, de ſentẽtia & ijs quæ ſequũtur, tractatũ ſubiiciamus. Videamus igitur quid ſit ſententia, quot ſint eius ſpecies, à quo proferẽda, quãdo, & qualiter, & quis effectus ſententiæ. Eſt aũt ſententia proprie diffinitio iudicialis, quæ cõtrouerſijs finẽ imponit pronunciatione iudicis, cõdemnationẽ uel abſolutionem continens, ut ff. de ſen. & re. iud. l. j. Excõmunicatio autẽ uel interdictum nõ proprie dicitur

Sententia qd.

dicitur ſentētia, quia potius punit, quàm ſinē cauſis imponat. Item dicitur ſentētia arbitrij opinio, ut ff. de recep. arb. l. qualem ſententiā dicat ärbiter, ad prætorē non pertinere, Labeo ait, dūmodo dicat quod ipſi uidetur. & ideo ſi ſic fuerit in arbitrū compromiſſum, ut certā ſententiā dicat, nullum eſſe arbitriū, nec à pretore cogendū ſententiam dicere. Item dicitur ſententia cuiuſcunq; orationis ſignificatio, & quibuſdam aliis modis, de quibus nil ad præſens. Iudicialis autem ſententiæ duæ ſunt ſpecies. Nam alia eſt diffinitiua, alia interlocutoria. Eſt autem interlocutoria ſententia ſemiplena ſententia quæ profertur inter principium & finem cauſæ, nō ſuper principali, ſed ſuper emergentibus, & inhærentibus quæſtionibus, puta ſuper libello offerēdo, uel corrigendo uel danda dilatatione, uel deneganda, & ſimilibus, ut extrà de libel. obl. c. ſignificātibus. Ad idē ext. de off. deleg. c. cū olim. & de teſti. c. ſignificauerūt. Et ꝙ interlocutio non ſit plena diffinitio, probatur, per dictas cōcordātias, & C. de rebus credi. l. pen. Et dicit dominus Azo, quòd ſententia interlocutoria non obtinet uim rei iudicatæ, & hoc ideo, quia qui protulit ipſam, poteſt eam reuocare, ut ff. de re iudi. l. quod ius ſit. & melius ext. de ap. c. cum ceſſante. ubi dicitur, Cū ceſſante cauſa, ceſſet & effectus, ſtatuimus, ut ſiue iudex ordinarius, ſiue deleg. aliquid cōmittendo, uel cōminando, uel interloquēdo protulerit, quo executioni mandato, alter litigantiū grauaretur, & ſano uſus cōſilio ab huiuſmodi interlocutionis, uel cōminationis effectu deſtiterit, libere in cauſæ cognitione ꝓcedat, nō obſtāte, ſi de tali cōminatione fuerit appellatū, dūmodo nō ſit ex alia cauſa ſuſpectus, ne proceſſus negotij friuolis occaſionibus retardetur. Diffinitiua ſentētia eſt, quæ principale negotiū determinat, quæ tamen debet continere abſolutionem uel condemnationē, aliter non ualet, ut ff. de re iudic. l. j. ſuprà eſt ij. q. vj. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. ubi dicitur, Diffinitiua ſententia, quæ uel abſolutionē uel condēnationem nō continet, pro nulla habetur.* Vel aliquid aliud, quod habeatur loco cōdemnationis uel abſolutionis cōtinere debet. Ad idē. ff. de arbitris. l. quid tamen. §. ſi arbiter. A quo proferēda ſit ſentētia? Reſpōdeo à ſuo iudice, ab eo qui iuriſdictionē ſuper queſtione ꝓpoſita habet. Nā ſentētia à non ſuo iudice lata nō tenet, ut ext. de conſuet. c. ad noſtrā. Et ſciendū eſt, ꝙ non cōpetens iudex dicitur, qui nullā habet iuriſdictionē, puta cum per falſas literas cōmiſsio facta eſt; ut ext. de crimine falſi. c. ſuper eo autem

Excōmunicatio nō proprie ſententia dicitur.

Variæ ſententiæ ſignificationes.

Interlocutoria nō obtinet uim rei iudicatæ.

Facit ad ultimam hāc particulā quod legitur extra in c. in his q̄ ambiguitatem. de uerb. ſig.

autem quod autoritate falſarũ literarũ latam noluiſti mãdare executioni ſententiã, cõmendamus prudentiã ſuã, mandãtes, ut quandocũq; ſcripturã aliquam ſub nomine noſtro deſtinatam, redarguendã uideris falſitatis, nullã ei fidẽ adhibeas, & quod in ipſa mãdatur, nõ obſerues, ſed eũ, qui repræſentauerit retineri facias. Itẽ ſi iudex datus eſt ad unã cauſam certã, & uoluerit iudicare de alia, nõ poteſt, ut ext. de off. deleg. c. cum olim. primo loco. ubi dicitur, quòd extra ea, de quibus fit mẽtio in reſcripto, nõ poteſt iuriſdictio prorogari. Ad idẽ extrà de off. deleg. c. p. & g. Itẽ ſi partes cõſentiant in eũ qui nulli iuriſdictioni præeſt, nõ poteſt iudicare: quoniã priuatorũ cõſenſus iuriſdictionẽ non tribuit ei, qui nulli præeſt, ut ff. de iud. l. j. ut expreſſe dicitur C. de iuriſdi. om. iud. priuatorũ conſenſus iudicem nõ facit, qui nulli præeſt iuriſdictioni, nec quod ita ſtatuit, autoritatẽ continet rei iudicatæ. Itẽ ſi in eũ, qui iuriſdictionẽ habet, conſentiant partes per metũ, uel per errorem, nõ ualet ſentẽtia, ut ff. de iud. l. ij. ff. de iuriſdi. om. iudic. l. ſi per errorẽ alterius, alius fuit aditus prætor, nil ualebit quod actũ eſt: nec enim ferendus eſt, qui dicit eos cõſenſiſſe in præ-

Nõ cõſentiũt, qui errant.

fidem, ut Iulianus ſcripſit. Non enim conſentiũt, qui errant. Quid enim tam contrariũ conſenſui, quàm error, qui imperitiam detegit? de metu habetur. Ea quæ ui, metúsue cauſa geſta ſunt, &c. & in rubro & in nigro, per totũ. ff. eo. tit. l. j. ubi dicitur, Quòd ui, metúsue cauſa factũ eſt, ratũ nõ habebo, prætor ait. Si uerò iudex habet iuriſdictionẽ ſuper re, de qua profert, licet ante lit. conteſt. potuiſſet per exceptionẽ eius iuriſdictio declinari: Si tamẽ lite corã eo conteſt. ſententiã tulerit, ualida eſt, ut ext. de ſent. & re iudi. c. inter monaſteriũ. ſuprà eſt caſus tit. de excep. ubi dicitur, quòd quis ſubeundo iudiciũ, excep. dilatoriis renũtiare uidetur. Et ꝙ ante lit. conteſt. except. dilatoriæ ſint ꝓpõnẽdæ, ꝓbatur ext. de ap. c. cũ cauſam. & C. de excep. l. pen. niſi ex aliis cauſis poſſit reprobari iuriſdictio eius,

Iudex ore proprio ſentẽtiam proferat.

ut infrà dicemus. A' quo ferenda ſit ſentẽtia? Reſpõdeo, Iudex ipſe ferre debet ſentẽtiã ore ſuo, & nõ cõmittere alij, ut eã recitet: alioquin ipſo iure nulla eſt, ut ext. de cõſuet. c. ad noſtrã. ubi ponitur talis caſus: In Dacia erat cõſuetudo, ꝙ in cauſis eccleſiaſticis, allegationibus utriuſq; partis à circunſtãtibus literatis & illiteratis, ſapiẽtibus & inſipiẽtibus auditis, quid iuris eſſet ſuper illo articulo, inquirebãt. Et quod illi dicebãt, ſiue aliquis eorũ, pro ſententia habebatur: repræhẽdit Papa cõſuetudinem, utpote nullã, & iuri ſcripto contrariã, & prohibet, quòd

quòd de cætero talis cõſuetudo nõ obſeruetur, quia ſententia a non ſuo iudice lata, non tenet. Ad idẽ & melius C. de ſenten tiis ex breuiculo reci. l. j. ubi dicitur, Arbitri ſentẽtia nulla eſt, quam ſcriptã edidit, ſi non litigatoribus ipſe recitauit. Ad idẽ C. eo. tit. l. hac lege perpetua credimus ordinandũ, ut iudices apud quos cognoſcẽdi & pronũtiandi manet neceſsitas, non ſubito, ſed ex deliberatione habita, poſt negotium, ſentẽtias põderatas ſibi antè forment, & emendatas ſtatim in libello ſecuta fidelitate, conferant, ſcriptasq; ex libello partibus legãt. Sed nec ſit eis poſt hæc copia mutãdi uel corrigendi, exceptis tam uiris eminẽtiſs. pręfectis ꝑtorio, q̃ alijs, illuſtrẽ adminiſtra tionẽ gerentibus, cæteriſq; illuſtribus iudicibus, quibus licẽtia cõceditur, etiã per officiales ſuos & eos qui miniſteriũ ſuũ eis accõmodant, ſententias diffinitiuas recitare. Excipitur iudex illuſtris, qui poteſt per quẽlibet alium ſententiã ſuã recitare, dũmodo iſte ſciat eam legere, ut ea. l. dicitur. & in Aut. ut ab illuſtri. & qui ſupra eã dignitatem ſunt cõſtituti. §. ſancimus. coll. v. ubi dicitur, Sancimus igitur uſq; ad magnificẽtiſsimos illuſtres hæc ualere, & modis omnibus eos per procuratores pecuniarias exercere cauſas: nec non etiã iniuriarũ per procuratorem criminali modo mouere, ſecundũ quod datum eſt eis ſuper hoc priuilegium: nec cogãtur aut ſedere cum iudicibus cum iudicãt, aut ſtare rurſus tanquã litigantes: ex utroq; enim cauſa uidetur incauta, aut dignitatibus iniuriam ſuſtinẽtibus, aut iudiciale ſchemate indignè procedente. Poſt magnificentiſsimos igitur illuſtres, omnibus licẽtia ſit uolẽtibus ꝓcuratores ordinare, & per ſe lites exercere, nulla ex hoc neq; prohibitione, neq; dãno, neq; pœna inferenda eis. Tua igitur eminẽtia, quæ uiſa ſunt nobis, & per hanc ſacrã declarata ſunt legẽ, omnibus faciat manifeſta, q̃ moris ſunt ſuper his agẽs. Itẽ ſi plures ſunt iudices, omnes ſententiare debent: aliter non ualet ſententia, ut ij. q. vj. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. in illo uerſ. Si plures ſunt iudices dati, nõ ualet ſentẽtia, ueruntamen nec ab ea oportet appellare, ut extrà de off. iud. delegati. c. cauſam. ſuprà eo. tit. de offic. deleg. Ad idem ff. de arbit. l. ſi in tres. Et hoc uerum eſt generaliter, niſi aliquis eorũ eſſet abſens per contumaciam, quoniam tunc ualeret ſententia præſentium, ut extrà de offic. deleg. c. prudentiam. §. addimus. ubi dicitur, quòd niſi fuerit in commiſsione appoſitum, ut ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo nihilominus in cauſa procedant: & ſi aliquis ex ipſis, cũ poſsit, noluerit intereſſe, duo nihilominus

Iudex illuſtris per ſubſtitutũ ſentẽtiam profert.

Si plures ſint iudices, omnes debent ſententiare.

nus in cauſa procedant, licet ipſe grauiſsimè ſit puniendus pro eo quòd mandatũ Apoſtolicũ ſubterfugiat. Ad idem ff. de re iudic. l. duo. ubi dicitur, Duo ex tribus iudicibus, uno abſente iudicare non poſſunt: quippe omnes iudices iudicare iuſſi ſunt. Sed ſi unus adſit, & econtra ſentẽtiat: ſtabitur duorum ſententiæ. Quid enim minus uerum eſt, omnes iudicaſſe?

Quando ferenda ſit ſententia.

NVNC uideamus quãdo ferẽda ſit ſentẽtia: & quidẽ ordine iudiciario præmiſſo, lit. ſ. cõteſ. cõfeſsionibus, allegationibus, & atteſtationibus auditis, & omnibus cauſæ meritis diligẽter inueſtigatis. In die nõ feriato, & ante crepuſculum noctis: quia aliter ſentẽtia nõ ualet, ut ext. de pur. ca. c. cum dilectis. xxx. q. v. c. iudicantẽ. & ext. ut lit. nõ cõteſt. c. ad hęc. & extrà de reſcri. c. cũ inter. ext. de off. deleg. c. cõſuluit. ubi dicitur, quòd ad procedendũ in cauſa cõgrua hora intelligatur, ex quo poſsit ante tenebras perfici, quod incũbit. Ad idẽ ff. de feriis. l. ſi feriatis. ſuprà eſt tit. de feriis. Alioquin ſentẽtia lata ordine iudiciario prætermiſſo, uel nõ ſeruato, ipſo iure nõ tenet, ut j. q. vij. §. diffinitiua. ubi dicitur, Sententia contra ordi. iudi. lata à præſide, autoritatẽ rei iudicatę non obtinet. Et hoc generaliter uerum eſt. Sed tamẽ excipiuntur quidã caſus, in quibus lit. non cõteſt. poſſunt teſtes recipi, & ſententia diffinitiua ferri. Primus eſt, ſi agatur de electione alicuius prælati caſſanda, uel confirmanda. Secũdus eſt, ſi agatur de matrimonio carnali & is, qui cõuenitur, cõtumax eſt. Tertius eſt, ſi agatur in modũ inquiſitionis de crimine alicuius, ut extrà ut lit. non cõteſt. c. quoniã frequẽter. ext. de accuſ. c. qualiter & quãdo. ij. loco, circa mediũ, ubi dicitur, Præſens debet eſſe, contra quẽ facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per cõtumaciã abſentauerit. Quartus caſus eſt, ubicũq; aliquid expeditur iudicis officio, ut ext. de iureiur. c. ad noſtrã. ſuprà eſt tit. quando teſtes ſunt producendi. Quintus eſt, actore abſente per contumaciã, & reo petente ſe abſolui, ut ext. de dol. & cõtu. c. cauſam. C. quomodo & quando iudex. Auten. qui ſemel. ſuprà eſt tit. de iudi. Sextus eſt, ubi cauſa mere ſpiritualis eſt, & agitur ſine temporali cõmodo alicuius, ut ext. de ſen. excom. c. à nobis. ubi dicitur, quòd abſolui poteſt poſt mortẽ, qui pœnitentiam agit, ſi moriatur, quod ex certis ſignis colligitur. Ad idẽ xxvj. q. vj. c. de his uerò, qui recedunt. Dominus Azo alios caſus excipit, cum impubes ex Carboniano edicto, uel mulier nomine uentris, petit ſe mitti in poſſeſsionẽ bonorum, cauſa rei ſeruandæ, uel cum quæritur

Sententia lata prætermiſſo ordine iudicij ipſo iure nulla eſt.

Caſus in quibus ante lit. cõteſt. ſentẽtia poteſt proferri.

ritur, an interſit actoris rem exhiberi, uel cũ legatarius petit ſi bi ſatiſdari pro legato. Vel quæritur an ſit legatum relictũ, uel cũ filius petit alimenta, & quæritur an ſit filius: uel cũ capiũtur pignora ex cauſa iudicati, & quęritur an ſint cõdemnati, ut ff. de Carbo. edicto. l. iij. §. duæ cauſæ. ff. de uent. inſpici. l. j. §. ſi poſtea. C. ubi in rẽ act. l. penu. C. de bonis autorit. iudi. poſsid. Auten. qui iurat. ff. ut in poſ. legatorũ & c. l. ſi is à quo. ff. de libe ris agnoſ. l. ſi quis. §. ſi parens. ff. de re iud. l. à Diuo Pio. §. ſi ſu per. In omnibus ſupradictis caſibus ſi is qui cõuenitur uel uo-catur, non uult comparere, quęſtio poterit per ſententiam diff initiuam terminari quo ad articulum illum.

Qualiter proferenda ſit ſententia.

QVALITER proferẽda ſit ſententia? Reſpondeo à iudice ſedẽte pro Tribunali, in loco cõſueto, ubi ſolet ius reddi, uel aliter honeſto, nõ in lupanari uel popina, & hocutraq; parte pręſente. Sẽtẽtia iudicis ſit prius in ſcriptis redacta & cõcepta, corã ſe poſitis ſacroſanctis ſcripturis, ut ij. q. j. c. imprimis. ubi dicitur, quòd nõ poſsũt peti niſi à iudice ſedẽte pro tribunali, & utraq; parte præſente, & cõſentiẽte. Ad idẽ ff. de arbi. l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. ubi dicitur, quòd ſi in aliquẽ locũ inhoneſtũ adeſſe iuſſerit arbiter, puta in popina uel in lupanari, impune ei nõ paretur. Ad idẽ C. de iud. l. properãdũ. & l. rẽ nõ nouã. Præ terea adeſſe debẽt in prolatione ſentẽtiæ ij, quorũ cõſilium in præſentia requiritur, puta epiſcopales Canonici, qui cum Epi ſcopo ſentẽtiã proferre debent, ut xv. q. vij. c. epiſcopus. ubi di citur, Epiſcopus nullam audiat cauſam, niſi præſentia clerico-rum cõfirmetur. Ad idẽ extrà de iis, quę ſi. ab epiſcopo ſine cõ. cap. c. nouit. Item iudex in prolatione ſententiæ debet expri-mere petitionẽ actoris in eius allegatione, deinde reſpõſiones rei, & eius exceptiones, & quicquid in cauſa petitum & allega tum fuerit, ſub epilogo, id eſt, breuiloquio. Et eis prælibatis dicat, Viſis & auditis confeſsionibus & allegationibꝰ utriuſq; partis, & etiã atteſtationibus, inſtrumẽtis, & rationibus ab a-ctore productis, & à reo diligẽter inueſtigatis & intellectis ha bito peritorum uirorum cõſilio, talẽ condemno, uel abſoluo. Vel aliter proferat, prout uiderit expedire, proferendo quod ſacris canonibus, ſiue legibus, uel approbatis cõſuetudinibus conueniat, quæ omnia in tenore ipſius ſententiæ proferenda ſunt, ut xj. q. j. c. ſummopere. ſuprà eſt extrà de eo, q mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. cũ ueniſsẽt. ubi dicitur, Quidã miles appellauit

à quodam Cardinali, quia nolebat iudicare ſecundũ cõſuetudinem terræ ſuæ: & dicitur, ꝙ ſi conſuetudo bona eſt, & iuri nõ cõtraria, ualet appellatio, & fuit ei reſtituta poſſeſsio, qua Cardinalis eũ ſpoliauit. Veruntamen ſi rationes & allegationes partium, quæ mouẽt iudicem ad ſententiandũ, non ponãtur, nihilominus ualeret ſẽtẽtia, quia ſemper preſumitur pro iudice, niſi probetur contrarium, ut extrà de renun.c.in præſent. Ad idem Inſti.de inuti.ſtip. §. Si ſcriptũ ſit in inſtrumẽto aliquẽ promiſiſſe, perinde habeatur, ac ſi interrogatione precedente reſponſum ſit. Et nota, ꝙ ſi actum eſt ab initio in cauſa per procuratorẽ, ſiue ſyndicũ, uel actorem, in perſona eius formanda eſt ſentẽtia, & non in perſona domini, excepto crimine iniuriarũ, ut C.de iniur.l.ult.extrà de trãſac.c.ex literis. & extrà de prob.c.licet. Solutio: quia ſpeciale eſt in cauſa iniuriarum, aliàs in procuratorẽ ferẽda eſt, ut extrà de cenſ.c.olim cauſam.in fi.ubi dicitur, quòd Papa condẽnauit quendã procuratorem quorundam clericorum, ad ſoluendã quandam pecuniam cenſualem, uel eius æſtimationem, ut extrà de elect.c. querelam.C.de ſen.& interloc.l.j.extrà de appel.mona.c.dilectus. Si uerò dominus cauſæ in propria perſona litigaret ab initio, quãuis poſtea in cauſa illa procuratorẽ dedit, formãda eſt ſententia in perſonã eius domini, & nõ in procuratorẽ, ut extrà de tranſac.c.ex literis.ubi dicitur, ꝙ quidã cũ alio litigauit, poſtea inſtituit ꝓcuratorẽ in eadẽ cauſa: ad ultimũ ſententia fuit lata in dominũ, præſente ꝓcuratore, & nõ in procuratorem. Itẽm nota, ꝙ ſi de certa quãtitate actũ eſt, certã debet ferre iudex ſententiã, alioquin non ualet, ut Inſti.de act. §. curare.ubi dicitur, Curare aũt debet iudex, ut omnimodo, quantum poſsibile eſt ei, certæ pecuniæ, uel rei ſententiam proferat, & etiam ſi de incerta quantitate actum ſit apud eum. Ad idem xj.q.iij.c.graue.ubi dicitur, Graue ſatis eſt, & indecens, ut in re dubia certa feratur ſententia. Nec illud omittendum eſt, quòd ſi indebito modo ſententia lata ſit, iudex, qui eam tulit, non poteſt poſtea eam reuocare, mutare, uel corrigere, ut ff.de ſenten.& re iud.l.index poſtquã ſemel ſentẽtiam dixerit, poſtea iudex eſſe deſijt. Et hoc iure utimur, ut iudex qui pluris, minorisue condemnauit, amplius corrigere ſẽtẽtiam ſuam non poteſt. Semel enim ſeu bene, uel male, officio ſuo functus eſt. Ad idem ff.de ſenten. & re iudic.c. cùm quæreretur, ſi iudex perperam iudicaſſet, an poſſet eo die iterum iudicare. Reſpondeo non poſſe. Poteſt tamen ſupplere eodem die,

Si rationes iudicẽ mouentes in ſententia omittantur.

Si dominus litigat per procuratorẽ, quomodo feratur ſententia.

Incerta ſententia non ualet.

Sed de fructibus, &c. ſupplere poteſt.

dic, circa eam, quæ lata eſt in iis, quæ pertinẽt ad conſequentiam ſtatutorũ, ut de fructibus, ſumptibus, & ſimilibus. Ad idẽ ff. de re iud. l. Paulus. j. loco, ubi dicitur, reſcindere ſuã ſententiam quidẽ prætorẽ nõ poſſe. Reliqua autẽ, quæ ad conſequentiam iam ſtatutorum pertinent, priori tamen ſentẽtiæ deſunt, circa condemnandum, uel abſoluendum debere ſupplere &c. Item mulcta indicta per ſententiam poteſt remitti ab eodem iudice ratione paupertatis, ut ff. de offic. præſidis. l. illicitas. §. ult. ubi dicitur, Præſes prouinciæ, ſi mulcta quam irrogauit ex præſentibus facultatibus eorũ, quibus eam indixit, redigi nõ poſſe depræhenderit, neceſsitatem ſolutionis moderetur: repræhenſa ex actorum illicita auaritia, & remiſſa propter inopiam, quæ nec poſtea à prouinciam regentibus exigi debent. In aliis autem non poteſt iudex ſe intromittere.

Mulcta per ſentẽtiam indicta poteſt remitti a iudice.

De effectu ſententiæ.

EFFECTVS rei iudicatæ ſeu ſentẽtiæ eſt maximus: quoniam ius facit inter quos lata eſt ſentẽtia, ex quo trãſit in rem iudicatam, & ſi lata ſit contra ius litigatoris, dummodo cõtra ius ſcriptum non feratur, ut extrà de re iudic. c. cum inter nos. circa finẽ, ubi dicitur, quòd quantum ad litigantes, ius ex ſentẽtia factum eſt, poſtquam tranſit in rẽ iudicatã, etiamſi cõtra ius litigatoris lata ſit, dummodo contra ius cõſtitutionis expreſſe lata non ſit. Ad idẽ ij. q. vj. c. qui appellat. §. diffinitiua. Et ꝙ res iudicata pro ueritate accipitur, eſt ff. de reg. iur. l. res iudicata. Itẽ tranſit ſentẽtia in rem iudicatam, cum non fuerit ab ea infra decẽdium prouocatum legitime, ut extrà de elect. c. cum dilecti. in fine, de teſti. c. ſignificauerũt. extrà de ſen. & re iud. c. quod ad conſultationẽ. Item effectus eius eſt, ut non reſcindatur pretextu inſtrumẽtorum poſtea repertorum, ut C. de re iudic. l. ſub ſpecie. ubi dicitur, ſub Specie nouorũ inſtrumentorũ poſtea repertorũ reſcindi rem iudicatã, exẽplo graue eſt. Hoc uerum eſt, ꝙ prætextu inſtrumẽtorum &c. niſi in caſibus, ut ff. de iureiurando. l. admonẽdi. ubi dicitur, ꝙ ſi iudex nõ conſentiẽte altera parte, parti alteri detulerit iuramentum, &: ſecundum hoc ſentẽtiauerit, ſentẽtia illa prætextu inſtrumẽtorũ poſtea repertorũ reſcindi poteſt. Ad idẽ ff. de re iudicat. l. Imperatores. ubi dicitur, Si ſentẽtia fuerit lata contra rempublicam, eo ꝙ tunc non habebat inſtrumẽta ſua præ manibus, reſcindi poteſt, prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, niſi reſtitutionis in integrum beneficium aliud inducat. Ad idẽ C. de tranſ. l. ſub prætextu. ext. de ſen. & re iud. c. ſuborta

Dummodo cõtra ius cõſtitutionis ſent. non feratur, ualet.

Nõ reſcinditur prætextu noui inſtrumenti.

In quibus caſibus fallat.

Prætextu Calculi nõ reſcindi ſententiam.

ſuborta in fine. Nec reſcinditur ſentẽtia prætextu calculi, ſeu malæ cõputationis, ut C. de exe. rei iud. l. ij. ubi dicitur, Res iudicatæ ſi prætextu cõputationis reſtaurẽtur, nullus litiũ finis erit. Et hoc uerũ eſt, niſi error calculi in ſentẽtia exprimatur, ut ff. quę ſen. ſine app. reſcindi poſsint. l. j. ubi dicitur, Illud meminerimus, ſi quęratur iudicatũ ſit, nec ne: & huius quęſtionis iudex nõ eſſe iudicatũ pronũtiauerit: licet fuerit iudicatũ, reſcinditur, etſi prouocatũ nõ fuerit. Itẽ ſi calculi error in ſententia eſſe dicatur, appellare neceſſe nõ eſt: ueluti ſi iudex ita pronuntiauerit, Cũ cõſtet Titiũ Seio ex illa ſpecie quinquaginta, itẽ ex illa ſpecie uigintiquinq; debere: idcirco Luciũ Titiũ Seio in cẽtũ cõdemno. Nã quoniã error cõputationis eſt, nec appellare neceſſe eſt, & citra prouocationẽ corrigitur. Sed & ſi huius quęſtionis iudex ſentẽtiã in cẽtũ cõfirmauerit: ſi qdẽ ideo, quòd qnquaginta & uigintiqnq; fieri cẽtũ putauerit, adhuc idẽ error cõputationis eſt, nec appellare neceſſe eſt. Si uerò ideo, quoniã & alias ſpecies uigintiquinq; fuiſſe dixerit: appellationi locus eſt. Item effectus rei iudicatæ eſt, ꝙ indulgeatur actori ex ſentẽtia actio de re iudicata, uel actio in factũ, ut ff. de re iudicata. l. miles. j. loco. §. ult. C. de iureiuran. & rebus creditis. l. actori. ubi dicitur, Actori iureiu. delato, ſi iurauerit, uel ſi iuramẽtũ ei remiſſum fuerit, ad ſimilitudinẽ iudicati, in factũ actio cõpetit. Et reo datur exceptio ex ſententia pro eo lata. ut ij. q. vj. §. diffinitiua. uerſ. ſi ſententia. ubi dicitur, Si ſentẽtia fuerit lata cõtra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non eſt, ſententiæ autoritatem non obtinebit, & ideo appellare non eſt neceſſe. Ad idem eſt C. quando prouoc. nõ eſt neceſſe. l. j. ubi dicitur, Latam ſententiam dicitis, quã ideo uires non habere contenditis, quia contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non eſt, lata ſit: cuius rei probationem ſi haberetis promptam etiam citra prouocationis adminiculum, quod ita pronuntiatum eſt, ſententiæ autoritatem non obtinebit.

Ex ſentẽtia datur actio de re iud. uel in factum.

Quæ ſententia ipſo iure nulla ſit.

DICTVM eſt ſuprà ti. proximo, quòd ius ex ſentẽtia ſit inter partes, etiã ſi lata ſit cõtra ius litigatoris. Et ꝙ prætextu inſtrumẽtorũ poſtea repertorũ nõ retractatur. Sed nę qs credat quãlibet ſentẽtiã autoritatẽ eã habere, cõſequẽter quæ ſentẽtia nulla ſit ipſo iure, oſtẽdamus, ut cognitis ſentẽtiarũ uitiis, iudices ſentẽtias euitẽtur eiuſmodi ꝓferẽtes, & aduocati ſciãt inutiles ſentẽtias reprobare. Sẽtẽtia autẽ quãdoq; nulla eſt ratione

tione litigãtiũ, quãdoq; ex perſona iudicis, quandoq; ratione iuriſdictionis, interdũ uitio ſui ipſius, interdũ ex cauſis exterioribus. Ratione litigãtiũ ſentẽtia nulla eſt: quoniã ſi falſus procurator interuenerit, lis cũ eo nulla eſt, ut C. de procur. l. licet. ſuprà eſt ti. de procur. & extrà eodẽ. c. in noſtra. in fine, ubi idẽ dicitur. Itẽ minor xxv. annorũ, ſine tutoris, uel curatoris autoritate agere, uel cõueniri nõ poteſt. Et ſi fecerit, & cõtra ſe ſententiã reportauerit, ipſo iure nulla eſt, ut C. qui legit. per. ſtandi in iudi. ha. l. j. ubi dicitur; Si cũ eſſes pupillaris ætatis, ſine tutoris uel curatoris autoritate cũ aduerſario cõſiſtens, præſes prouinciæ aduerſus te pronuntiauit, minimè autoritate iudicati nititur, quod iudicatũ eſt. Pro minoribus autẽ lata ſentẽtia tenet, ut C. de procur. l. non eo minus aduerſus te ſententia lata, iuris ratione ſubſiſtit, quòd aduerſario tuo minor xxv. annorũ cõſtituta, cauſam ſuã ſine curatoris mãdato agendã mãdauit. Minoribus etenim ętas in damnis ſubuenire, non in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit. Ad idem C. ſi aduer. rem iudic. l. ulti. Et hoc uerũ eſt, niſi ſit cauſa ſpiritualis, ubi minor, maior cenſetur, puta cauſa matrimonialis, quã quis per ſe & per procuratorẽ poſt pubertatẽ agere poteſt, ut expreſſe habetur ext. de reſti. ſpol. c. ex parte. ubi dicitur, de quadã muliere, quæ licet minor uideretur, tamen cauſam matrimonij poteſt per procuratorem tractare. Idem dico de excõmunicato, quoniã ſententia pro eo lata non tenet, ubi petitor eſſet. Sed contra eum, in eius odiũ teneret, quoniam non poteſt agere, ſed reſpõdere poteſt per alium, ut extrà de iud. c. intelleximus. extrà de off. de leg. c. prudentiã. §. ſexta. Et melius extrà de excep. c. cum inter. ubi dicitur, quòd excõmunicatus poteſt cõueniri ſaluis ſibi exceptionibus ſuis, ſed non poteſt reconuenire actorẽ. Ratione iudicis ſententia nulla eſt, cum is, qui ſententiã tulit, iudex eſſe nõ poteſt, puta ſeruus, uel mulier. ff. de iud. l. cũ prætor. extrà de reſcrip. c. ſciſcitatus. Suprà eſt ti. de iud. uel quòd laicus iudicauit de cauſa ſpirituali, quod nõ poteſt facere: & ſi fecerit, nõ ualet ſententia, ut extrà de decimis. c. dudum. extrà de iud. c. decernimus. extrà de arbi. contingit. ſuprà e. ti. de iud. Vel quia iudex pedaneus iudicauit de cauſa libertatis, quod facere nõ poteſt, ut ff. de arbi. l. nõ diſtinguemus. §. liberali. C. de peda. iud. l. ij. Vel ſi præſumpſerit aliquis cõdemnare Epiſcopos in cauſa criminali, ſine mãdato Papæ, ut iij. q. vj. c. quãuis. ubi dicitur, quòd ſine ſententia Romani Pontificis non poteſt Epiſcopus cõdemnari. Ratione iuriſdictionis nulla eſt ſententia: quia nul-

Quinq; modi per quos ſententia efficitur nulla.

In cauſa ſpirituali minor pro maiore habetur.

Sententia nulla ratione iudicis.

Ratione iuriſdictionis ſententia nulla.

la eſt eius ſententia, qui nulli præeſt iuriſdictioni, ut C. de ſen ten.om.iud .l.nulli. ubi dicitur, Nulli, qui ſtatuendi nõ habet facultatem, patriæ interdicere cuiquã permittimus. Vel quia li teræ cõmiſsionis falſę ſunt, ut extrà de crimi.falſi.c.ſuper eo. extrà c.ti.c.j. Vel quia iudex delegatus, qui ſuper certa re eſt iu dex, iudicat ſine cõſenſu partium ſuper alia, ut extrà de off.de leg.c.cũ olim. C.ſi à nõ cõpe.iud.l.j.& ult.ut dictũ eſt ſuprà ti. proximo. §.à quo proferenda eſt ſentẽtia. Vitio ſui ipſius ſen tentia nulla eſt, cũ data eſt ſententia, & nõ in ſcriptis, ut C. de ſen.ex breui. recit. l.j.ſuprà eſt, & ij.q.j. imprimis.ubi dicitur, quòd ſententia, quæ nõ eſt lata in ſcriptis, nõ ualet. Excipiũtur tamen breues lites, & maxime uiliũ perſonarũ, ut in Auten. de mandatis princip. §.ſit tibi.& C.de priuileg. ſcho.l. quotiens. §.ſed ſi talis.lib.xij. Veruntamẽ licet ſit ſcriptũ, quòd ſentẽtia ſine ſcriptis latã nõ teneat, dicũt quidam quòd illis iuribus ſit derogatum per cõſuetudinẽ cõtrariã. Nam curia Romana dat quotidie ſentẽtias & nõ in ſcripto. Itẽ ſententia Epiſcopi lata inter ſuos clericos ſine ſcriptis ualet, ut in Autẽ.ut clerici apud proprios epiſcopos cõueniãtur.coll.vj. §.plurimas. Item uitio ſui ipſius ſentẽtia nõ ualet, cũ nõ cõtinet condemnationẽ uel abſolutionem, uel æquipollens, ſicut dictũ eſt ſuprà ti.proximo. Itẽ ſi cõtinet in ſe expreſſum errorẽ, nõ ualet, ut ff.quę ſen tẽ.ſine ap.re.poſ.l.j.ext.de ſen.excom.c.per tuas. Itẽ ſi contra ius ſcriptũ lata eſt ſentẽtia, ut ij.q.vij. §.diffinitiua.ubi dicitur, Quòd ſi feratur ſentẽtia cõtra ius, nõ tenet, nec oportet appel lare. Itẽ iudicatur ſentẽtia eſſe nulla ex cauſis exteriorib9, ſiue alijs circunſtãtijs, cũ iudex tulit ſententiã nõ ſedendo. Iudicis enim eſt ſedere, cũ res quę agitur, plenã cognitionẽ deſiderat, ut in Aut.ut ab illuſtribus & qui ſuper eã dig.ſunt, &c.col.vij. §.ſancimus.ſuprà eſt ti.proximo. Ad idẽ iij.q.iij.c.induciæ. §. à procedẽte.ubi dicitur, quòd nõ poſſunt peti dilationes à iu dice nõ ſedẽte pro tribunali, nec dari, et ſi utraq; parte præſen te tribuãtur. Itẽ uitioſa eſt ſentẽtia, ſi iudex eã in ſcriptis dede rit, & per aliũ ipſam legit, & nõ per ſe; ut C.de ſen.ex breui. re citã.l.ult.ſuprà eſt. Quid tunc ſi iudex illiteratus omnino, & le gere neſciat, uel nõ uideat? Nã cæcus poteſt iudicare. Reſpon deo uel deleget cauſam finiẽdã alteri, uel ſufficiat petitiones & allegationes partiũ per aliũ recitari, & per ſe ipſum ab alio inſtructũ proferre uerba diffinitionis cauſæ.ſ. Condemno uel abſoluo. Hoc ſæpe factũ eſt in ciuitate Bononiẽſi à peritis Do ctoribus, & à Papa in curia Romana, cũ Dominus Innocẽtius iij.pro

Sententia quæ ſui ipſius uitio non ualet.

Iudices illiterati quomodo ſẽtent. proferãt.

Curia Romana.

iij.prolixas ferebat ſentẽtias.Itẽ ſententia nulla eſt, ſi ſit ordo iudiciarius prætermiſſus,ut ij.q.v.§.diffinitiua.ſuprà eſt C.de ſen.& interlo.l. prolatã à præſide ſentẽtiã cõtra ſolitũ iudicio rũ ordinẽ,autoritatẽ rei iudicatæ nõ obtinere,certũ eſt.Ad idẽ ext.de purg.ca.c.cũ dilecti. ubi dicitur,quòd Papa retractauit factũ quorundã iudicũ,quia proceſſerunt iuris ordine præter miſſo.Itẽ ſi data eſt nõ facta citatione, nõ ualet ſentẽtia,ut ff. quæ ſen.ſine ap.re.poſ.l.j.ubi dicitur, Itẽ cũ ex edicto prætorio,quod neq; propoſitũ eſt, neq; in notitiã peruenit abſentis, cõdemnatio fit, nullius momẽti eſſe ſentẽtiã cõſtitutiones demõſtrãt.Itẽ ſit ſententia nulla, ratione alterius ſentẽtia ſuper eadẽ re prolatæ,& nõ ſuſpenſæ per appellationẽ,ut C.quãdo prouoca.nõ eſt neceſſe.l.j.Itẽ ratione uenalitatis.ſ. ſi pretio lata ſit,ut ij.q.vj.§.diffinitiua. uerſ.ſi cõtra res.& uerſ. Venales. In primo dicitur,Si cõtra res prius iudicatas ſententia lata ſit, à qua prouocatũ non fuerit,ſententiæ autoritatem non obtinebit,& ideo appellari ab ea nõ eſt neceſſe.In uerſ.uenales dicitur,Venales quoq; ſententias,quę à corruptis iudicibus mercede proferuntur,citra prouocationis auxiliũ infirmas eſſe decernimus.Itẽ nõ ualet ſententia ratione temporis feriati,ſi feriatis dieb⁹ lata ſit,ut ff.de feriis.l.j.& l.ſi feriatis. Et melius extrà de feriis.c.conqueſtus. Itẽ nõ ualet ſentẽtia ratione tẽporis nõ congruentis iudicio:quoniã ſi feratur de nocte,nõ ualet,ut extrà de of.deleg.c.conſuluit.ubi dicitur,quòd iudex ante noctis tenebras perficere debet quod incumbit: quoniam qui male agit,odit lucem.Ad idem in Auten.de iud.§.ſedebũt. Item ſi feratur in loco inhoneſto,puta lupanari, uel popina,non ualet,ut ff.de arbi.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter.in fine,ubi dicitur,Si forte locus inhoneſtus ſit partibus aſsignatus,puta in lupanari,uel popina,iudex iuſſerit adeſſe,impune non paretur.Item ſi conſtitutus eſt locus ad ferendam ſententiam,& feratur in loco alio non aſsignato,non ualet, ut C.de ſent. & interlocu.L. cum ſententiam præſidis irritam eſſe dicas,quòd non publice, ſed in ſecreto loco officio eius non pręſente,dixit ſententiam ſuam,nulla tibi ab iis,quæ prædicta ſunt ab eo, præiudicium generandum conſtat eſſe. His modis iudicatur ſententia nulla eſſe,& quibuſdam aliis modis inferioribus titulis compræhenſis,quos lector diſcretus de facili poterit compræhendere.

Qualiter ſententia ualida ſubleuetur.

IN præcedenti Tractatu quæ ſententiæ communiter non

habeant uigorem,oſtendimus.nunc qualiter ſententia ualida ſubleuetur,uideamus.Reſcinditur & ſubleuatur quatuor modis,uidelicet,per appellationem, per ſupplicationẽ,per in integrũ reſtit.per querelam falſi. Quomodo per appellationem ſubleuetur, dicemus plene titulo de ap.Per ſupplicationẽ ſententia ualida ſubleuatur,cũ ſupplicatur à ſententia Papæ, uel Imperatoris,uel à Pręfecti pretorio,cũ ab iis appellari nõ poſſit,ut ij.q.vj.c.anteriorũ.§.illo. & ix.q.iij.c.cũcta.ubi dicitur: Cuncta per orbem nouit Eccleſia,ꝙ ſacroſancta Romana Eccleſia fas ab omnib.habet iudicandi,neq; cuiquam de eius iudicio liceat iudicare.Sed quidẽ de qualibet parte mũdi poteſt ad ipſam appellari,ab illa autẽ nemo permittitur appellare.Tamen à ſententiis eorũ poteſt ſupplicari, ut C. de ſent.præfect. prætor.l.unica.ubi dicitur,ꝙ à ſententiis eorum non prouocare,ſed ſupplicare liceat.& ff.de minoribus.l.pręfecti etiam.

Quatuor modis ſentẽtia ualida ſubuertitur.

Et poteſt hæc ſupplicatio fieri à præfecto ꝑtorio infrà x.dies, à tempore latæ ſententiæ.Et ſi infrà decẽ dies nõ fuerit ſupplicatum à præfecto prætorio,poteſt principi infra bienniũ ſupplicari,ut in Auten.ut ſpon.lar. §.aliud.ubi dicitur,ꝙ infra decem dies poſt latam ſententiam à præfecto prætorio appellari non poteſt,licet poſsit ſupplicari.Releuatur ſententia per beneficium in integrũ reſtit.de qua plene dicemus infrà in titulo ultimo huius operis. Et nota, quòd ſi ſentẽtia fuerit ſuſpenſa aliquo dictorum modorum,retractabitur ut prius,ac ſi ſentẽtiatum non eſſet.Itẽ ſententia quæ lata eſt per falſos teſtes uel per falſa inſtrumẽta , tenet quidem de iure,ſed reſcinditur per in integrum reſtit.prætextu falſi,ut C. ſi ex falſis inſtrumẽtis. l.j.ubi dicitur,Si tabulas teſtamenti,quas ſequutus proconſul uir clariſsimus,ſententiã dixit,falſas dicere uis:præbebit notionem ſuã,non obſtante exceptione rei iudicatæ, quia nondum de falſo quæſitũ eſt.Ad idem C.e.tit.l.ij.ubi dicitur, Qui nõ prouocauerint & ex inſtrumẽtis falſis ſe uictos eſſe probare poſſunt,cũ de crimine falſi docuerint, ex integro de falſo, & de cauſa audiũtur.Sed cõtrà C.de re iudic.l. Sub ſpecie nouorũ inſtrumentorũ poſtea repertorum,res iudicatas reſtaurari exemplo graue eſt.Ad idẽ ff.de re iudic.l. Diuus Hadrianus. & C.ad legẽ Cor.de fal.l.querela.ubi dicitur, Querela falſi,tẽporalibus præſcriptionibus nõ excluditur,niſi xx.annorũ exceptione,ſicut cætera crimina ferè.Ad idẽ extrà de excep.c.cũ uenerabilis.Item per errorem facti reſcindirur ſententia ſecũdum canones,ut extrà de ſent.& re iudic. c.lator. ubi dicitur, quòd

Tempus ſupplicandi.

Sententia prætextu falſi inſtrumẽti lata.

Error in facto reſcindit ſententiam.

quòd inter uirum quendam & uxorem eius fuit per iudicium eccleſiaſticum minus rationabiliter diuortium celebratū: unde quia Eccleſia fuit decepta, uir & mulier denuo remanſerūt. Et nota ꝙ ſecundum Canones, quis poteſt agere de falſo uſq; ad 100. annos & ultrà, ut xxv. q. ix. §. quia ergo. & in ſequentibus cap. Sed ego dico hoc locum habere tantū in ſpiritualibus cauſis, ubi uertitur periculum animæ, puta in matrimonio malè ſeparato, uel malè coniuncto, ubi præſcriptio tēporis locū uendicare non poteſt, ut xxxiij. q. v. Quod Deo pari conſenſu uoueratis, perſeuerāter uſq; in finem reddere debuiſtis: à quo propoſito, ſi ille lapſus eſt, tu ſaltem inſtantiſsime perſeuera: quod te non exhortarer, niſi quia tibi in hoc ipſe cōſenſerit. Nam & ſi nūquam tenuiſſes eius aſſenſum, numerus te nullus defendiſſet annorum. Et in talib. dico ſententiā retractari uſq; ad 100. annos prętextu falſi. Sed ſi nō uertitur periculū animæ, ſubdiſtingue, Aut is, qui petit ſententiā latam reſcindi per falſos teſtes & inſtrumenta, uult agere criminaliter de falſo, aduerſario legitime citato in ſcriptis, & præmiſſa omni ſolennitate, quam diximus ſuprà tit. de criminibus. & tunc uſq; xx. annos duntaxat audiendus eſt. C. ad l. Cor. de falſis. querela. Aut ciuiliter agitur per beneficium reſtitutionis in integrum, uel errorē in facto, & locū habet uſq; ad xl annos. Item lite conteſtata ſic dico eū audiendum, quoniā per litis conteſt. perpetuatur actio, quæ nō tollitur poſtea niſi ſpatio xl. annorū, ut xvj. q. iij. c. placuit. circa mediū. Itē ſentētia lata per falſos teſtes & inſtrumenta præſtare nō poteſt impedimētum ante xl. annos. Sed poſt xl. annos audiri nō debent: quoniā elapſo xl. annorū ſpatio tollitur omnis actio & obligatio. Cæterū excipiendo uel replicando de falſo, dico eū perpetuo audiēdum, quoniā quæ temporalia ſunt ad agendū, perpetua ſunt ad excipiendū. ff. de doli excep. l. pure. §. ultimo. ubi dicitur, Non ſicut actio de dolo certo tempore finitur, ita exceptio eo tēpore danda eſt. Nā hoc perpetuo cōpetit, cum actor illud in poteſtate habeat, quando utatur ſuo iure: is autē, cum quo agitur, non habet poteſtatem, niſi quando conuenitur. Probatur etiā uitium falſitatis teſtium per alios teſtes, qui interfuerunt corruptioni eorū & ſubornationi, directe uel indirecte teſtificando cōtra illos. Per illos autē, qui tulerunt teſtimoniū falſum, nihil probare poteſt, quoniam nō creditur eis, ut extrà de teſtibus. c. ſicut. ubi dicitur, Quidam teſtes corrupti pecunia iurauerūt parentelam eſſe inter quendam uirum & uxorem eius, inter quos

diuortium fuit celebratum:poſtea autẽ dixerunt ſe corruptos eſſe pecunia, & nullam eſſe inter eos conſanguinitatem: quæſitũ fuit, quomodo eſſet in cauſa tali procedendũ? dicitur ibi, quòd inquirendi ſint teſtes, coram quib. intercesſit corruptio: & ſi teſtes fuerint, per quos poſsit corruptionis ueritas comprobari, recepto eorum teſtimonio, debet ſententia reuocari: quia corruptorũ teſtimoniũ, cũ ſint periuri, non eſt in hoc caſu audiendum, ut extrà de proba. c. licet. Veruntamen illi falſi teſtes admittendi ſunt, tanquã accuſatores ſui ipſius ad detegendum fraudem ſuã, & partiũ, & credendũ eſt illis contra ſe: pro ſe autẽ non, ut extrà de teſti. c. intimauit. & extrà de teſtibus cogẽdis. c. peruenit. eo. ti. de excep. Falſitas inſtrumẽti probatur per teſtes ſimiliter, ut extrà de proba. c. iij. ubi dicitur, ꝙ quoddam Capitulum probauit quoddam inſtrumentũ eſſe falſum per quoſdã teſtes de Capitulo, qui dicebant, ꝙ quotiens quæſitum erat ab eis, an uellent alienationem cuiuſdã poſſeſſionis eccleſiæ ſuæ fieri, dicebant ꝙ non: & ſic inſtrumentum fuit falſum probatũ & adulterinum. Item probatur falſum per comparationem bullæ, per chartulæ diſsimilitudinẽ, & modũ dictaminis, & quibuſdam aliis modis, ut extrà de crimine falſi. c. ꝗ graui. ubi diligenter docetur, qualiter cognoſci poſsit falſitas inſtrumẽti. Ad idẽ extrà de fide iuſtru. c. inter dilectos. Veruntamen nõ adhibemus fidem, aut credimus plenã probationem eſſe, quæ fit per ſcripturæ cõparationem, niſi alia ualida ſuffragarentur adminicula: quoniã aliter ſcribit homo iuuenis, ꝗ ſenex, aliter ſanus, ꝗ ægrotus, aliter ab ægritudine cõualeſcens. Præterea calami & chartæ, & pennæ diuerſitas diſſimilitudinem literæ operãtur. Probato falſitatis uitio, teſtiũ uel inſtrumentorũ, reſcinditur ſententia, & quod factũ eſt retractatur, & ſolutũ repetitur, ut extrà de fide inſtru. c. accepimus. extrà de confir. uti. & inuti. c. bonæ me. & extrà de ſent. & re iudi. c. cauſam. & extrà de crimi. falſi. ſuper eo. C. ſi ex falſis inſtru. l. ult. Quod quidẽ uerũ eſt, ſi iudex ſequutus dicta teſtiũ falſorũ uel inſtrumentorũ, ſententiã tulerit. Alioquin ſi ſequutus alias probationes, ſententiauit, licet falſi teſtes & falſa inſtrumẽta introducta ſunt, non tamen caſſatur, quod per alias legitimas probationes factum fuit. Sed id ſolummodo, quod per falſas probationes factũ eſt, ut expreſſe legitur C. ſi ex falſis inſtrumentis. l. falſam. ubi dicitur, Falſam autem teſtificationem, qua aduerſa pars in iudicio aduerſus te uſa eſt, ſolito modo arguere nõ prohiberis. Sed cauſa iudicati in irritũ non reuocatur,

Falſitas inſtrumenti per quæ probetur.

uocatur, niſi probare poteris eum, qui iudicauit, eſſe ſecutum eius inſtrumenti fidem, quod falſum eſſe conſtiterit, & aduerſus te pronuntiaſſe. Ad idem extrà de ſen. & re iudi. c. cū I. & A. in fine. Et nota, ꝙ ſi in priori iudicio actū fuit ante ſentētiam de falſo, non auditur poſt ſententiam ſuper quæſtione falſitatis, ſi non prouocauit, ut C. de fide inſtrum. l. ulti. ſuprà eſt.

De exequutione ſententiæ.

QVONIAM non ſufficit ſententiam ferre, niſi mandata fuerit executioni, ut ext. de ſent. & re iudic. c. cū aliquibus. ubi dicitur, Cum aliquibus eſt adiudicata poſſeſsio, nō ſufficit eis pignora dari, niſi corporali gaudeant poſſeſsione. Ideo poſtquam docuimus qualiter ferenda ſit ſententia, & quæ ualeat, & quæ nō: cōſequenter de executione ſentētiæ ſubiiciamus, oſtēdentes quæ ſit executioni mādanda, & à quibus, & in quibus rebus, & poſt quod tēpus. Illa ſentētia quæ à cōpetenti iudice lata eſt, ordine iudiciario ſeruato, q̄ ipſo iure ualet, nec per appellationē, nec per in integrū reſtir. eſt ſuſpenſa, mādanda eſt executioni, ut ij. q. j. ſicut ſine iudicio. Si autem ſuſpenſa fuerit per appellationē, uel per in integrū reſtit. debet differri, donec appellationis, uel in integr. reſt. cauſa decidatur. Ad idē extrà de off. deleg. c. paſtoralis. ubi dicitur, Poſtulaſti per ſedē Apoſtolicam edoceri, cum à ſententia, lata literarum noſtrarū autoritate, in quibus appellatio eſt inhibita, fuerit appellatū, & noſtræ literæ poſtea ad alios iudices emanauerint, an ad mandatum poſteriorum iudicum, executio ſententiæ à prioribus demādata, debeat retardari, ut priores iudices, nec ipſam per ſe, nec per alios exequantur. Reſpondemus quòd cū appellationis cauſam ex certa ſcientia cōmittamus iudicibus aliis cognoſcendam, appellationem ipſam uidemur recipere, ac iuriſdictionē priorū iudicum reuocare, ut interim executio ſententiæ retardetur, donec appellationis merita plenius ſint diſcuſſa. Si uerò ſententia per ſupplicationem fuit ſuſpenſa, mandetur quidem executioni, ſed uictor ſatiſdare debet de eo, in quo obtinuit reſtituēdo, ſi retractata fuerit ſententia, ut C. de precibus impera. offer. Auten. quæ ſupplicatio. Fit autem executio ſentētiæ à iudicibus ordinariis, ſiue ipſi iudicauerint, ſiue delegati ab eis, ſiue etiā arbitri cōpromiſſarij, ubi ſentētia arbitri firmata ſit expreſſa uolūtate partiū, uel tacito dierū x. cōſenſu, cū arbitriū nō fuerit aliqua pœna uallatū, ut extrà de ſo. cōpe. c. ſi quis. ff. de re iud. l. à Diuo Pio. in j. Reſp. C. de arb. l. penul.

Si ſentētia per ſupplicationē ſit ſuſpenſa.

Delegati Epiſcoporum ſuas ſententias non exequuntur.

l.penul.C.de iud.l.properandū.§.fin autē. ſuprà eſt. Nā delegati Patriarcharum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporū, & aliorum minorum iudicum, in poſſeſsionē mittere non poſſunt, ut ff.de iuriſdic.om.iud.l.iubere cauere prætoria ſtipulatione, & mittere in poſſeſsionem, eſt imperij magis, quàm iuriſdictionis. Et ille iudex ordinarius debet ſententiam executioni mandare, in cuius iuriſdictione res eſt petita, uel alia bona cōdemnati, ut extrà de fo.comp.c.ſane.ſuprà eſt. Ad idē extrà de fo.comp.poſtulaſti.ubi dicitur, quòd cum ab Epiſcopo Diœceſano aliquis obtinet eccleſiā: ibi, quo ad illā, mandanda erit executioni ſentētia. Et nota, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus ſententiam ſuā exequi non poteſt, iudex ſecularis exequatur, ut C. de epiſcopali aud.l.epiſcopale.ubi dicitur, Epiſcopale iudiciū ſit ratum omnibus qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint, eāq; iudicationi eorum adhibendā reuerentiā iubemus, quam ueſtris deferri poteſtatibus neceſſe eſt, à quibus non licet prouocare. Per iudicum quoq; ſeculariū officia, ne ſit Epiſcopalis cognitio caſſa, diffinitioni executio tribuatur. Ad idē xj.q.j.de perſona. Si uerò iudex à principe, hoc eſt, à Papa, uel Imperatore delegatus, tulerit ſententiā illam per ſe, uel per ordinarium iudicem, prout uiderit magis expedire, poterit exequi, ut ext. de off.deleg.c.ſententiā.ubi dicitur, Sententiā à deleg.latā, ſi ad mādatum ipſius iudicis Diœceſanus Epiſcopus executioni mādari neglexerit, is qui à delegatione Romani pontificis ſententiā tulit, eam executioni mādandi liberā habet facultatem. Ad idē ext.e.ti.ſignificaſti.& c.in literis.& ext.de off.deleg.c.quærēti.ſuprà eſt de iud. Et ordinarius tenetur eā exequi ad mandatū iudicis delegati, etiāſi ſciat eā contra ius litigatoris eſſe latā, ut ext.de off.iud.dele.c.paſtoralis.§.quia uerò ſæpe contingit, ꝙ executio ſentētiæ ordinario demādatur, ſedē Apoſtolicā conſuluiſti, ut ſi ordinarius ipſam iniuſtā cognouerit, debeat eam executioni mandare, an ſit ei potius reſiſtēdum? attendētes itaq; quòd nō cognitio, ſed executio mandatur, eidem taliter reſpōdemus, ꝙ ordinarius etiam ſi ſciat ſententiam illā eſſe nullā, uel iniuſtam, exequi eam nihilominus tenetur, niſi apud iudicem poſsit efficere, ut ab onere ipſum abſoluat. Ad idē ext.de off.deleg.c.cū te. Et hoc intelligendū eſt, cum certus eſt de mādato ſedis Apoſtolicæ. Si aūt dubitat de mandato, non tenetur exequi ſententiam, donec fuerit ei de iuriſdictione certitudo, ut extrà de offi.deleg.cum in iure. ubi dicitur, Cum tibi ab aliquo demandatur ſub forma, auto-

ritate

ritate qua fungor, iniungo tibi ꝙ denuncies talē excōmunicationis ſententiæ ſubiacere. Ac tibi ſuper hoc mandato Apoſtolico hæſitanti, ab aliquo non ſit facta fides, an huiuſmodi mandatū exequi tenearis. ſuper quo reſpondemus, ꝙ niſi de mādato Apoſtolico uel ſedis Apoſtolicæ certus extiteris, exequi non cogeris quod mandatur. Ad idē extrà de reſcrip. cum cōtingat. C. de man. prin. l. unica. Si antē ſciat ipſam ſententiā nullam eſſe, puta latam à non ſuo iudice, uel per falſas literas, uel aliis modis ſuperius in titulo proximo enumeratis, tunc eam exequi non tenetur, ut extrà de crimine fal. ſuper eo. ff. de iud. ſi prætor. §. Marcellus. Videtur tamen ꝙ prior iudex ſententiā exequatur, ut ext. de off. iud. deleg. c. paſtoralis. §. præterea poſtulaſti. Sed pone ꝙ iudex qui de appellatione cognoſcit, confirmat ſententiā à priori iudice latam, & pronuntiat appellationem iniuſtā, quis mandabit eā executioni? quidam dicunt ꝙ prior iudex, ar. de off. iud. dele. inſinuāte. in fi. ſuprà eſt tit. de excep. Sed uerius eſt, ꝙ executio eius pertinet ad ſecundum, ut ext. de ſent. & re iud. c. cauſam. ubi dicitur, quòd à quadā ſentētia delegati fuit appellatum ad Papā: Papa confirmat ſententiā, & mandauit eam executioni per aliū quàm per delegatū. Ad idem C. de epiſco. aud. Autē. ſi quis litigātium. Executio ſentētiæ hoc modo fieri debet, ſi actum eſt actione reali, id eſt, ſi aliqua res certa petita ſit, puta prædium, domus, equus, uel alia res, actor mittendus eſt in poſſeſsionem rei ſibi adiudicatæ, ut ext. de ſent. & re iudic. cum Bertoldus. in fi. ubi mandatur quibuſdā iudicibus, ut ſententiā, quam tulerant ſuper quadā eccleſia, faciant inuiolabiliter obſeruari. Si aūt perſonali actione actum eſt, uel alio modo, executio debet fieri in rebus condēnati, ut primo capiantur mobilia, ſi qua poſsidet, ſecundo immobilia: tertio perueniatur ad nomina, id eſt, ad ea quæ ſibi debentur, ita tamen ut confitentis debitoris & non negantis nomē pignori capiatur, ut ext. ut lit. non cōtēſt. quoniam frequenter. ff. de re iud. à Diuo Pio. §. in uēditione. Si autem alia bona non habeat niſi iſta, ſuper quibus mota cōtrouerſiā eſt, iudex exequatur ſentētiā, & ſummatim de proprietate cognoſcat: & ſi inuenerit rem eſſe condēnati, exequatur ſententiā. Alioquin rem illā dimittat. Exequutio ſentētiæ fieri debet in actionibus perſonalibus regulariter poſt iiij. menſes, & nō ante, ut ext. de ſen. & re iud. c. quod ad cōſultationē. ubi dicitur, quòd regulariter ſunt indulti quatuor menſes ad executionē ſentētiæ, quæ fertur in perſonalibus actionibus.

Exequutio ſententiæ quo ordine fiat.

nibus. Ad idem C. de uſu. rei iud. l. fi. ubi dicitur, Sancimus, ut ſi quis condemnatus fuerit poſt datas à nobis inducias quadrimeſtres, cẽteſimas quidẽ uſuras ſecundũ naturã iudicati cum compelli ſoluere, ſed tantũmodo ſortis & non uſurarũ, quæ ex priſtino contractu in condẽnationẽ deductæ ſunt. Sed interdũ quadrimeſtre tẽpus cauſa cognita arctari & prolongari poteſt, inſpecta qualitate perſonarum, temporũ, cauſarũ, atq; locorum, ut in prædicta Decret. quod ad conſult. Ad idẽ ff. de re iudic. l. ij. Si uerò illius tẽporis ſine iuſta cauſa fiat abbreuiatio, ſuppletur tẽpus id condẽnato, ex legis beneficio, ut ff. de re iudi. l. iiij. §. ſi quis. ubi dicitur, Si quis condẽnatus ſit, ut intra certos dies ſoluat, unde ei tempus ad iudicati actionẽ computamus? utrum ex quo ſentẽtia prolata eſt? an uero ex eo, ex quo dies ſtatutus præteriit? Sed ſi quidẽ minorem diẽ ſtatuerit iudex tempore legitimo, repletur ex lege quod ſententiæ iudicis deeſt. Sin autem ampliorẽ numerũ dierum in ſua diffinitione iudex amplexus eſt: cõputabitur pro reo, & legitimum tempus, & quod ſuprà iudex præſtitit. In reali uerò actione, ſi non eſt appellatum à ſentẽtia, ſiue illa res præſens ſit ſiue nõ, poſt decem dies ſtatim mãdanda eſt executioni ſentẽtia: quoniam tunc trãſit in rem iudicatã, ut ext. de re iudic. c. quod ad cõſulta. ubi dicitur expreſſe, quòd poſt decem dierũ ſpatium tranſit ſentẽtia in autoritatẽ rei iudicatæ, nec poteſt, niſi ex cauſa ab illa ſentẽtia prouocari. Et ꝙ ſtatim mãdanda eſt executioni, probatur Inſtit. de off. iud. §. & ſi in rem. Sententia uerò ſuper criminibus lata, quæ non eſt appellatione ſuſpenſa, poſt decẽ dies debet mandari executioni, ut ij. q. j. ſicut. ubi dicitur, Sicut ſine iudicio nolumus quenquã cõdemnari, ita quæ iuſte diffinita ſunt, nulla patimur executione differri. Hoc intelligo, niſi cũ princeps plus ſolito aliquẽ iuſſerit puniendũ: quia tunc debet executio differri uſque ad xxx. dies. xj. q. ij. c. cum apud. in fine. ubi dicitur, quòd ſententiæ principum ſuper criminibus prolatę, uſq; ad xxx. dies differãtur, quo locus apud iudicem miſericordiæ & ueniæ inueniatur. Ad idẽ C. de pœnis. l. ſi uindicari. ſuprà eſt de dilationibus. Vel cum mulier dãnatur ad mortẽ, differatur executio ſentẽtiæ uſq; dũ pariat. ff. de pœnis. ſi pregnãs. ſuprà eſt titulo de dila. Itẽ cum dãnatus eſt ſeruus ratiocinijs domino obligatus, quia differtur eius pœna uſq; dum rationẽ reddat, ut C. de bo. proſcri. l. j. Sed quæritur quãdo debet fieri uenditio pignorũ captorũ? Azo dicit, ꝙ poſt iiij. mẽſes. Sed olim fiebat poſt duos, & hoc cũ capiuntur ex ſen

In criminalibus.

Vẽditio pignorum quãdo & quõ facienda.

ex ſententia diffinitiua, ut ff. de re iudi. l. debitoribus. §. ult. Si uerò ex interlocutoria, expectandũ eſt per annũ, antequã demãdetur executioni, ut C. de præſcri. xxx. an. l. ſi quis emptionis. §. ult. ubi dicitur, Sed & ſi quis nõ per uim, ſed per ſententiam iudicis eã obtinuerit, ea tantũ occaſione, ꝙ abſens prior poſſeſſor, ad litẽ uocatus, minime reſpõderit, licebit ei & ad inſtar cæterorũ, qui rei dominiũ habent, intra annũ ſe offerenti, cautionemq; ſuſcipiendæ litis danti, eandẽ rem recipere, ſuperq; ea cognitionalia ſubire certamina. Exceptionem etiam triginta, uel quadraginta annorum, in illis contractibus, in quibus uſuræ promiſſæ ſunt, ex illo tempore initium capere ſancimus, ex quo debitor uſuras minime perſoluit. Per biennium autẽ expectandũ eſt, antequam mãdetur in pignore cõuentionali, ut C. de iur. domi. impetrãdo. l. ult. ubi dicitur, Sancimus itaq;, ſi quis rem creditori ſuo pignorauit, ſi quidem in pactione cautũ eſt, quẽadmodũ debet pignus diſtrahi, ſiue in tẽpore, ſiue in aliis cõuentionibus, ea obſeruari, de quibꝰ inter creditorẽ & debitorem conuentũ eſt. Sin autẽ nulla pactio interceſſerit, licẽtia dabitur fœneratori ex denuntiatione, uel ex ſententia iudiciali poſt bienniũ, ex quo atteſtatio miſſa, uel ſentẽtia prolata eſt, numerãdũ, eã uendere. Itẽ iudex arbitrio ſuo poteſt diffinire tẽpus, intra quod uẽdãtur pignora capta, uel dẽtur actori in ſolutũ, ſicut recurritur ad eius arbitriũ, in ijs, quæ nõ ſunt diffinita per l. ut C. de iur. do. imp. e. l. ult. §. ul. ubi dicitur, Aeſtimationem autẽ pignoris donec apud creditorem, eũdẽq; dominũ permaneat, ſiue amplioris, ſiue minoris, quantũ ad debitũ, quantitatis eſt, iudicialis uolumus eſſe diſcretionis: ut quod iudex ſuper hoc ſtatuerit, hoc in æſtimatione pignoris obtineat. Et ꝙ ad arbitriũ iudicis procedatur in cauſa multotiẽs, ꝓbatur ext. de off. deleg. de cauſis. ubi dicitur, quòd ſi in Canonibus pœna nõ exprimitur, ſuper aliquo negotio, ſecundũ arbitriũ ſuũ iudex pœnã infligit, iuxta cauſæ & delicti quantitatẽ. Sed pone ꝙ ab executore appellatum ſit, ꝓpter hoc nõ minus exequetur ſententiã: quoniã ab executore dato à delegato, appellare nõ licet, niſi modum excedat, uel merito ſit ſuſpectus, nec ab auditore, ut ext. de ap. nouit. ubi dicitur, quòd ſecundũ Canonicũ & legale ius ab executoribus nõ põt appellari, niſi forte modũ excedãt in exequẽdo, uel merito ſint ſuſpecti. ut ij. q. vj. c. fi. §. ab executore. ubi dicitur, ꝙ ab executore ſentẽtię appellari nõ põt, niſi forte executor modũ excedat iudicationis. Itẽ nota, ꝙ in executionẽ ſenten

Iudex præfigit terminum in pignorum uẽditione.

Si appelletur ab executore.

ſententiæ cum res petita adiudicatur actori, nō ſufficit pigno ra dari, ſed potius rem petitam, quoniam plus eſt poſsidere quàm pignora habere, ut ff. de uerb. ob. l. plus eſt. & ext. de ſen. & re iudic. cum aliquibus. ſuprà eſt.

De appellationibus.

DIXIMVS ſuprà tit. proximo, quòd ſententia ualida ſub leuetur per appellationem, idcirco de appellatione dicamus. Videamus ergo quid ſit appellatio, & quis poſsit appellare, qualiter, & quando, à quibus iudicibus, & ad quos, infra quod tempus debeat fieri appellatio, infra quod tempus appellatio nis executio, quoties ſit appellandū, quod ſit eius officiū qui appellat, quod officiū eius à quo appellatur, quis effectus ap- *Appellatio.* pellationis, quæ appellatio ualeat & quæ non. Appellatio eſt ſentētiæ reſtauratio, per clamorē à minore ad maiorē iudicem factum, prætextu iniqui grauaminis. ut ff. de minori. l. præfecti prætorio. & ext. de ap. ut debitus. ſuprà c. tit. de dilationibus. Appellare poteſt is, cuius intereſt, uel cui mādatur, uel qui ne- gotiū gerit alienum, ut ij. q. vj. non ſolent audiri appellantes, niſi quorum intereſt, uel ij quib. mandatū eſt, uel qui negotiū gerunt alienū, quod mox reus ratum habeat. Sed & ſi mater ex pietate prouocauit, dicendum eſt & hanc audiri debere: & ſi litem præparandam curare maluerit, intercedere nō uidetur: licet ab initio defendere non poteſt. hanc l. habes ff. de ap. reci. l. j. ad idem ext. de elec. cū inter. ubi dicitur quòd nō, niſi quo rum intereſt, audiri ſolent appellationes. & licet parū interſit appellantis, ualet tamen appellatio, ut extrà de offi. iud. deleg. c. ſuper eo. circa finē, ubi dicitur, quòd licet appellatio inhibi ta ſit in reſcripto, tamen ab aliis uidentib. detrahi iuri ſuo, ap pellari poteſt, quia non illis, ſed partibus, inter quas cauſa eſt cōmiſſa, appellationis remediū ſubtrahitur. Ad idem ff. de ap. l. ab executore. §. j. & §. ult. In §. j. dicitur, Alio condemnato, is cuius intereſt, appellare poteſt: qualis eſt qui per procurato rem expertus, uictus eſt, eo ceſſante autor eius appellare po- terit: aut ſi autor egerit, & uictus ſit, nō eſt denegāda emptori appellandi facultas. Quid enim ſi uenditor qui appellare no- luit, idoneus nō eſt? quinetiam ſi autor appellauerit, deinde in cauſæ defenſione ſuſpectus ſit uiſus? perinde defenſio cauſæ emptori cōmittēda eſt, atq; ſi ipſe appellaſſet. Idq; ita cōſtitu tū eſt in perſona creditoris, cū debitor uictus appellaſſet, nec ex fide cauſam defenderet. Quæ cōſtitutio ita accipiēda eſt, ſi interueniēte creditore debitor de pignore uictus prouocaue rit.

rit.nã abſenti creditori nullũ prçiudiciũ debitor facit,idq; cõſtitutũ eſt.Si procurator q iudicio interfuit,uictus ſit, an ipſe quoq; per procuratorẽ appellare poſsit,uideamus:quia cõſtat procuratorẽ aliũ procuratorẽ facere nõ poſſe. Sed meminiſſe oportet, quòd procurator lite cõteſtata dominus litis efficitur,& ideo per procuratorẽ appellare poteſt à ſentẽtia. Et hoc in cauſis criminalibus uel ſpiritualibus ſiue alijs. In criminalibus poſt ſententiã nõ ſolũ cõdemnatus,ſed etiã quilibet alius tã cõſanguineus cõdemnati,quàm extraneus admittitur ad appellãdũ,etiã inuito cõdemnato. Curat enim humanitatis ratio in tali caſu quẽlibet prouocatũ audiri.ff. de ap,l.nõ tãtum ei qui ad ſuppliciũ ducitur,prouocare permittitur,uerũ cuiq; alij nomine eius,nõ tãtũ ſi ille mandauerit,uerùm ſi quiſquis alius ꝓuocare uelit: nec diſtinguitur utrũ amicus eius ſit nec ne. Credo enim humanitatis ratione prouocationẽ audiri debere,nec quia interſit. Quid ergo ſi reſiſtit dãnatus,nec uelit admitti eius appellationẽ,perire feſtinãs?adhuc puto differendũ ſupplicium. Ad idem ff.quãdo ap.fit.l.ij.§.ul. Ab omnibus iudicibus appellari poteſt tã ordin.q̃ deleg.ut ij.q.vj.c.omnis oppreſſus,libere ſacerdotum,ſi uoluerit,appellet iudiciũ,& à nullo prohibeatur:ſed ab his fulciatur,& liberetur, & audiatur.Si autem difficiles cauſæ aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem ſedem referantur:& ſi illic facile diſcerni non potuerint aut iuſte terminari,ubi fuerit ſummorum congregatio ſub Metropolitano congregata,quæ per ſingulos annos fieri ſolet & debet:& iuſte,& Deo placite,corã Patriarcha aut Primate eccleſiaſtica negotia, & corã patricio negotia ſecularia iudicentur in communi.Ad idem eadem q.& c.cauſa.c.Ad Romanã ſedem omnes Epiſcopi,qui uoluerint,uel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuũ cõfugere,eáq; appellare debẽt,ut ibidem accipiant tuitionem atq; cõſecrationem. Quod omnibus minime cõuenit denegari Epiſcopis: ſed abſq; ulla cuſtodia,aut excõmunicatione, aut expoliatione, uel damnatione libere ire concedatur.Ad idẽ ext.de ap.cũ ſit Romana,ubi dicitur, quòd ſacri Canones paſsim appellare permittũt,exceptis quibuſdã caſibus & iudicibus,quos enumerabimus infrà e.ti. ſub illo mẽbro,Quæ appellatio ualeat & quæ nõ. Appellatio debet fieri à minore iudice ad maiorẽ,& gradatim,id eſt,ad eũ q gradu proximo ſuperior eſt illo à quo appellatur,puta ab Archidiacono ad Epiſcopũ,ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum,ab Archiepiſcopo ad Primatẽ,ab illo ad Papã,ut C.de app.præci

A' quibus iudicibus appelletur.

pimus. Excipitur Papa, ad quē poteſt ab audientia cuiuslibet appellari, ut ij.q.vj.c.ad Romanā Eccleſiā omnibus oppreſsis eſt appellandum & cōcurrendum, quaſi ad matrē, ut eius uberibus nutriātur, quia nō poteſt nec debet obliuiſci mater filiū ſuum. Et hoc ideo, quia Papa iudex eſt ordinarius ſingulorū. Ad idem eadem q.c.quoties.ubi dicitur, Quoties Epiſcopi ſe à ſuis prouincialib. uel à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint: mox Romanam appellēt ſedē, atq; eis libere ire liceat: & dum prædictā Romanā eccleſiā appellauerint, aut ab ea ſe audiri popoſcerint: nullus eos aut excommunicare, aut eorū ſedes ſurripere, aut res eorum auferre, aut aliquā eis uim inferre præſumat, antequā amborum cauſa, Romani Pōtificis autoritate terminetur. Quòd ſi aliter à quoquam præſumptū fuerit, nihil erit, ſed uiribus carebit. Et hoc in iudice ordinario locum habet. In delegatis uerò ita attendendum eſt. Quòd ſi uniuerſitas cauſarum eſt ei delegata à minore iudice quàm ſit Papa uel Imperator, & ipſe unam illarū cauſarum, quæ ſibi delegatæ ſunt, delegat alteri: ab illo ſubdelegato nō appellabitur ad maiorem delegatū, ſed ad ordinariū, qui primo delegauit quæſtionē. ff. quis & à quo appellandū ſit.l.j.§.ul. Si autē delegatus à Papa, uel Imperatore delegauit, tūc locū habet diſt. Decr.ext.de off.dele.ſup quęſtionū.§. porro.ubi dicitur, Quòd ſi totā cauſam ſibi delegatā alij delegat, tūc appellatur ad Papā. Si uerò ſinē ſibi cauſę reſeruat, tūc à ſubdelegato appellandū eſt ad primū delegatū. Quid autē, ſi per errorē alius pro alio cōpelleretur? Et certe ſi aliquis appellauerit ad maiorē, q̄ debuit, uel ad parē aliū, talis error non nocebit appellanti. Sed ſi ad minorē appellauerit, nocebit ei. ff.de ap.l.j.§. Si quis in appellatione errauerit, uidendū eſt an error ei noceat, puta cū alium appellauerit, dum aliū appellare debeat, & ita errauit, ut minorē appellaret, error ei nocebit. Si uerò maiorē iudicē prouocauerit, error ei nihil oberit, & ita multis conſtitutionibus cōtinetur. Deniq; cū quidam iudices ex reſcripto Principis à Procōſulib. accepiſſet, & Præfectū urbis appellaſſet, errori eius ſubuentū eſt ex reſcripto Diuorum fratrum, cuius uerba hæc ſunt: Cū per errorē dictas factū, ut à iudice, quē ex reſcripto noſtro ab ampliſsimis cōſulib. acceperas, ad Iuniū Fauſtinū amicū noſtrū Præfectū urbis prouocaſſes, cōſules ampliſsimi perinde cognoſcāt, ac ſi ad ipſos facta eſſet prouocatio. Cū autē appellat ad maiorē uel parē, remittēdus eſt ad eum quē debuerat appellaſſe, ut ff.de ap.l. Imperatores.

Quan

Quando ſit appellandum.

SEQVITVR quãdo ſit appellãdũ: reſpõdeo quãdocũq; grauamen infertur, ſiue per interlocutoriã, ſiue per diffinitiuã ſententiã, ſiue aliter, extra iudiciũ, ſtatim poteſt appellari, & ante ſententiã, & poſt: ſalua diſtinctione, quam ponemus in ultimo loco huius tituli. Appellatio poteſt fieri prima die cũ ſententiatur & grauamẽ infertur, & uiua uoce, & ſine ſcriptura: poſt primã uerò diẽ nõ, niſi in ſcriptis: tunc enim per libellũ appellatur, qui offerendus eſt iudici, à quo appellatur, ſi copiã eius habuerit. Alioquin ei, ad quẽ appellat, ut ij. q. vj. c. ei qui appellat. uerſ. litigatorib⁹ uerò copia eſt, & nõ cũ ſcriptis libellis illico uiua uoce appellare, cũ res iudicata popoſcerit, tã in ciuilibus, quàm criminalibus cauſis. Ab eo autem qui de appellatione cognoſcit, non poteſt fieri recurſus ad iudicem, à quo fuit prouocatum: quapropter remittendi litigatores ad prouinciã remotam, ſibi occaſionem excluſam penitus intelligãt: cum ſuper anteriore cauſa interpoſitam prouocationẽ, uel iuſtã uel iniuſtã tantũ liceat pronuntiare. Forma libelli prouocationis hæc eſt, Ego T. ſentiẽs me grauatum à ſententia tua Domine N. Pariſienſis epiſcope, quã tuliſti tali die pro Seio, in quæſtione domus, quæ inter me & ipſam in tua audiẽtia noſcitur uẽtilata, ſedẽ Romanã appello, & Apoſtolos inſtanter peto. Sic enim cõcipiẽdus eſt libellus, ut cõtineat nomẽ appellatoris, & iudicis à quo appellatur, & aduerſariũ, & diẽ latæ ſentẽtiæ, & interpoſitæ appellationis. Et ſi plures aduerſarios habet, ponere in libello debet nomina ſingulorũ. ſ. cõtra quos uelit appellare. Et ſi plura ſint capitula uel quæſtiones, ſingula ponat ſuper qbus appellare intẽdit. Nõ enim debet in iis appellare in quibus eſt ſentẽtia ꝓ eo lata. Vel dicat, ab ea parte quæ lata eſt cõtra me, Romanã ſedẽ appello. Verũtamẽ ſi plures habuit aduerſarios, & quorũdã nomina expreſſit in appellatione, nõ ꝑſcribitur appellãti quo ad illos quos nõ nominauerit, quaſi ſentẽtiæ acquieuerit. Sed poteſt etiã cõtra eos appellãs cauſam proſequi. Sed ecõtra, ſi unus ex pluribus cõdẽnatus appellauerit, nõ ideo alijuidẽtur appellaſſe. ff. de ap. l. iij. §. cæterũ. cõtrà ext. de ap. una ſentẽtia. ubi dicitur, Quòd ſi plures fuerint cõdẽnati una ſentẽtia, & unus appellauerit, iure cõmuni ꝓdent alijs, ſi idẽ ſit negotiũ, & eadẽ cauſa defenſionis. Et debet fieri appellatio intra decendiũ à die latæ ſententiæ, ſiue ſententia, à qua appellatum fuerat, ſit interlocutoria, ſiue diffinitiua, ut in Authent. de app. & circa quæ tempora. §. j. & ij. q. vj. anteriorum.

Forma libelli appellatorij.

ext.de teſt,ſignificauit.& ext.de ſen.& re iud. quod ad conſultationem,Et quoniam iſti x.dies ſunt utiles,incipiunt currere à die latæ ſententiæ,ita quòd nõ currunt condemnato ignorãti,ante tempus ſcientiæ condemnationis, niſi cõtumax eſſet: nec etiam currunt cõdemnato,niſi habeat in publico poteſtatem adeũdi iudicem,uel eum,ad quem intendit appellare, dũ modo ipſum proteſtetur in publico.ff. quando appellandum ſit.l.j.& ij.q.vj.biduum.Verum ſi qui condemnatus eſt,ſit per procuratorem defenſus,difficile eſt,ut poſt decem dies audiatur appellans,niſi procurator appellauerit,ut C.quomodo & quando iud.l.ab eo.& ff.quando ſit app.l.j.§.ult.

De proſequutione appellationis cuiuslibet.

PROSEQVVTIO cuiuſlibet appellationis intra annum debet fieri,uel ſi iuſta cauſa interuenerit,indulgetur bienniũ, intra quod ipſe appellator per ſe,uel cõmuniter cũ aduerſario litẽ exequatur:quo trãſacto,lite nõ cõpleta, rata maneat ſentẽtia,quia appellatio tũc annullatur.C.de tẽp.ap.l.fi.& ij.q.vj. & ext.de ap.cõſtitutus.niſi iudex à quo appellatũ eſt, breuius tẽpus fuerit moderatus:quia elapſo termino à iudice cõſtituto,lite nõ cõpleta,firma erit ſententia, ut ext.de ap.c.cum ſit Romana.ext.de app.c.ſæpe contingit.Poſt illud tempus,ut dictum eſt,rata manet ſententia, niſi cum appellans appellationẽ ſuã proſequi propter impotentiã nõ potuit,quoniam tunc poſt bienniũ proſequi poterit appellationẽ ſuã,ut ext.ti.eo.ex ratione.Aut niſi cũ lis in cõſiſtoriũ principis eſt inferẽda,& imperator proceres prouocare nõ poteſt ad cauſam audiendam, quoniã tũc manet ſentẽtia ſine dãno moræ,ut in Auten.de ap. in medio,& ij.q.vj.c.anteriorũ. §.ad hoc. Vel niſi cũ appellãs nõ poteſt habere copiã iudicis,ad quẽ appellauit,ut in Auten. ut ſpon.lar.§.hoc quoq;.Vel niſi tẽpore proſequẽdæ appellationis,arbitriũ elegerint litigatores,quoniã tũc poſt bienniũ reduci poteſt cauſa ad iudicẽ appellationis,ut C.de tẽp.ap.l.ſi tamen.Quoties appellari poteſt?Reſpondeo,ante ſententiam ſuper quolibet articulo bis poteſt appellari, niſi ob cauſam aliã inferius numerandã inhibeatur,ut ij.q.vj.ſi autẽ.ext.de ap. directe.Vnde cum plura capitula ſunt,ſæpe in cauſa una,& ſuper quolibet bis appellari poteſt.Ex quo ſequitur,quòd quinquageſies,uel pluries,in una cauſa appellari poſsit. Et de plano hoc concedo in appellat. quæ fiunt ante ſententiam, poſt ſent

Quoties poſſit appellari.

ſententiam uerò diffinitiuam bis tantum appellare poſſumus. Nimis nanq; durum eſſet expectare tertiam uel quartam ſententiam, ut C. ne in una eademq; cauſa tertio prouocare liceat.l.j. Et licet quidam canon uideatur innuere, quòd ultra duas uices poſsit appellari,(ait enim, Quotieſcunq; opus eſt, appellari poteſt,ij.q.vj.omnis oppreſſus.& melius in c.omnes Epiſcopi.& c.quoties.)tamē tenendū eſt quod diximus ſuprà. Et intelligitur illud,quòd poteſt appellari quotieſcunq; opus eſt,ante ſentētiā diffinitiuā:poſt ſententiā uero nō ultra ſecundam uicem licet.facit ad idem Decret. no.ext.de ap.ſua nobis.

De officio appellatoris.

OFFICIVM appellatoris eſt petere literas dimiſſorias,quę dicūtur Apoſtoli:& ſi eas habere nō poteſt,hoc publice proteſtetur corā iudice à quo appellauit,in loco in quo cōſueuit ſedere,ꝓ tribunali,ut ij.q.vj.poſt appellationē.& c.biduū.§.ſi forte.ff.de libe.dimiſſor.l.j.ſed ſi dimiſſorias inſtāter nō petat,imputatur ei,licet etiā male fecerit qui eas nō dedit,ut ff.de ap.l. eos.§.apoſt. & l.iudicib. Ad officiū iudicis pertinet à quo eſt appellatū, ut recipiat appellationē,ſi legitima eſt:& appellatori literas dimiſſorias intra xxx. dies exhibeat,ut ij.q.vj.§.diffinitiua.uerſ.iudicibus.Sed ſi appellationē legitimā iudex nō receperit,ſecūdū leges puniri debet in xxx.pōdo auri,& officiales eius ſimili pœna puniēdi ſunt,ut C.de ap.l.quoniā iudices.Sed ſecūdū Canones debēt deponi,ut ij.q.vj.decreto.Et tamē nil nocet appellatori,ſi iudex eius legitimā appellationem nō recipiat,ut ij.q.vj.poſt appellat.Verūtamen ſi appellās unā expreſſerit cauſam appellādi,poteſt illā dimittere, & aliā allegādo probare,& ſic appellationē proſeq,ut ff.de ap.l.ſcio quęſitū.in fine.& ext.de ap.cōſtitutus.in fine.& c.ſępe cōtingit.Si uerò nō debuit eā recipere,qđ ex multis cauſis contingere poteſt,ut infrà dicemus,nō nocet iudici ſi eū cōtēpſit: immo q̃ temere appellauit,cōdēnādus eſt ſecūdū leges in L.libris argēti, & efficitur infamis,ut C.de ap.l.eos.§.ne temere.& l.à procōſulibus.& C.quorū ap.nō recip.l.ab executore.§.ul.Secūdum Canones uero mittēdus eſt ad iudicē à quo appellauit,& condēnatur parti alteri in expēſis,ut in cōſti.Innoc.c. ut debitus. Et iudex qui prauæ appellationi cōſenſit, puniēdus eſt ſimiliter,ut ij.q.vj.de poſſeſsione.Tenor apoſtolorū talis eſt:Salutatione pręmiſſa iudici,ad quē appellatū eſt,dicat ſic,Luciū Ti. appellaſſe à ſententia mea,quā cōtra eū tuli ꝓ Gaio Seio, ſuper *Formula apoſtolorū dimiſſ.*

tali cauſa, notũ ſit uobis. Et ideo dimitto cũ à iudicio meo, & ad ueſtrũ examẽ cũ iſtis literis dirigo, ut ff. de lib. dimiſſ. l. uni ca. & ij. q. vj. poſt ap. §. forma. Si uero ante ſẽtẽtiã fuerit appellatũ à grauamine, iudex à quo appellatũ eſt, depoſitiones teſtiũ & inſtrumẽta, & alias probationes utriuſq; partis, ſub ſigillo ſuo incluſas mittere debet iudici ad quem appellatur. Ad officium iudicis ſpectat, ad quem appellatum eſt, ut confirmet uel infirmet ſententiam, uel etiã corrigat, uel emendet ſecundum prius allegata, cum fuerit à ſententia prouocatum, ut ij. q. vj. c. ei qui app. in fine. & vj. q. iiij. c. Oſius. ext. de ſen. & re. iud. cõſtitutus. circa fin. & c. cũ Bertoldus. & ext. de teſt. c. Rainutius. Vel rationes & teſtes, quas partes inducere de nouo ſuper nouis articulis uoluerint, audiat, & ſecundũ merita cauſæ ſententiam diffinitiuam ferat, ut C. de tẽp. & repar. ap. l. per hãc. & l. eos. §. ſi quis. & ext. de teſti. c. fraternitatis. ext. de fide inſtr. cum Ioãnes. Si uerò ante ſentẽtiã à grauamine appellatum fuerit, ſi appellatio iuſta eſt, debet de tota cauſa cognoſcere, & cauſam mediante iuſtitia terminare. Sed ſi iniuſta, remittere debet appellantem ad iudicem à quo appellatum eſt, ut ille de cauſa cognoſcat, & parte alteri fruſtratorie appellantem in expenſis cõdemnet. ext. de ap. c. ut debitus. extrà de off. deleg. inſinuante. extrà de eo, qui mit. in poſ. cum ueniſſent. in fin.

Iudex appellationis, quæ fit ante ſententiã, de tota cauſa cognoſcit.

De effectu appellationum.

EFFECTVS appellationũ eſt, ut omnia permaneãt in eodẽ ſtatu, quo erãt tẽpore factę appellationis, ut ff. ap. interpoſita nil inno. & ij. q. vj. c. poſt appellationẽ. ext. de ap. bonæ. ext. eo. c. ſecũdo requiris. Excipiuntur quidã caſus, in quibus aliqd innouatur. Primus eſt, ſi reus eſt ſuſpectus de dilapidatiõe fructuũ rei iudicatæ actori, tunc apud ſequeſtrum fructus eius debẽt deponi, ut ij. q. vj. c. quoties. C. quorũ ap. nõ rec. l. ab executione. Et expreſſe facit Dec. no. ext. de ſequeſtra. poſ. c. dilectus filius R. rector. Secũdus eſt, cũ hæres cõuictus ſuper legato, appellat: quia cauere debet de eo reſtituẽdo. ff. ut legatorũ uel fideicõmiſſorũ nomine ca. l. poſtquã. §. Imperator. Tertius ſi cõdemnatus de crimine appellat, nec poteſt dare fideiuſſorẽ, quoniam extunc erit in cuſtodia, donec ueniat ad eum, ad quẽ appellauit. ar. ij. q. vj. arguta. C. de ap. l. eos qui. § iis.

Quæ appellatio ualeat, & quæ non.

VLTIMO uidẽdũ eſt, quę appellationes ualeãt, & quę nõ.

Et

Et nota quòd appellatur aut ſuper correctione, aut ſuper eccleſiæ ordinatione, aut in iudicio, aut in facto aliquo extra iudicium. Si appellatur ſuper correctione, & diſciplina, & perſona, quæ appellat, eſt regularis, non ualet appellatio eius, ut extrà de app. c. ad noſtram. niſi is, qui corrigit, modum excedat. extrà de ap. de priore. extrà de off. iudic. deleg. ſuper quæſtionum. Sed ſi appellator eſt ſecularis, & ſuper correctione appellet, tenet eius appellatio, ut extrà de ap. c. peruenit. ubi loquitur de clerico, qui corrigebatur, quòd in Eccleſia nolebat facere reſidentiam &c. Si uero appellatur ſuper ordinatione Eccleſiæ, ſcilicet ne fiat electio, uel procuretur utilitas Eccleſiæ, ſi non fuerit aſsignata iuſta cauſa appellandi, non ualet appellatio, ut extrà de iis, quæ fi. à ma. parte ca. ex ore. circa finem. extrà de elec. cum nobis. quia non ualet appellatio, ſi appelletur, ne fiat id, quod edicto perpetuo decretum eſt, ut ff. de ap. recipi. l. ult. Si autem cauſa appellationis aſsignata eſt, & probata fuerit, ualet appellatio, alioquin non, ut extrà de iis quæ fiunt à ma. par. ca. cum in cunctis. ext. de ap. c. conſtitutus. Cum autē appellatur in iudicio, ſecundum antiqua iura Canonica poterit appellari ante litis conteſt. & poſt, & etiam ante ſententiā, & poſt, quandocunq; nulla cauſſa appellationis oſtenſa uel allegata, ut ij. q. vj. non ita. extrà de app. c. illam. Et in multis aliis iuribus concordantibus. Hodie dicitur in Conſtit. Lat. concilij c. ut debitus. quòd in nullo iudicio licet appellare ante ſententiā, niſi iniuſte quis grauetur: tunc enim corā eodē iudice cauſa probabili appellandi expoſita, à grauamine, quod infertur ei, legitime appellari poteſt, & tenebit appellatio cauſa legitima exiſtente. Veruntamē ſi iudex, à quo fuerit appellatū à grauamine, ab ipſo, ſuper quo appellatū eſt, uelit deſiſtere, & reuocare interlocutoriā ſententiā, libere poteſt in cauſę cognitione procedere, non obſtante præmiſſa appellatione, ut ext. de ap. cū ceſſante. Sed ſi quęris, quę ſit rationabilis cauſa appellādi: Reſpōdeo, Vbicunq; grauamen infert iudex cōtra ius ſcriptum, uel denegat litiganti beneficiū iuris, quod ſibi indulgetur, puta quia denegat beneficium reſtitutionis ſpoliato antequā de quæſtione proprietatis agatur, uel denegat quartā productionē petitā cū ſolennitate iuris, uel denegat reo copiam probādi literas impetratas per falſi ſuggeſtionem uel ſuppreſſionem ueri, uel citat aliquā partiū ad locum ſibi ſuſpectū. In iis omnibus & conſimilibus grauaminibus poteſt legitime appellari, tam ab ordi. quàm à deleg. cui cauſa cōmiſſa eſt appel-

Ante ſententiā quando appelletur.

Quæ ſit legitima cauſa appellandi ante ſententiam.

latione remota, ut extrà de reſti.ſpol.c.ex cõqueſtione. extrà de teſt.c.ſignificauerunt.extrà de ap.ex parte. Et ſic intelligenda eſt illa Decret.ext.de ap.c.paſtoralis. Poſt ſententiam uerò diffinitiuam poteſt licite appellari à quocunq; grauamine, & à quolibet iudice. Nam eccleſia Romana omnes audire cõſueuit, qui ſe dicunt iniuſte condemnatos, & literas de reuocatione ſententiæ tribuet cuilibet petenti, extrà de off.deleg.c.paſtoralis. Sed quædam Decretales uidentur contradicere. Dico ergo præciſe, quòd à qualibet ſententia diffinitiua poteſt appellari de iure, à quocunq, ſit lata, exceptis iis caſibus:

Appellare uetant ſcelus, excellentia, pactum,
Contemptus, minima & res, interdictio facta,
Arbitrium, res quæ perit, & ſi longius acta.

Scelus uetat appellare poſt ſentẽtiam, quia appellatio nõ debet eſſe uinculum iniquitatis, ſed præſidium innocentiæ. extrà de ap. repræhenſibilis. Et intelligitur de iis, qui prætextu appellationis in manifeſto & notorio crimine perſeuerãt, quod nõ permittitur, ut extrà de ap. eũ ſit Romana. in fine. & e. conſuluit. & ext. de ſpon. & ma. ex literis. ext. de uſur. c. quàm periculoſum. & ff. de ap. cõſtitutiones. Excellentia, quoniã à ſententia domini Papæ, uel Imperatoris, uel Præfecti Prætorio, & à ſententia ſenatorum appellari nõ licet, ix.q.iij.c.cũcta per orbem. & ij.q.vj. anteriorũ. in §. illo. C. de ſen. præfecti prętorio. l. unica. ff. à quibus ap. non licet. l.j. Pactum litigantium inhibet appellationem, ut ij.q.vj. §. ſi ante. ff. à quibus app. non licet. l.j. & C. de iureiurando. l. generaliter. Contẽptus uel contumacia facit ne poſſit appellari, quoniã ſi quis contumaciter abſens condemnatur per ſententiam diffinitiuam, appellare non poteſt, ut ij.q.vj.c. ei qui. §. ſunt quorum. xxiiij.q.iij. de illicita. ext. de ap. per tuas. Niſi ueniãt ad iudicium ſtatim poſt ſententiam adhuc iudice ſedente pro tribunali, ut ff. de in integ. reſtit. l. diuus. Minima res, ratione ualoris nõ poteſt appellari ſuper cauſa. ij.q.vj. anteriorũ. §. illud. Vel ratione durabilitatis, ut ij.q.vj.c. ei qui. §. de poſſeſsione. Interdictio facta, id eſt, prohibitio Papæ, uel Imperatoris facit, quòd non poſſit appellari, ut ff. quibus appellare nõ licet. l.j. Arbitriũ, quoniam à ſententia arbitri appellari nõ poteſt, uel nõ licet, propter eius uilitatẽ, quoniã iuriſdictione nõ habet, ut C. de arbi. l.ij. & ij.q.vj. §. à iudicibus. Res q̃ perit, id eſt, quæ nõ capit dilationẽ, ut ff. de ap. recipi. l. fi. Vel cũ appellatur ne excõmunicatus abſoluatur, talis appel. nõ ualet, ut ext. de ap. c. qua frõte.

Cum

Cum uero appellat quis extra iudicium pro defenſione iuris ſui, non debet prohiberi, niſi fruſtratoria, & notoria eſſet appellatio. Et poſtquam conſtat eum legitime appellaſſe, omnia quæ ſunt contra app. accepta, caſſanda ſunt, ut ext. de app. bonæ memoriæ. alioquin talis appellatio nil nocet.

De reſtitutione in integrum.

QVIA ſæpe iudicium reuocatur per in integrum reſtitutionem, & ſentētia, quæ nullo alio medio retractari poteſt, per idem beneficiū ſubleuatur, & reſcinditur; idcirco in fine præſentis iudiciorū doctrinæ, de reſt. in integrū tractatū ſubiiciamus. Videamus igitur, quid ſit in integrum reſtitutio, quis poteſt petere in integrū reſti. qualiter petēda ſit; quādo cōpetit hoc beneficiū; infra quod tempus peti uel fieri debeat: quis poſsit reſtituere, quis effectus. In integrū reſtit. eſt prioris ſtatus, uel iuris, uel audientiæ reintegratio, ut ij. q. iij. §. notādū. in fi. & ext. de reſt. in inte. ex literis. Sed harū reſtitutionū alia debetur ex ſola miſericordia, alia ex iuſtitia debita. De ſola miſericordia debetur illa, quā ratiōe peractæ pœnitētiæ miſericorditer petit ſuſpēſus, ab eo qui eū ſuſpēdit, uel ab eius ſuperiore, ut l. diſtin. c. cōtumaces. ext. de cleri. nō reſi. c. ex tuæ. Depoſitus uerò à ſolo Papa eam petere poteſt, ut ij. q. vj. Ideo hæc proprie dicitur reintegratio ſtatus, de quo nihil ad præſens. De iuſtitia debita, eſt illa, quæ debetur Eccleſiæ, reipublicę, minori xxv. an. uel etiā maiori abſenti, iuſta de cauſa & probabili, aduerſus cōtractū, uel quaſi cōtractū, aduerſus ſententias, uel iudiciorum proceſſus, aduerſus delictū, uel quaſi delictū, in quo minori interdū ſubuenitur, & de hoc in præſenti titulo tractare cōtēdimus. Sequitur, quis poteſt petere reſtitutionem in integrū. Reſpōdeo, minor xxv. an. ſuper omnibus, quæ geſsit in minori ætate, ſi enormiter læſus eſt ob ſui facilitatē, uel aduerſarij calliditatē, ſiue in faciendo lædatur, ſiue in omittēdo. ff. de mi. l. ꝙ ſi minor, §. nō ſemper & nō omnia. Ad idē facit Decr. no. ext. de reſt. in inte. c. cōſtitutus. Nā ſi cōtra ſe eſt in iure cōfeſſus, curatore, uel tutore pręſente, reſtituitur cōtra cōfeſsionē ſuā, ut poſsit negare. Si uerò ſine curatore, uel tutore agat, uel cōfiteatur, ipſo iure illęſus ſeruatur. ff. de mi. l. ſed ex cauſa. §. nūc uidēdū. Itē ſi minor xxv. an. cōpromiſerit, & expedit ei nō eſſe cōpromiſsū, reſtituitur, ut ff. e. l. ſi minor. §. minores. ubi dicitur, Minores q in iudicē cōpromiſerūt, & tutore autore ſtipulati ſunt, etiā in inte. reſt. aduerſus talē obli. iure deſiderāt. Itē reſtituitur ad ſentētiā in cū latā interueniēte

Reſtit. quid?

Reſtitutio duplex.

tutore,uel curatore,ut C.ſi tu.uel cu.interue.l.ij.ubi dicitur, Minoribus xxv.an. etiã in iis,quæ præſentibus tutoribus, uel curatoribus in iudicio,uel extra iudiciũ geſta fuerint, in inte. reſt.auxiliũ ſupereſſe,ſi circũuẽti ſunt,placuit.Ad idẽ C. ſi aduerſus rẽ iudicatã.l.ij.ubi dicitur, Si cũ pater tuus te in ſua po teſtate eſſe,minimeq; emancipationẽ à ſe factã ualere diceret, Proconſul ſuper cauſa cognoſcens, te eius poteſtati ſubiectũ pronũtiauit.Cũ aduerſus eã ſentẽtiã in integrũ reſtitui po ſtules,is qui prouinciã reget,in impertienda cognitione ſua, partes ſecũdũ leges exhibebit.Itẽ reſtituitur cõtra acceptilationẽ à ſe factã,uel nouationẽ,ſi ſine cauſa ab idoneo debitore ad inopẽ debitorẽ nouationẽ facit,ut ff. e.tit. patri pro filio. §.penul.ubi dicitur, Et ſi ex duobus reis alteri acceptũ tulerit,in utrũq; reſtituenda eſt actio.Et hoc intelligimus,ſi nouationẽ ſibi dãnoſam fecerit (forte ſi ab idoneo debitore ad inopẽ debitorẽ nouãdi cauſa,trãſtulerit obligationẽ) oportere eum in priorẽ debitorẽ reſtitui.Itẽ cõtra electionẽ,cum po tuit melius eligere,utpote per licitationẽ rẽ ſuã uẽdere, & ab emptore fuerit in licitatione ſuperatus,ut ff.de min.l.ait prætor. §.ſed hodie.Et melius in l.& ſi ſine dolo cuiuſquã legatũ repudiauerit,uel in optionis legato captus ſit,dũ elegit deteriorẽ,uel ſi duas res promiſerit,illã, aut illã, & pretioſiorẽ dederit,debere ſubueniri,& ſubueniendũ eſt.Quæſitũ eſt ex eo, quòd in lucro quoq; minoribus ſubueniẽdũ dicitur:ſi res eius uænierit, & exiſtat alius,qui plus liceatur, an in integrum propter lucrũ reſtituendus ſit.Et quotidie prætores eos reſtituunt,ut rurſum admittãtur & licitẽtur.in l. Si in emptionem penes ſe collocatã minor addictione ab alio ſuperetur:implorãs in integ.reſti.auditur,ſi eius intereſſe emptã ab eo rẽ fuiſſe approbetur,ueluti quòd maiorũ eius fuiſſet:ita tamẽ, ut id quod ex licitatione acceſſit,ipſe offerat uenditori. Generaliter tene,quòd ſiue in ſuo, ſiue in facto curatoris decipiatur uel lædatur minor,ſemper reſtituendus eſt.Sed ſi uſus eſt iure communi,non iuuatur,licet ex pòſt facto res incipiat ſibi eſſe damnoſa,ut C.de reſtitut.in integ.l.ultim.ubi dicitur, Non uidetur circunſcriptus minor eſſe,qui uſus eſt iure communi. Item ſi iurauit,quòd non peteret reſtitutionem, & eſt pubes, non reſtituitur,quamuis deceptus ſit,ut C.ſi aduer.uẽdi.l.unica. ubi dicitur,Si minor.xxv.an.emptori cauiſti,nullã de cætero te eſſe cõtrouerſiã factũrũ, idq; etiam iureiur. corporaliter præſtito,ſeruare cõfirmaſti,neq; perfidiæ neq; periurij me au torem

torem futurũ, ſperare tibi debuiſti, & hoc idẽ dicitur in Autẽ. ibi ſignata, Sacramenta puberum ſponte facta ſuper cõtracti bus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Item propter delictum ſuũ interdum nõ reſtituitur minor, ut C. ſi aduerſus delic. l. j. ubi dicitur, Malorum mores, infirmitas animi non excuſat. ad idem ff. de minori. l. auxiliũ. §. in delictis. ubi dicitur, quòd in delictis atrocibus minoribus non ſubuenitur, & non datur ætatis excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit. Item propter mendacium ſuum perdit beneficium reſtitutionis, ſi mentitur ſe eſſe maiorẽ cum contraxit, ut C. ſi minor ſe ma. dix. l. ij. et iij. ubi dicitur, Si is qui nunc ſe maiorẽ eſſe aſſeuerat, fallaci minoris ætatis mẽdacio te decepit, iuxta iuris ſtatuta, quæ errantibus nõ etiam fallentibus minoribus ſubueniunt, in integrũ reſtitui nõ debet. Item propter priuilegium pubertatis non reſtituitur quis in ſeruum ſuũ perperam manumiſſum, licet indemnitati eius ad pretiũ cõſulatur. C. ſi aduer. liberta. l. ij. ff. de minor. l. minor. Item propter priuilegiũ & reuerẽtiã patronorũ & parẽtum utriuſq; ſexus minor aduerſus eos non reſtituitur. C. qui & aduerſus quos reſtitut. peti nõ poteſt. l. ulti. ubi dicitur, Sancimus nullo modo aduerſus parẽtes utriuſq; ſexus, aduerſus patronũuel patronã dari reſtitutionẽ. nã perſonarũ reuerẽtia omnẽ eis excludit reſtitutionẽ: cũ procul dubio ſit etiã ipſas perſonas cauere, ne quid ſuæ opinioni cõtrariũ exiſtat. Præterea nõ datur reſtitutio ſecũdo loco, niſi nouæ defenſiones prætẽdãtur. C. ſi ſæpius reſti. in integ. poſt. l. ult. ubi dicitur, In una eademq; cauſa in integrũ reſtitutionis auxiliũ nõ iure, niſi nouæ defenſiones prætẽdãtur, poſci ſæpe reſcriptũ eſt. Itẽ ſi ſemel denegata eſt reſtitutio, poſtea nõ datur, ſi nõ appellauerit, ut C. e. l. j. ubi dicitur, Poſt ſentẽtiã proconſulis cõtra uos latã, ſi deſideratis in inte. reſtitui, nec appellaſtis, fruſtra ut rurſus eadem quæſtio reſtitutionis in integrũ agitetur, deſideratis: appellare enim debuiſtis, ſi uobis ſententia diſplicebat, ſed ſi adhuc in ea ætate eſtis, cui ſubueniri ſolet, appellãdi ius uobis reſtituimus. Verũtamẽ eccleſia ſẽper debet iure minoris illæſa ſeruari, ut ext. de in integ. reſtit. c. j & c. cũ ueniſſent. & c. auditis. Itẽ reſpublica utitur iure minoris uel pupilli, et ipſo iure ſeruatur illæſa, ut C. quibus ex cauſis maiores in int. reſt. l. Reſpublica. Similiter ſi maior xxv. an. læſus ſit in iudicio, uel extra iudiciũ dolo aut metu aduerſarij ſui, reſtituitur per actionẽ de dolo, uel metus cauſa, uel iudicis officio, ut C. de

Minor non reſtituitur in delicto enormi.

Nõ reſtituitur contumelioſus aut ingratus in patronum.

Nemo reſtituitur bis in eadem cauſa.

Eccleſia ſemper habet ius minoris.

de dolo malo.et C.quod metus cauſa.per totũ.Item ſi læditur dũ eſt abſens neceſſaria et probabili de cauſa,puta reipublicæ uel cauſa ſtudij,peregrinationis,uel in legatione ſuę ciuitatis uel in proſequutione ſui appellationis,uel in cauſa teſtimonij ferendi,uel quia in uinculis, uel in cuſtodia publica,ſeu priuata detinetur,& uenire non poteſt, reſtituitur in id,in quo abſentia ſua læſus eſt.ff.ex quibus cauſis in integ. reſti.l.ſuccurritur.& l.eadem cauſa.Circa ſententiam cõtra maiores latam in abſentia ſua,diſtinguitur. ſ.utrum ſit abſens probabili & neceſſaria de cauſa,uel probabili tantum,uel neceſſaria tantum, uel uolũtaria.In primo.ſ.quãdo ex probabili,& neceſſaria fuerit abſens maior contra quem ſententia lata eſt,ſi fuerit legitime defenſus,reſtituitur ad appellandum tantũmodo. Si autem nõ fuerit legitimè defenſus,uel nullo modo,reſtituitur ad cauſam ex integro agẽdã,ut ff.de in integ.reſti.l.ult.& ff.de iudi. l.ſi Prę̃t. in fin. ubi dicitur, Paulus notat,Si aut morbo impeditus,aut reipublicæ cauſa auocatus adeſſe nõ potuit reus,puto uel accuſationẽ iudicati in eo caſu denegãdã,uel exequi Prætorẽ,ita iudicatũ nõ debere.ad idẽ ff. ex quibus cauſis maior. l.ab hoſtibus.In ſecundo caſu.ſ.quando quis probabili tãtum de cauſa abeſt,ſi non legitimè fuerit defenſus,reſtituitur ad appellãdum:quòd ſi legitime, nequaquam . Si uero nullo modo ſit defenſus,utitur iure communi. C.quomodo & quando iudex.l.ab eo.ff.quando appellandum ſit.l.j. §.ult.Et ideo non reſtituitur , niſi forte nullum relinquere potuit procuratorem, uel reliquit,ſed mortuus eſt; tunc eſt reſtituendus ad cauſam tractandam,ut innuitur in illa l.nec non.Idem eſt in tertio caſu.ſ.in eo qui abſens eſt,neceſſaria de cauſa tantum,ut ff.ex quibus cauſis maio.l.ſed & ſi per Prætorem ſteterit , reſtitutio indulgebitur . Aduerſus relegatum reſtitutionem faciendam ex generali clauſula Pomponius ait,ſed nõ et ipſi concedẽdã: quia potuit procuratorẽ relinquere : ex cauſa tamen puto etiã ipſi ſuccurrẽdũ,ut ff.de minori,l.deniq;. §. Pomponius. Itẽ in quarto.ſ.caſu cũ fuit abſens ex uoluntaria cauſa,tunc in nullo reſtituitur.ff.de iud.l.poſt edictum. §.ult.ubi dicitur, Sciendũ eſt ex peremptorio abſentem condemnatum,ſi apellet,nõ eſſe audiẽdũ,ſi modo per cõtumaciam defuit:ſin minus,audietur. Itẽ petẽda eſt reſtitutio per eum, qui dicitur læſus,uel per eius procuratorẽ ad hoc ſpecialiter cõſtitutũ : quoniã generaliter cõſtitut⁹ procurator reſtitutionẽ in integrũ petere nõ poteſt, ut C.etiã per procur.cauſam in inte.reſtit.poſtu.poſſe.l.unica. ubi

Si ſententia in maiorem abſentem ſit lata.

ubi dicitur cauſam in integ.reſti.ſi qua cõpetit, etiam per pro curatorem agi poſſe placet. Et hoc idem dicit Decr.no.ext.de reſtitut.in integ.c.coram. Petenda eſt reſtitutio apud ſuum iu dicem, præſente eo, cõtra quem reſtitutio poſtulatur, uel per contumaciam abſente, ut ff.de minoribus.l.in cauſæ. §.cauſa. ubi dicitur, Cauſa cognita & præſentib. aduerſariis, uel ſi per contumaciã deſunt, in integ.reſtit.perpendẽdæ ſunt.& l.etiã. §.ult.ubi dicitur, Si hæreditate patris, beneficio ætatis in integ.reſti.abſtinuiſſet, nemine de creditoribus paternis pręſente, uel ad agendum à præſide uocato: an ea reſtitutio recte facta uideatur, quæritur. Herennius Modeſtinus reſpondit: cum non euocatis creditoribus, in integrũ reſtit. decretũ interpoſitum proponatur, minime id creditorib. præiudicaſſe, ext.de reſti.in integ.cũ ex literis.in fine. C.ſi aduerſus dotẽ reſtit.in integ.petatur.l.j.ubi dicitur, Quoniã circũuentam dicis ſororẽ tuã, omnia bona in dotẽ dediſſe, an ueritas allegationi tuæ aſſiſtat, ſi ad te ſororis tuæ hæreditas uel bonorũ poſſeſsio pertinuit, & tẽpora nondũ præterierint, intra quæ legib. ex perſona defuncti cõceditur poſtulare in inte. reſti. Præſes prouinciæ præſente aduerſa parte examinabit. ff.de adop.l. nã ita Diuus Marcus Eutichiano reſcripſit, Quòd deſideras, an impetrare debeas, exiſtimabũt iudices, adhibitis etiã cõtradicẽtibus, id eſt qui læderẽtur confirmatione adoptionis. in Autent.ut ſpon.lar. §.ad hæc.coll.ix. Ad idem ext.de adop. neq; abſens.

Reſtitut. apud quẽ poſtuletur.

Quando competat reſtitutio in integrum.

QVANDO competit reſtitutio in integrum? Reſpõdeo, cũ perſonæ uel res enormiter læſæ ſunt, nec habetur aliud medium auxilium, per quod eis ſubueniri poſsit: quoniã pro modica læſione nõ datur hoc beneficiũ, niſi aliud beneficium ſupereſt, puta nõ tenuit contractus, uel habet actionẽ, uel exceptionẽ aliquã ad proſpiciẽdum ſibi qui læſus eſt, ut dicitur ff. de reſt.in integ.l.ſcio.ext.de in integ.reſtit.c.requiſiuit.& ext. de mino.l.in cauſæ.ij. Infra quod tempus facienda ſit reſtitutio? Et quidem minor poteſt petere reſtitutionẽ toto tempore minoris ætatis, & poſt cõpletũ xxv.annum, ſecundum antiqua iura infra annum utilem: hodie uerò intra quadriennium à prima die numerandũ, hoc eſt uſq; ad finẽ xxix.an.C.de tempore in integrũ reſti.l.ult. Et hoc cũ læditur per factũ ſuũ uel per alienum, ſiue per ignorantiã ſuam ſiue alienam. Sed ſi deci

Infra quod tẽpus peti poſsit reſtitutio.

piatur minor in tempore, ſcilicet ut patiatur ſibi tempus labi in præiudicium iuris uel actionis ſuæ, dicunt quidā, quadriennium ſibi non eſſe concedendum poſt xxv. an. ad reſtitutionē prædictam. Sed Azo dicit, ſi minor lęditur in tractu temporis, quod habebit iiij. annos ad reſtitutionē petendam, & totum tempus minoris ætatis, ut ff. quando de peculio actio annalis eſt. l. cum poſt mortem. De reſtitutione facienda eccleſiæ, uariæ ſunt opiniones. Quidam dicunt eam perpetuo reſtituendam ſine temporis præfinitione, quoniā Eccleſia intelligitur ſemper minor, & ſemper debet illæſa ſeruari. & facit pro eis illa Decret. ext. de in integ. reſtit. c. j. Alij dicunt, quòd uſque ad xxx. an. à die læſionis numerandos reſtitui debet, ponētes eccleſiam in primo die natiuitatis minoris. Alij ponunt in xiiij. an. eccleſiā (ideo quia cōtra pupillū nō currat præſcriptio. C. ſed cōtra eccleſiā bene currit. xvj. q. iij. placuit. ſicut cōtra adoleſcentem) & ob hoc dicūt eā reſtituēdam uſq; ad xv. an. à die læſionis ſuæ. Sed uerba ſunt: Prima oppoſitio reprobatur ex eo, quòd nulla præſcriptio quadragenaria locū haber contra eccleſiā, ſi ſemper deberet illæſa ſeruari, quod falſum eſt xvj. q. iij. prima actione. ext. de præſcrip. per totū. Item ſequeretur hic abſurditas, ut melioris cōditionis eſſet, qui rē eccleſiæ per xl. annos nullo titulo & iniuſte poſsideret, q̄ qui legitimo titulo, cū ibi tantū datur reſtitutio, ubi contractus tenet, & dū nullū remediū aliud ſupereſt, ſicut probatū eſt ſuprà. & ſic poſſet res uēdicari ab eo qui iuſto titulo poſſedit per xl. an. Et ille qui iniuſto titulo poſſediſſet, tutus eſſet pręſcriptione. Cęterū illud uerbū, quod eſt in illa Decr. Requiſiuit, ſemper debet illæſa ſeruari, &c. exponitur, id eſt in omni contractu, ubicunq; enormiter læditur, ut notet ſempiternitatē contractuū & nō temporum. Aliæ duæ oppoſitiones nullo iure roborantur. Et ideo ſtandū eſt legi, quæ dicit ꝙ omnis reſtitutio fiſci & reipublicæ, uel priuatæ perſonæ, infra quadriennium limitatur, & ultrà nō extenditur, intra quod cauſa reſtitutionis tractari debet & terminari. C. de tempori. reſtit. in inte. l. ultima. Et per hanc legē dico, cum Laur. magiſtro meo, & aliis magnæ opinionis teſtibus, reſtiturionē in integ. faciendā eſſe uſq; ad quatuor annos à die læſionis ſuæ numerandos, & nō ultrà. De reſtitutione maiorū dico, quòd ſi maior xxv. an. læditur in præſentia, & reſtituendus eſt iuſta de cauſa, cōputabitur quadriennium à læſionis die & non ultrà. Sin abſentia læſus eſt, cōputabitur ei à die reuerſionis, ita ꝙ tātū tempus cōcedatur ei ad reſtitutionem

De reſtitutione Eccleſiæ.

Eccleſia tantū intra iiij. annos à tempore læſionis reſti.

Reſtitutio maiorum.

tutionem petendam, quāto ipſe fuerit abſens: ſicut dictum eſt ſuprà de reſtitutione minorum, cum decipiuntur in tempore. Et hoc approbat Azo, & eſt ar. ff. ex quib. cauſis maiores. l. ſed etſi. §. ſi feriæ. & §. quoties. & intra hoc tempus cauſa debet tractari & terminari. Sed pone quòd abſens fuit per unā diem, dicetur quòd unam tantum diem debet habere ad reſtitutionem obtinendam, ut expreſse dicit l. ſed etſi. §. quoties. Sed quomodo infra diem illam probare poterit & læſionem ſuam, & ſententiam obtinere? Reſpondeo, ſibi imputet qui ſe in tantum arctauit, ut ff. ſi quis cautio. & c. l. ij. §. ſi quis tamen. cum non debet plus habere abſens, quàm præſens.

Quis poſsit reſtituere in integrum.

SEQVITVR quis poſsit reſtituere in integrū. & dico ꝙ quilibet tā ordinarius ꝗ delegatus, tam à principe, ꝗ ab alio iudice, niſi delegatus ſit ab eo, qui propriā nō habet iuriſdictionem: qa ille reſtituere nō poteſt, nec etiā arbiter reſtituere poſſet. Sed delegatus poteſt, ſi ei ſpecialiter demandatur ut reſtituat, & iudicet de quæſtionibus, quę incidūt in cauſis ſibi cōmiſsis, ut probatur C. apud quē reſtit. peti poſsit. l. ult. & l. pręſes. & ext. de in integ. reſtit. requiſiuit. ext. e. ti. ex literis. & ext. eo. tit. cauſa reſtitutionis. Et debet tractari cauſa reſtitutionis in foro eius, cōtra quē petitur reſtitutio. C. ubi & apud quem reſtitutio poſtuletur. l. fi. Et cognoſcit de ea iudex ordinarius, reſtituēdo tā in cōtractibus ꝗ in aliis, & etiā cōtra ſententiā à ſeipſo latā. Sed ſolus princeps reſtituit cōtra ſentētiā procuratoris ſui, uel iudicis quē delegauit, uel cōtra res bis iudicatas, uel cōtra ſententiā ſuā, uel anteceſſoris ſui. Licet rarò legatur. C. ubi & apud quē cog. in inte. reſt. agitanda ſit. l. j. C. ſi aduerſus rem iudi. l. aduerſus. ff. de mino. l. in cauſæ. §. ultr. & l. præfecti prætorio. & l. maior xx. annis. & xxxv. q. ix. quod quis.

Coram quo iudice cauſa reſtit. tractetur.

De effectu reſtitutionis.

EFFECTVS reſtitutionis eſt, ut ea poſtulata permaneāt in eodem ſtatu omnia, in quo erāt ante poſtulatam reſtitutionem. Nec enim res ſuper qua petita eſt reſtitutio, alienari debet, nec ſententia executioni mandari, nec aliquid fieri in præiudiciū petentis reſtitutionem, donec terminetur quæſtio reſtitutionis. C. in integ. reſtit. poſtu. ne quid no. fi. l. unica. Et reſtitutione cōceſſa, cōtra ſententiā, uel proceſſum cauſæ audietur, ſicut ante ſententiā, ad id, quod ſibi petit reſtitui. ext. de re iud.

iudicata.c.cauſam. extrà de reſtitu.in integ.c.ex literis. Si autem reſtitutio cõceſſa eſt ſuper contractu aliquo, unuſquiſq; recepit quod dedit, & quod ſuum eſt, & quod ex re ſua peruenit, ut C.de reputat.quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutio.l.unica.ff.de minor.l. quòd ſi minor.§.reſtitutio.quoniã nemo debet locupletari cum aliena iactura, ut ff.de tranſact. hi.§.ſi eidem.ff.de condi.indebi.nam hoc natura.ubi dicitur, Aequum eſt neminem cum aliena iactura fieri locupletiorem. Et hæc tam de in integrum reſtitutio.quàm de cæteris articulis in præſenti opuſculo compræhenſis ad iudicum inſtructionem breuiter dixiſſe ſufficiat.

*

FINIS.

INDEX TITVLORVM.

LIBRI PRIMI.

De perſonis iudiciorum Pagina 9
De ordine iudiciorum 9
De diuiſione huius libelli 10
De diuiſione iudicum 10
Quis poſsit eſſe iudex ordinarius 11
De officio cuiuſlibet iudicis 14
De officio iudicis delegati 15
Quot modis iuriſdictio delegati finitur 18
De differentia iudicum delegatorum 21
De Arbitris 24
Qui poſsint eſſe arbitri 25
De quibus cauſis poſsit compromitti in arbitros 26
De differentia arbitrij & iudicij 27
Quot modis finiatur arbitrium 30
De aſſeſſoribus & eorum auditoribus 31
De ſalariis aſſeſſorum 32
De pœna aſſeſſorum 35
De auditoribus 36
De aduocatis & eorum officiis 36
De officio aduocatorum 39
Qualiter aduocato ſalarium conſtituatur 39
De Procuratoribus 40
De conſtitutione procuratoris 43
De officio procuratoris 48
De effectu procuratoris 50
De Syndico & Actore 53
D officio Syndici uel Actoris 55

LIBRI SECVNDI.

De præparatoriis iudiciorum & reliquis, quæ præcedunt litis conteſtationem 57
De loco iudicij & qualiter actor iudicem adire debeat 61
De citationibus ad iudicium 61
De contumacibus, & non ad iudicium uenientibus 67
De exceptionibus 73
De dilatoriis ſolutionis 76
De exceptionibus peremptoriis 77
De Replicationibus 81

De

De recuſationibus iudicum 81
De effectu recuſationis 85
Qualiter contra criminoſos agatur 88
Quis poſsit accuſare 96
De libellorũ formatione, & primũ de libello accuſationis 101
De libello recuperandæ poſſeſsionis 103
De libello adipiſcendæ poſſeſsionis 106
De libello tuendæ uel defendendæ poſſeſsionis 106
De libello conuentionali in perſonali actione 107
De libello rei uendicationis in reali actione 108
De ſatiſdatione actoris 112
De ſatiſdatione rei Rubrica 114
De ſatiſdatione procuratoris actoris 115
De ſatiſdatione procuratoris rei 117
De effectu ſatiſdationum 119
De dilationibus quæ dantur ab homine 119
De dilationibus appellatoriis 122
De dilationibus executoriis 124
De feriis 125
De reconuentionibus & mutuis petitionibus 128
De ordine Iudiciorum in incidentibus quęſtionibus, & præiudicialibus. 131
De interrogationibus, quæ fiunt ante litis cõteſtationem 134
De effectu interrogationum iſtarum 136

LIBRI TERTII.

De litis conteſtatione, & cæteris uſq; ad diffinitiuam ſententiam 138
De effectu litis conteſtationis 141
De iuramento calumniæ 142
De interrogationibus poſt iuramentum de calumnia faciendis 147
De confeſsis in iure 150
De probationibus 154
De teſtibus, & primo, qui poſsint eſſe teſtes, & qui non 162
De numero teſtium in qualibet cauſa 168
Quando introducendi ſint teſtes 170
De teſtibus producendis 173
De iuramento teſtium, & quomodo interrogentur 175
De publicationibus teſtium 179
De reprobationibus teſtium 182
De contrarietate teſtium, & in quibus ſit fides teſtibus adhibenda

benda 184
De inſtrumentis 187
Quando exhibenda ſunt inſtrumenta 189
De modo exhibendi 190
Quanta fides adhibeatur inſtrumento 193
De præſumptionibus 195
De probationibus iuris & allegationibus 199
LIBRI QVARTI.
De ſententia diffinitiua 204
Quando ferenda ſit ſententia 208
Qualiter proferenda ſit ſententia 209
De effectu ſententiæ 211
Quæ ſententia ipſo iure nulla ſit 212
Qualiter ſententia ualida ſubleuetur 215
De exequutione ſententiæ 219
De Appellationibus 224
Quando ſit appellandum 227
De proſequutione appellationis cuiuſlibet 228
De officio appellatoris 229
De effectu appellationum 230
Quæ appellatio ualeat,& quæ non 230
De reſtitutionibus in integrum 233
Quando competat reſtitutio in integrum 237
Quis poſsit reſtituere in integrum 239
De effectu reſtitutionis. 239

FINIS.

Lugduni excudebant Godefridus & Marcellus Beringi fratres,

M. D. XLVII.

SINE
FRAVDE.